Title: Homeri Carmina et Cycli Epici Reliquiae
Pars Prima: Ilias

Author: Homer

Editor: Ambroise Firmin Didot

Release Date: August 1, 2016 [EBook #52692]

Language: Latin

Character set encoding: UTF-8

HOMERI CARMINA

ET CYCLI EPICI RELIQUIÆ.

PARS PRIMA:

HOMERI
ILIAS.

PARISIIS,

EDITORE AMBROS. FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHO.
SUMPTIBUS ET TYPIS.

M DCCC XXXVIII.

Transcriber's Note:

For the creation of this e-book the following texts have been used:

- "Homeri Carmina et Cycli Epici Reliquiae—Graece et Latine cum Indice Nominum et Rerum" (Parisiis, Editore Ambros. Firmin Didot, 1838) for the extract from the *Præfatio* and the Latin text of the *Ilias*.
- "Le Journal des savants" (Juin 1838, Académie des inscriptions et belles-lettres (France), ed. Jean Cusson, Paris, p. 377-378) for some insight into the Latin version.
- "The Iliad of Homer" (translated by Alexander Pope with notes by the Rev. Theodore Alois Buckley, M.A., F.S.A., Project Gutenberg text #6130) for the *Argument* prefixed to each Book.

All changes applied by the Transcriber to the Latin text are explained in the footnotes.

The Latin translation presented in this work was transcribed from a Greek/Latin edition. It deliberately tries to stay as close as possible to the Greek original, not only to make the Greek text more accessible, but also for other reasons which are best explained by a review in the French magazine "Le Journal des Savants":

> "Les poëmes homériques remontant à une si haute antiquité, et ils ont été si différemment interprétés par les anciens Grecs eux-mêmes, que pour donner une idée de ce monument qui nous retrace une nature et des mœurs si opposées à celles de notre civilisation, il était indispensable de s'astreindre, dans la traduction latine, à la fidélité la plus rigoureuse, et à conserver les plus faibles nuances de construction, de peur de dire autre chose, ou du moins de parler autrement que ne le fait Homère, et de défigurer ansi la marche libre et naïve de son langage. On a donc eu raison de conserver l'ancienne manière de traduire Homère mot pour mot, et même d'étendre l'application de ce système jusqu'aux limites imposées par la langue latine. Avant les travaux de Wolf, de Heyne, de Passow, et surtout de Buttmann, le sens de bien des mots, de bien des phrases, n'avait point été constaté; c'est ce que la nouvelle traduction a dû faire en changeant alors en totalité l'ancienne version, et en offrant ainsi le résumé des travaux les plus récents. Bien des fautes de traduction qui s'étaient transmises en quelque sorte *traditionellement,* un grand nombre d'incorrections, de négligences, restaient dans l'ancienne version latine, œuvre primitive de Raphael Volaterranus et d'André Divus; elles ont disparu dans la nouvelle et sont remplacées par une explication claire et précise. Toutes les fois que pour faciliter l'intelligence de certains passages difficiles on a dû insérer dans la traduction des mots nécessaires qui ne se trouvaient pas dans l'original, on a pris soin de mettre ces mots en caractères italiques. Partout la diction homérique est conservée scrupuleusement, ainsi que la marche des périodes. C'est ce qui

manquait principalement aux anciennes traductions; et cependant c'est de la liaison plus ou moins étroite des membres de chaque phrase que résulte l'appréciation de l'ancienneté relative des différentes parties des poésies homériques."

PRÆFATIO.

Inceptum nostrum, quo primi in Gallia Græcos scriptores in unius corporis æquabilitatem redigere aggressi sumus, commendatione et notis præfationum artibus egere non videtur; sed paucis dicendum est, unde ea quam elegimus edendi ratio pendeat. Dudum ægre tuleramus quod tot scriptorum editiones veteribus inquinatæ vitiis vulgo circumferrentur atque adeo sæpius repeterentur, dum exstarent eorumdem scriptorum emendatæ et a summis criticis antiquo nitori restitutæ: annon oportuit illorum ingeniorum, quæ optimi quique nostratium laudibus et imitatione celebrarunt, opera popularibus nostris exhiberi pura, emendata, quantum fieri potest libera a depravatione barbariæ quam transierant? Hoc igitur primum et præcipue curamus, ut non solum ex optimis quæ exstant editionibus scriptorum quisque exprimatur, sed harum etiam multas criticis celeberrimis tradidimus denuo examinandas et emendandas; præterea, ubicumque res videtur postulare, Regiæ Bibliothecæ manuscriptos imus consultum. Altera cura est, ut ad intelligentiam quoque scriptorum in Collectione nostra præstemus quod prosit unicuique: quum enim adnotatio vel præstantissima ex arbitrio denique pendeat commentatoris, cui plana nonnunquam videbuntur quæ aliis obscura, *interpretationes latinas* e regione græcorum ponere decrevimus, utpote quæ prorsus omnia reddant, non locos selectos illustrent. Has vero, antequam tradantur typothesis, doctissimi viri severo examini subjectas accurate corrigunt; nonnullorum scriptorum plane novæ parantur. Denique multum augeri putavimus editionum nostrarum utilitatem, si boni *rerum nominumque indices* adderentur; nam vel ii qui scriptorem aliquem sæpe legerunt, nonnunquam haud satis meminere quo in libro ejus quove versu vel capite narretur res qua opus habent. Ceterum e cura unicuique scriptori impensa referetur in præfationibus.

Homeri, ut nunc res sunt, *Wolfiana* dari debebat recensio, quam ex Gulielmi Dindorfii editione accurate expressimus. Interpretationes latinæ, bono ut nobis videtur consilio, in hoc antiquissimo poeta verbum verbo reddunt, nisi quod sæpe comtas posteriorum more periodos ingerunt, oppositionibus distinentes, causalibus particulis vincientes, quæ apud illum ingenue et libere procedunt. Præterea ipsis inhærent veteris textus græci vitia, et alia quædam ex vertentium incuria nata, plurima denique in iis vocabulis commissa, quæ recentiorum demum criticorum et interpretum sollertia explicuit. In postremis ita versati sumus, ut, quæ dubitatione carere et firmis niti testimoniis viderentur, ea haud cunctanter repræsentaremus; at ubi dubitationis aliquid

superesset, sequeremur potius antiquorum interpretationem eam quæ sententiæ aptissima esset. Hoc autem præsertim enisi sumus ut quam proxime posset latina langua Græcorum vestigia legeremus, quo patris poetarum membra et motus omnes, quantum per latinam vestem licebat, conspiciendi præberentur; sed in tali incepto non potuit impediri, quin nonnulla quæ rarissime sibi indulserunt Latini, hæc translatio offerat frequentissime; nonnulla etiam quæ argenteam ætatem egrediuntur, recipi necesse erat: a barbaris tamen verbis et locutionibus sedulo cavimus. Ita, veteribus licet superstructa, hæc interpretatio pro nova esse possit.

[…]

Reliquum est, ut Tu, benevole Lector, operam huic volumini impensam æquo animo boni consulas. Vale nobisque fave.

Parisiis, idibus Octobribus MDCCCXXXVII.

Table of Contents.

Iliadis I.—Pestis. Ira.

ARGUMENT: THE CONTENTION OF ACHILLES AND AGAMEMNON.

In the war of Troy, the Greeks having sacked some of the neighbouring towns, and taken from thence two beautiful captives, Chryseis and Briseis, allotted the first to Agamemnon, and the last to Achilles. Chryses, the father of Chryseis, and priest of Apollo, comes to the Grecian camp to ransom her; with which the action of the poem opens, in the tenth year of the siege. The priest being refused, and insolently dismissed by Agamemnon, entreats for vengeance from his god; who inflicts a pestilence on the Greeks. Achilles calls a council, and encourages Chalcas to declare the cause of it; who attributes it to the refusal of Chryseis. The king, being obliged to send back his captive, enters into a furious contest with Achilles, which Nestor pacifies; however, as he had the absolute command of the army, he seizes on Briseis in revenge. Achilles in discontent withdraws himself and his forces from the rest of the Greeks; and complaining to Thetis, she supplicates Jupiter to render them sensible of the wrong done to her son, by giving victory to the Trojans. Jupiter, granting her suit, incenses Juno: between whom the debate runs high, till they are reconciled by the address of Vulcan.

The time of two-and-twenty days is taken up in this book: nine during the plague, one in the council and quarrel of the princes, and twelve for Jupiter's stay with the Æthiopians, at whose return Thetis prefers her petition. The scene lies in the Grecian camp, then changes to Chrysa, and lastly to Olympus.

TEXT:

1 Iram cane, dea (*Musa*), Pelidæ Achillis,
perniciosam, quæ plurimos Achivis dolores fecit,
multasque fortes animas Orco demisit
heroum, ipsos autem prædam-diripiendam fecit canibus
5 alitibusque omnibus (Jovis perficiebatur consilium),
ex quo primum dissederunt litigantes
Atridesque, rex virorum, et divinus Achilles.

Quisnam eos deorum contentione commisit ut-pugnarent?
Latonæ et Jovis filius. Hic enim regi iratus
10 morbum per exercitum excitavit noxium, peribant autem populi,
quoniam Chrysen contumelia-affecerat sacerdotem
Atrides. Hic enim venerat celeres ad naves Achivorum,
redemturusque filiam, et ferens infinitum pretium-liberationis,
infulas habens in manibus longe-jaculantis Apollinis,
15 aureo de sceptro *suspensas;* et supplex oravit omnes Achivos,
Atridas vero imprimis duos, duces populorum:

Atridæque et ceteri bene-ocreati Achivi,
vobis quidem dii dent cælestes domos habentes
exscindere Priami urbem, feliciterque domum reverti:
20 filiam autem mihi liberate dilectam, et hoc pretium accipite,

reveriti Jovis filium longe-jaculantem Apollinem.

Tunc ceteri quidem omnes comprobarunt Achivi,
ut-et-revereatur sacerdotem et splendidum accipiat pretium;
at non Atridæ Agamemnoni *hoc* placuit animo,
25 sed contumeliose dimisit, minacemque sermonem injunxit:

Ne te, senex, cavas ego apud naves offendam
vel nunc commorantem vel posthac *eo* reversum;
ne forte tibi *tum* non prosit sceptrum et infula dei.
Hanc autem ego non liberabo, antequam ipsam et senectus invadat
30 nostra in domo, in Argis, procul a-patria,
telam percurrentem et meum lectum accedentem:
verum abi, ne me irrites, salvus ut recedas.

Sic dixit; timuit autem senex, et paruit mandato.
Ibat vero tacitus juxta litus multum-strepentis maris;
35 et multa deinde seorsum iens precabatur senex
Apollinem regem, quem pulchricoma peperit Latona:

Audi me, splendidum-arcum-gerens, qui Chrysen tueris,
Cillamque sanctam, Tenedoque fortiter imperas,
Smintheu! si-quando tibi venustum templum exædificavi,
40 vel si quando tibi pingues coxas concremavi
taurorum et caprarum, hoc mihi perfice votum;
expient Danai meas lacrimas tuis sagittis!

Sic dixit orans; eum autem audivit Phœbus Apollo.
Descendit vero ex Olympi verticibus, iratus animo,
45 arcum humeris gestans et undique-tectam pharetram;
clangoremque-dederunt sagittæ in humeris irati,
ipso se-movente; hic autem ibat nocti similis.
Sedebat deinde seorsum a-navibus, et sagittam immisit:
terribilis autem clangor factus-est splendidi arcus.
50 Mulos quidem primum invasit et canes veloces:
sed postea ipsis (*hominibus*) sagittam mortiferam immittens,
feriebat: perpetuo autem rogi cadaverum ardebant frequentes.

Novem-dies quidem per exercitum ibant sagittæ dei:
decimo autem ad-concionem vocavit populum Achilles.
55 Huic enim *id* animo posuit dea candidis-ulnis Juno;
curam-gerebat enim Danaorum, quia morientes videbat.
Illi vero postquam convocati in-unumque-congregati erant,
inter-eos surgens locutus-est pedibus velox Achilles:

Atride, nunc nos iterum-erroribus-*in-mari*-actos puto
60 retro cessuros, si modo mortem effugerimus,
siquidem simul bellumque domat et pestis Achivos.
Verum age jam aliquem vatem consulamus, vel sacerdotem,
vel et conjectorem (etenim somnium quoque ex Jove est),

qui dicat ob-quid tantopere iratus-sit Phœbus Apollo;
65 sive is *nos* ob-vota *non reddita* incusat, sive ob-hecatomben;
si forte agnorum nidorem caprarumque lectarum
velit assecutus a-nobis pestem depellere.

Is igitur sic locutus resedit. His autem surrexit
Calchas Thestorides, augurum longe optimus,
70 qui noverat et præsentia et futura et præterita,
et navibus dux-fuerat Achivorum Ilium usque,
suam ob vaticinandi-artem, quam ei dederat Phœbus Apollo;
qui ipsis bene-cupiens concionatus-est et dixit:

O Achille, jubes me, Jovi care, eloqui
75 iram Apollinis longe-jaculantis regis.
Igitur ego dicam: tu autem paciscere et mihi jura
vere *te* mihi propensum verbis et manibus opem-laturum.
Profecto enim suspicor virum iratum-fore qui late omnium
Argivorum imperium-habet, et ei obediunt Achivi.
80 Potentior enim rex *est,* quando irascitur viro inferiori;
quamvis enim iram quidem vel eodem-die decoxerit,
tamen et postea retinet simultatem, donec perfecerit,
in pectoribus suis. Tu vero dic, an me sis-servaturus.

Hunc autem respondens allocutus-est pedibus velox Achilles:
85 confidens valde dic vaticinium quodcunque scis.
Non enim, per Apollinem Jovi carum, cui tu, Calcha,
vota-faciens Danais vaticinia aperis,
non-ullus me vivo et in terra vidente
tibi cavas ad naves violentas manus inferet
90 cunctorum Danaorum: ne-*tum*-quidem si Agamemnonem dixeris,
qui nunc longe potentissimum Achivorum se-profitetur esse.

Et tunc jam cepit-animum, et dixit vates eximius:
neque hic (*Apollo*) ob-vota incusat, neque ob-hecatomben:
sed causa sacerdotis, quem contumelia-affecit Agamemno,
95 neque liberavit filiam, et non accepit pretium liberationis.
Idcirco dolores dedit longe-jaculans *Apollo,* et adhuc dabit:
neque hic prius a-peste *inferenda* graves Parcas abstinebit,
quam *ille* patri caro reddat mobilibus-oculis-præditam puellam
inemtam, sine-pretio, ducaturque sacra hecatomba
100 in Chrysam: tunc ipsum *ita* si-placarimus, confidere-possimus.

Is igitur sic locutus consedit. His autem surrexit
heros Atrides late-dominans Agamemno,
dolore-affectus: ira autem valde præcordia undique-nigra
plena-erant, oculique ipsi igni lucenti similes-erant.
105 Calchantem primum mala meditans allocutus-est:

Vates malorum, non unquam mihi gratum dixisti.

Semper tibi mala sunt jucunda animo ad-vaticinandum:
bonum autem non ullum dixisti verbum neque perfecisti:
et nunc inter Danaos vaticinans concionaris,
110 quasi vero hujus *rei* causa ipsis longe-jaculans *Apollo* dolores struat,
quoniam ego puellæ Chryseidis splendidum pretium
non volui accipere; quandoquidem longe malo illam
domi habere. Etenim Clytæmnestræ prætuli,
ingenuæ (*legitimæ*) uxori; quoniam non ipsâ est inferior,
115 nec corpore, nec statura, nec mente, neque operibus.
Verum etiam sic volo reddere, si hoc *est* melius:
malo ego populum salvum esse quam perire.
Sed mihi præmium statim præparate, ut ne solus
Argivorum sine-præmio sim: quippe *id* minime decet.
120 Videtis enim hoc omnes, quod mihi præmium abit alio.

Huic autem respondit deinde pedibus-celer divinus Achilles:
Atride gloriosissime, avarissime omnium,
quonam-modo tibi dabunt præmium magnanimi Achivi?
nondum etiam ullibi scimus communia *bona* reposita multa:
125 sed quæ quidem ex urbibus deprædati sumus, ea divisa-sunt;
viros autem non decet iterum-collecta hæc congregare.
Sed tu quidem nunc hanc deo permitte: atque *nos* Achivi
tripliciter quadrupliciterque reddemus, si quando Jupiter
dederit *nobis* urbem Trojam bene-mœnitam destruere.

130 Hunc autem respondens allocutus-est rex Agamemno:
ne sic, fortis licet sis, deo-similis Achille,
falle mente: quoniam non antevertes *me* neque mihi persuadebis.
An vis, ut ipse habeas præmium, verum me sic
sedere indigentem, jubesque me hancce reddere?
135 atqui si dabunt præmium magnanimi Achivi,
satisfacientes animo *meo,* ut æquale-pretio sit, *bene est;*
sin autem non dederint, ego tamen ipse auferam
vel tuum vel Ajacis, veniens, præmium, vel Ulyssis
ducam ablatum; is autem indignabitur, ad-quem venero.
140 Verum enim-vero hæc deliberabimus etiam post.
Nunc vergo age navem nigram deducamus in mare divinum,
intusque remiges pro-re congregemus, et hecatomben
imponamus, ipsamque Chryseidem pulcris-genis
conscendere-faciamus: unus autem aliquis dux vir consiliator esto,
145 vel Ajax, vel Idomeneus, vel divinus Ulysses,
vel tu, Pelide, omnium stupendissime virorum,
ut nobis sagittantem *Apollinem* places sacris factis.

Hunc autem torve intuitus allocutus-est pedibus-velox Achilles:
heu! impudentia indute, lucri-studiose,
150 quomodo aliquis tibi promtus dictis obsequatur Achivorum,

vel *hanc* viam ut-ineat, vel cum-viris fortiter pugnet?
non enim ego Trojanorum gratia veni hastatorum
huc pugnaturus, quum nullius in-me noxii sint.
Non enim unquam meas boves abegerunt, neque equos,
155 neque unquam in Phtia glebosa, virorum-alumna,
segetem populati-sunt: quoniam valde multi inter*jacent*
montesque umbrosi, mareque resonans:
sed te, o valde impudens, una secuti-sumus, ut tu gauderes,
ultionem expetentes Menelao tibique, o-canina-fronte,
160 a Trojanis, quæ *beneficia* neque moraris neque curas:
quin etiam mihi præmium ipse te-ablaturum minaris,
super quo multum laboravi, dederuntque[TR1] mihi Achivorum.
Non equidem tibi unquam æquale habeo præmium, quando Achivi
Trojanorum exciderint bene-habitatam urbem:
165 verum majorem quidem *partem* impetuosi belli
manus meæ persequuntur; at si quando divisio venerit,
tibi præmium multo majus, ego vero modicumque gratumque
abibo habens ad naves, postquam defessus-ero pugnando.
Nunc autem redibo in-Phthiam, quoniam multo melius est
170 domum ire cum navibus recurvis; neque te puto
hîc, inhonoratus quum-sim, opes et divitias collecturum.

Huic autem respondit inde rex virorum Agamemno:
fuge sane, si tibi animus incitatur; neque te equidem
rogo causa mea manere: apud me *sunt* et alii,
175 qui me honorabunt, præcipue vero providus Jupiter.
Invisissimus vero mihi es Jovis-alumnorum regum:
semper enim tibi contentioque grata bellaque pugnæque.
Si valde fortis es, deus (opinor) tibi hoc dedit.
Domum reversus cum navibusque tuis et tuis sociis,
180 Myrmidonibus impera, te vero ego non moror,
neque curo succensentem: minabor autem tibi sic:
quoniam a-me aufert Chryseidem Phœbus Apollo,
hanc quidem ego cum navique mea et meis sociis
mittam, ego autem abducam Briseidem pulcris-genis,
185 ipse profectus ad-tentorium, tuum præmium: ut bene intelligas
quanto potentior sim te, timeat vero et alius
æqualem *se* mihi dicere et comparari coram.

Sic dixit: Pelidæ autem dolor ortus-est, et ipsi cor in
pectoribus masculis bifariam deliberavit,
190 utrum ipsemet, ense acuto stricto a femore,
hos quidem dimoveret, at Atriden interficeret:
an iram sedaret cohiberetque furorem.
Dum ille hæc agitabat in mente et in animo,
trahebatque e vagina magnum ensem, venit Pallas

195 cœlitus: demiserat enim dea candidis-ulnis Juno,
ambos simul *ex*-animo amansque curansque.
Stetit autem a-tergo, flavaque coma prehendit Peliden,
soli apparens; aliorum vero nemo videbat.
Expavit autem Achilles et retro conversus-est; statim agnovit
200 Palladem Minervam; terribiles autem ei oculi (*deæ*) visi-sunt.
Et ipsam compellans verba alata locutus-est:

Cur autem, ægidem-tenentis Jovis filia, *huc* venisti?
an ut injuriam videas Agamemnonis Atridæ?
sed tibi edico, quod et perfectum-iri puto:
205 sua superbia brevi tandem animum perdet.

Hunc autem rursus allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
veni ego sedatura tuam iram, si forte parueris,
cœlitus; demisit autem me dea candidis-ulnis Juno,
ambos simul *ex*-animo amansque curansque.
210 Sed age, cessa a-contentione, neque ensem educ manu:
verum verbis quidem conviciator, utcumque fuerit.
Sic enim edico, quod et perfectum erit:
aliquando tibi ter totidem aderunt splendida dona
injuriæ causa hujus: tu autem cohibe-te, obtemperaque nobis.

215 Hanc autem respondens allocutus-est pedibus velox Achilles:
oportet quidem vestrum, dea, verbum observare,
quantumvis *sim* animo iratus: sic enim melius.
Quisquis diis obtemperaverit, valde exaudiunt et ipsum.

Dixit, et argenteo manubrio admovit manum gravem,
220 retroque in vaginam condidit magnum ensem nec fuit-inobediens
sermoni Minervæ; hæc autem ad-Olympum abiit,
in domos ægidem-tenentis Jovis ad deos alios.

Pelides autem iterum asperis verbis
Atriden allocutus-est, et nondum cessabat ab-ira:

225 Vinolente, canis oculos habens, cor vero cervi;
neque unquam in bellum una-cum populo armari,
neque ad-insidias ire cum primoribus Achivorum
ausus-es animo: hoc vero tibi mors videtur esse.
Certe multo melius est per exercitum latum Achivorum
230 dona auferre *ejus,* quicunque tibi contradixerit.
Populi-vorator rex, quoniam hominibus-nihili imperas:
aliter enim, Atrida, nunc postremo contumeliam-fecisses.
Verum tibi edico et super *hoc* magnum juramentum jurabo:
næ per hoc sceptrum, quod quidem nunquam folia et ramos
235 producet, postquam semel truncum in montibus reliquit,
neque repullulabit: circum enim ei ferrum delibravit
foliaque et corticem; nunc autem ipsum filii Achivorum

in manibus portant judices, qui leges
per Jovem tuentur; hoc autem tibi magnum erit juramentum:
240 certe aliquando Achillis desiderium incedet filios Achivorum
universos: his autem non poteris, dolens licet,
prodesse, quando multi ab Hectore viros-cædente
morientes cadent: tu autem intus animum lacerabis,
iratus, quod fortissimum Achivorum non honoraris.

245 Six dixit Pelides; sceptrumque projecit in-terram,
aureis clavis transfixum, consedit autem ipse;
Atrides vero ex-altera-parte irascebatur. His autem Nestor
suaviloquus surrexit, argutus Pyliorum orator,
cujus quidem a lingua melle dulcior fluebat sermo
250 (cui jam duæ ætates articulate-loquentium hominum
abierant, qui cum-ipso antea simul nutriti-sunt et nati
in Pylo divina, inter tertios autem *tum* regnabat);
hic illis bene-cupiens concionatus-est et dixit:

O dii, profecto magnus luctus Achivam terram invadit!
255 Profecto lætabitur Priamus, Priamique filii,
ceterique Trojani valde gaudebunt animo,
si de-vobis hæc omnia audiverint decertantibus,
qui quidem consilio Danais antecellitis, et pugnando.
Sed persuademini: ambo vero juniores estis me.
260 Jam enim aliquando ego et cum-fortioribus, quam vobis,
viris versatus-sum, et nunquam me hice parvi-penderunt.
Non enim unquam tales vidi viros, neque videbo,
qualem Pirithoumque, Dryantemque, pastorem hominum,
Cæneumque, Exadiumque et similem-deo Polyphemum.
265 [Theseumque Ægiden, similem immortalibus.]
Fortissimi certe illi terrestrium nutriti-sunt virorum:
fortissimi quidem erant, et cum-fortissimis pugnabant,
Centauris monticolis, et terribiliter *eos* interfecerunt.
Et quidem cum-illis ego versabar, e Pylo profectus,
270 procul e longinqua terra: evocarant enim *me* ipsi;
et pugnabam pro me ipso (*meis viribus*) ego; cum-illis autem nemo
eorum, qui nunc homines sunt terrestres, pugnaret.
Et mea quidem consilia auscultabant obtemperabantque dicto.
Verum obedite et vos, quandoquidem obedire melius.
275 Neque tu ab-isto, præstans licet sis, auferas puellam,
verum sine, ut ei primum dederunt præmium filii Achivorum:
neque tu, Pelide, velis contendere regi
contra: quia neutiquam æqualem *tecum* sortitus-est honorem
sceptriger rex, cui Jupiter gloriam dedit.
280 Si autem tu fortis es, deaque te generavit mater,
at hic potentior est, quia pluribus imperat.

Atride, tu autem depone tuam iram: verum ego
precor, in-Achillem remittas iram, qui magnum omnibus
propugnaculum Achivis est belli mali.

285 Hunc autem respondens allocutus-est rex Agamemno:
sane hæc omnia, senex, convenienter dixisti.
Verum hic vir vult supra omnes esse alios;
in-omnes dominari vult, omnibusque imperare,
et omnibus præcipere, quæ alicui (*mihi*) non persuasurum *eum* puto.
290 Si autem ipsum bellatorem fecerunt dii semper existentes,
num propterea ipsi permittunt contumelias loqui?

Huic autem interpellando respondit divinus Achilles:
profecto enim timidusque et nullius-pretii vocarer,
si tibi in-omni re cessero, quamcunque dixeris:
295 aliis sane hæc impera, *ne* enim mihi
præcipias: non enim ego amplius *me* tibi obtemperaturum puto.
Aliud autem tibi dicam, tu vero in præcordiis conde tuis:
manibus quidem neutiquam ego pugnabo puellæ causa,
neque tecum neque cum-quovis alio, quum a-me aufertis quod-dedistis:
300 aliarum autem rerum quæ mihi sunt velocem apud navem nigram,
harum non ullam auferes abripiens, invito me.
Sin autem, age vero, fac-periculum, ut cognoscant et isti:
statim tibi (*tuus*) sanguis niger fluet circa lanceam.

Sic hi contrariis quum-contendissent verbis
305 surrexerunt, solveruntque concionem apud naves Achivorum.
Pelides quidem ad tentoria et naves æquales
abiit cumque Menœtiade (Patrocolo) et suis sociis:
Atrides autem navem velocem in-mare deduxit,
in-eamque remiges elegit viginti, et hecatomben im-
310 posuit deo; in *ea* vero Chryseidem pulcras-genas-habentem
collocavit ducens; dux autem inscendit ingeniosus Ulysses.

Hi quidem deinde, cum-conscendissent, innavigabant humidis viis:
populos autem Atrides lustrari jussit.
Hi vero se-lustrabant et in mare sordes projiciebant;
315 sacrificabantque Apollini perfectas hecatombas
taurorum et caprarum juxta litus maris infructuosi:
nidor autem ad-cœlum ibat circumfusus fumo.

Sic hi quidem hæc operabantur per exercitum: nec Agamemno
cessabat ab-ira, quam primum minatus-fuerat Achilli.
320 Sed is Talthybiumque et Eurybaten affatus-est,
qui ipsi erant præcones et seduli ministri:

Abite ad-tentorium Pelidæ Achillis;
manu prehensam adducite Briseidem pulcris-genis:
sin autem non dederit, ego tamen ipse auferam,

325 veniens cum pluribus: quod illi et acerbius erit.

Sic locutus *eos* misit, asperumque sermonem injunxit.
Hi autem inviti iverunt juxta litus maris infructuosi,
Myrmidonum vero ad tentoriaque et naves pervenerunt.
Illum autem invenerunt apudque tentorium et navem nigram
330 sedentem: neque hosce intuitus lætatus-est Achilles.
Hi quidem perterriti et reverentes regem
stabant, neque ipsum alloquebantur neque interrogabant.
Sed is cognovit suo in animo, dixitque:

Salvete, præcones, Jovis nuntii atque etiam hominum!
335 propius accedite: nihil mihi vos culpandi, sed Agamemno,
qui vos misit Briseidis causa puellæ.
Verum age, generose Patrocle, educ puellam,
et ipsis trade abducendam: ipsi autem testes sunto
coram diis beatis coramque mortalibus hominibus,
340 et coram hoc rege immiti, si-unquam posthac
opus me fuerit ad-indignam pestem arcendam
a-ceteris: certe enim ille perniciosis animis furit,
neque ullo-modo scit cogitare et ante et retro (*futura et præterita*),
ut ipsi apud naves salvi pugnent Achivi.

345 Sic dixit: Patroclus autem caro paruit sodali.
Eduxitque tentorio Briseidem pulcris-genis,
et tradidit abducendam; illi autem redibant ad naves Achivorum;
atque invita una cum-iis[TR2] mulier ibat. Sed Achilles
lacrimans a-sociis exinde sedit seorsum secedens,
350 litus ad maris cani, spectans in nigrum pontum;
multa autem matri dilectæ supplicavit manus porrigens:

Mater, quandoquidem me peperisti brevis-ævi futurum,
honorem saltem mihi debebat Olympius tribuere,
Jupiter altitonans; nunc autem me ne tantillum-quidem honoravit:
355 certe enim me Atrides late-dominans Agamemno
contumelia-affecit: ablatum enim habet præmium, ipse auferens.

Sic dixit lacrimas-fundens: hunc autem audivit veneranda mater,
sedens in fundo maris apud patrem senem.
Cito autem emersit e-cano mari, velut nebula;
360 et ante ipsum consedit lacrimas-fundentem,
manuque ipsum demulsit et verbum dixit et elocuta est:

Fili, quid fles? quis vero tibi mentem invasit mœror?
eloquere, ne celes animo, ut sciamus ambo.

Hanc autem graviter-suspirans allocutus-est pedibus velox Achilles:
365 nosti: cur tibi hæc scienti omnia dicam?
ivimus in Theben sacram, urbem Eetionis,
hancque diripuimus et adduximus huc omnia:

et hæc quidem bene diviserunt inter se filii Achivorum,
elegerunt autem Atridæ Chryseidem pulcris-genis.
370 Chryses vero postea, sacerdos longe-jaculantis Apollinis,
venit veloces ad naves Achivorum ære-loricatorum,
redemturusque filiam, ferens infinitum pretium-liberationis,
infulas habens in manibus longe-jaculantis Apollinis
aureo de sceptro *suspensas,* et supplex oravit omnes Achivos,
375 Atridas vero imprimis duos, duces populorum.
Tunc ceteri quidem omnes comprobarunt Achivi,
reverendumque-esse sacerdotem et splendidum accipiendum pretium:
at non Atridæ Agamemnoni placuit animo;
sed contumeliose *eum* dimisit, minacemque sermonem injunxit.
380 Iratus vero senex retro abiit; hunc autem Apollo
precantem exaudivit, quoniam valde illi carus erat.
Misit in Argivos malam sagittam; populi autem
moriebantur alii-super-alios; ibantque spicula dei
quoquoversus per exercitum latum Achivorum. Nobis autem vates
385 bene sciens in-concione-narrabat vaticinia Apollinis.
Statim ego primus hortabar deum placare;
Atriden vero deinde ira cepit: subitoque exsurgens
minax-dixit verbum, quod utique effectum est.
Illam enim cum navi veloci mobilibus-oculis Achivi
390 ad Chrysen deducunt, feruntque donaria deo;
hanc vero nuper a-tentorio iverunt præcones abducentes,
puellam Brisei, quam mihi dederant filii Achivorum.
Sed tu, si quidem potes, auxiliare filio optimo:
profecta in-Olympum, Jovem precare, si unquam aliquid
395 vel verbo juvisti cor Jovis, vel etiam facto.
Sæpe enim te patris in ædibus audivi
prædicantem, quum aiebas ab-atras-nubes-cogente Saturnio
solam *te* inter immortales indignam perniciem avertisse,
quando ipsum colligare Olympii volebant alii,
400 Junoque, et Neptunus, et Pallas Minerva.
Sed tu eum, quum-venisses, dea, liberasti a-vinculis,
statim Centimanum vocans in vastum Olympum,
quem Briareum vocant dii, homines autem omnes
Ægæonem (is enim viribus suo patre præstantior):
405 qui apud Saturnium consedit, gloria superbiens:
hunc igitur exhorruerunt beati dii, neque *Jovem* ligaverunt.
Horum nunc illi memoriam-revocans asside et prende genua,
si quo modo velit Trojanis auxiliari,
hos autem ad puppesque et circa mare conglobare, Achivos,
410 dum-cædantur, ut omnes fruantur rege *suo,*
sentiatque etiam Atrides late-dominans Agamemno
suam culpam, quod fortissimum Achivorum nihil honorarit.

Huic autem respondit deinde Thetis lacrimas defundens:
heu! fili mi, cur igitur te enutrivi, malo-fato partum!
415 O utinam apud naves sine-lacrimis et illæsus
sederes; quoniam tibi fatum *impendet* brevi, nec perlonge abest:
nunc autem simul et cito-moriturus et ærumnosus supra omnes
factus-es: quoniam te malo fato peperi in ædibus.
Hoc tamen dictura verbum Jovi gaudenti-fulmine
420 ibo ipsa in Olympum valde-nivosum, si forte obtemperet.
Sed tu quidem nunc, navibus assidens velocibus,
succense Achivis, bello autem abstine omnino.
Jupiter enim ad Oceanum ad probos Æthiopes
hesternus abiit ad convivium; diique simul omnes secuti-sunt:
425 duodecima autem *die* rursus veniet in-Olympum.
Et tum deinde vadam Jovis ad ære-fundatam domum,
et ipsius genibus-advolvar, et eum permotum-iri puto.

Sic igitur locuta abiit; illum autem reliquit ibi
iratum in animo, de-bene-cincta muliere,
430 quam vi ab-invito abstulerant.—Sed Ulysses
in Chrysen pervenit, ducens sacram hecatomben.
Hi autem quando portum valde-profundum intraverant,
vela quidem legerunt, posueruntque in navi nigra;
malum autem receptaculo-suo admorunt, rudentibus demissum,
435 alacriter; ipsamque (*navem*) in stationem protraxerunt remis.
Saxa (*pro ancoris*) inde ejecerunt, ac retinacula alligarunt,
et ipsi quoque exierunt in litus maris:
atque hecatomben exposuerunt longe-jaculanti Apollini;
Chryseis autem navi exivit pontum-transeunte.
440 Hanc quidem postea ad aram ducens ingeniosus Ulysses,
patri caro in manibus posuit, et ipsum allocutus-est:

O Chryse, misit me rex virorum Agamemno,
filiamque tibi ut-ducerem, Phœboque sacram hecatomben
sacrificarem pro Danais, ut placemus deum,
445 qui modo Argivis deplorabiles ærumnas immisit.

Sic locutus, in manibus posuit, ille autem accepit gaudens
filiam caram: hi vero confestim deo splendidam hecatomben
ordine statuerunt rite-ædificatum circa altare;
manusque-lavarunt deinde, et molas sustulerunt.
450 His autem Chryses alta-voce precabatur, manibus sublatis:

Audi me, argenteum-arcum-habens, qui Chrysen tueris,
Cillamque divinam, Tenedoque potenter imperas!
Jam aliquando me antea exaudisti precantem;
honorasti quidem me, valde vero afflixisti populum Achivorum:
455 atque etiam nunc mihi hoc perfice votum:
jam nunc a-Danais iniquam pestem amove.

Sic dixit orans; hunc vero exaudivit Phœbus Apollo.
Ac postquam precati-sunt et molas projecerunt, *hostiarum*
cervices retro-egerunt primum, et jugularunt et excoriarunt,
460 femoraque exsecuerunt, adipeque cooperuerunt,
eam duplicantes, super ipsis autem frusta-cruda-posuerunt.
Adolebatque super lignis-fissis senex, insuper nigrum vinum
libabat: juvenes vero prope illum tenebant verua-quinque-cuspidum manibus.
Tum ubi femora exusta-erant, et viscera gustarant,
465 minutatim-secuerunt ceterea et verubus transfixerunt,
assaruntque scite, extraxeruntque *igni* omnia.
Atque ubi cessarant ab-opere, appararantque convivium,
convivati-sunt; neque quicquam indiguit cibo æquo.
Porro ubi potus et cibi desiderium exuerant,
470 pueri quidem crateras coronabant vino,
distribueruntque omnibus, auspicati poculis.
Illi vero per-totum-diem cantu deum placabant,
pulcrum canentes pæana, juvenes Achivorum,
celebrantes sagittantem *Apollinem:* ille autem animo delectabatur audiens.

475 Quando vero sol occidit et tenebræ supervenere,
tunc dormiverunt juxta retinacula navis.
Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
tunc deinde revehebantur ad exercitum latum Achivorum;
hisque secundum ventum misit sagittans Apollo.
480 Illi vero malum erexerunt, velaque alba panderunt:
ventus autem flatu-implevit medium velum, fluctusque
carinam purpureus valde circumsonabat, navi eunte:
hæc vero currebat per fluctum conficiens iter.
Ac postquam venerant ad exercitum latum Achivorum,
485 navem quidem hi nigram in continentem subduxerunt
alte super arenas, phalangasque longas subtenderunt:
ipsi autem sparsi-sunt per tentoriaque navesque.

Verum iram fovit, navibus adsidens velocibus,
generosus Pelei filius, pedibus velox Achilles;
490 neque unquam in concionem prodiit clarantem-viros,
neque unquam in bellum: sed macerabat carum (*suum*) cor,
illic manens, desiderabat autem clamoremque pugnamque.

At quando jam ex illo duodecima erat aurora,
tunc vero ad Olympum ibant dii semper existentes
495 omnes simul, Jupiterque præibat. Thetis autem non est-oblita mandatorum
filii sui, sed hæc emersit ex-unda maris,
matutinaque conscendit magnum cœlum Olympumque;

invenit autem late-sonantem Saturnium seorsum sedentem ab-aliis
in-summo vertice multa-cacumina-habentis Olympi.
500 Atque ante ipsum consedit et prehendit genua
sinistrâ; dextrâ autem inferius mentum attingens
supplicans allocuta-est Jovem Saturnium regem:

Jupiter pater, si-unquam revera te inter immortales juvi
vel dicto vel re, hoc mihi perfice votum:
505 honora mihi filium, qui brevissimæ vitæ præ-ceteris
extitit; sed ipsum nunc rex virorum Agamemno
contumelia-affecit: ablatum enim habet præmium, ipse abripiens.
At tu ipsum ulciscere, Olympie sapientissime Jupiter;
tamdiu autem in Trojanis pone victoriam, donec Achivi
510 filium meum honorarint, auxerintque eum honore.

Sic dixit; hanc autem nihil allocutus-est nubes-cogens Jupiter,
sed tacitus diu sedit; Thetis vero, ita-ut prenderat genua,
sic tenebat inhærens, et rogabat secundo iterum:

Vere jam mihi promitte et annue,
515 vel abnue; quoniam non tibi inest timor: ut bene sciam,
quantum ego inter omnes inhonoratissima dea sim.

Hanc autem graviter suspirans allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
sane perniciosum facinus, quum me increpare impellis
Junonem, quando me irritaverit contumeliosis verbis.
520 Illa autem et sic mecum semper inter immortales deos
rixatur, atque me dicit in-pugna Trojanis auxiliari.
Sed tu quidem nunc retro abscede, ne te videat
Juno: mihi autem hæc erunt-curæ, ut perficiam.
Verum age *jam* tibi capite annuam, ut fidem-habeas:
525 hoc enim ex me inter immortales maximum
signum; non enim meum *est* revocabile, neque fallax,
neque infectum, quodcunque capite annuero.

Dixit, et nigris superciliis annuit Saturnius:
ambrosiæ autem comæ concussæ-sunt regis
530 capite ab immortali; magnumque tremefecit Olympum.

Illi sic deliberata-re discesserunt: hæc quidem deinde
in mare desiliit profundum de splendido Olympo,
Jupiter autem *rediit* suam in domum. Dii vero simul omnes assurrexerunt
ex sedibus, sui patris in-occursum; nec ullus sustinuit
535 expectare venientem, sed obvii steterunt omnes.
Sic hic quidem illic resedit in solio; neque eum Juno
ignoravit, conspicata, quod cum-ipso contulerat consilia
argenteos-pedes-habens Thetis, filia marini senis.
Statim conviciis Jovem Saturnium allocuta-est.

540 Quis vero tecum, dolose, deorum contulit consilia?
semper tibi gratum est, a-me seorsum agentem,
clandestina meditantem statuere: neque aliquod unquam mihi
lubens ausus-es dicere verbum quod cogitaveris.

Huic autem respondit deinde pater hominumque deorumque:
545 Juno, ne vero omnia mea spera consilia
te scituram: difficilia tibi erunt, uxor quamvis *mea* sis.
Sed quod quidem par *fuerit te* audire, nullus inde
neque deorum prior hoc sciet, neque hominum:
quod autem ego seorsum a-diis voluero animo-concipere,
550 ne tu hæc singula interroga neu perscrutare.

Huic autem respondit deinde magnos-oculos-habens veneranda Juno:
severissime Saturnie, quale hoc verbum dixisti!
Et valde te pridem neque interrogo nec perscrutor;
sed perquietus ea consultas, quæcunque vis:
555 nunc autem vehementer timeo in animo, ne te seduxerit
argenteos-pedes-habens Thetis, filia marini senis.
Matutina enim tibi assedit et prehendit genua;
cui te suspicor annuisse certum, ut Achillem
honores, perdas autem multos ad naves Achivorum.

560 Hanc autem respondens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
improba, semper quidem suspicaris, nec te lateo:
agere tamen nihil poteris, sed ab animo *aliena*
magis mihi eris: hoc autem tibi et acerbius erit.
Si vero ita hoc est *ut suspicor,* mihi erit gratum.
565 Verum tacita sede, meoque obedi verbo;
ne tibi non prosint, quotquot dii sunt in Olympo,
propius accedentes, quando tibi invictas manus injecero.

Sic dixit: timuit autem magnis-oculis verenda Juno;
et tacita sedit, inflectens suum cor;[TR3]
570 ingemuerunt autem per domum Jovis dii cœlestes.
His vero Vulcanus inclytus-artifex incepit concionari,
matri dilectæ gratificans, candidas-ulnas-habenti Junoni:

Profecto pestifera facta hæc erunt, nec amplius tolerabilia,
si jam vos mortalium gratia contenditis hoc-modo,
575 interque deos tumultum agitatis; neque ulla convivii
boni erit voluptas, quoniam pejora vincunt.
Matrem autem ego admoneo, et ipsam licet intelligentem,
patri caro obsequium præstare Jovi, ut ne iterum
jurget pater, et nobis convivium conturbet.
580 Si enim velit Olympius fulminator
ex sedibus deturbare.... ille enim longe potentissimus est.
At tu hunc verbis demulceto mollibus;

statim deinde placidus Olympius erit nobis.

Sic igitur dixit; et surgens poculum duplex
585 matri dilectæ in manibus posuit, et ipsam allocutus-est:

Tolera, mater mea, et sustine, dolens licet,
ne te, cara quanquam *mihi* es, *his* in oculis videam
verberatam: tunc vero non potero, dolens quantumvis,
juvare: difficilis enim Olympius ad-resistentum.
590 Jam enim me et alias auxiliari aggressum
dejecit, pede prehensum, de limine divino.
Totum vero diem ferebar, unaque-cum sole occidente
decidi in Lemno: parum autem amplius animæ inerat:
ibi me Sinties viri statim exceperunt cadentem.

595 Sic dixit; risit autem dea candidas-ulnas-habens Juno:
ridensque a-filio accepit manu poculum.
Atque ille ceteris diis a-dextra-exorsus omnibus
infundebat, dulce nectar a cratere hauriens.
Immensus autem excitatus-est risus beatis diis,
600 ut viderunt Vulcanum per ædes properantem.

Sic tunc totum diem usque-ad solem occidentem
convivabantur, nec quicquam animus indigebat dapibus æquis,
non cithara perpulcra, quam tenebat Apollo,
Musisque, quæ canebant alternantes voce pulcra.

605 Sed postquam occidit splendida lux solis,
hi quidem decubituri abierunt domum unusquisque,
ubi cuique domum perinclytus utroque-pede-infirmus,
Vulcanus, fecerat sollertibus præcordiis.
Jupiter autem ad suum lectum abiit Olympius fulgurator,
610 ubi pridem dormiebat, quando ipsum dulcis somnus invaderet:
illic dormivit, quum-ascendisset; juxtaque aureum-solium-habens Juno.

[TR1] "dederuntq." → "dederuntque"
[TR2] "una cum- is" → "una cum-iis"
[TR3] "sum cor" → "suum cor"

Iliadis II.—Somnium. Bœotia.

ARGUMENT: THE TRIAL OF THE ARMY, AND CATALOGUE OF THE FORCES.

Jupiter, in pursuance of the request of Thetis, sends a deceitful vision to Agamemnon, persuading him to lead the army to battle, in order to make the Greeks sensible of their want of Achilles. The general, who is deluded with the hopes of taking Troy without his assistance, but fears the army was discouraged by his absence, and the late plague, as well as by the length of

time, contrives to make trial of their disposition by a stratagem. He first communicates his design to the princes in council, that he would propose a return to the soldiers, and that they should put a stop to them if the proposal was embraced. Then he assembles the whole host, and upon moving for a return to Greece, they unanimously agree to it, and run to prepare the ships. They are detained by the management of Ulysses, who chastises the insolence of Thersites. The assembly is recalled, several speeches made on the occasion, and at length the advice of Nestor followed, which was to make a general muster of the troops, and to divide them into their several nations, before they proceeded to battle. This gives occasion to the poet to enumerate all the forces of the Greeks and Trojans, and in a large catalogue.

The time employed in this book consists not entirely of one day. The scene lies in the Grecian camp, and upon the sea-shore; towards the end it removes to Troy.

TEXT:

1 Ceteri quidem diique et viri bellatores-equestres,
dormiebant totam-noctem; Jovem autem non tenebat dulcis somnus,
verum is meditabatur in animo, quomodo Achillem
honoraret, perderetque multos ad naves Achivorum.
5 Hoc autem ei in animo optimum visum-est consilium,
mittere ad Atriden Agamemnonem perniciosum Somnium;
et id compellans verbis alatis allocutus-est:

Vade age, perniciosum Somnium, celeres ad naves Achivorum;
ingressum in tentorium Agamemnonis Atridæ,
10 omnia valde accurate nuntia, sicut mando.
Armare ipsum jube comantes Achivos
cum-omnibus-copiis; nunc enim ceperit urbem latis-viis
Trojanorum: non enim amplius diverse cœlestes domos habentes
immortales sentiunt; inflexit enim omnes
15 Juno supplicans; Trojanis autem mala impendent.

Sic dixit; ivit autem Somnium, postquam hunc sermonem audivit.
Protinus pervenit celeres ad naves Achivorum;
ivitque ad Atriden Agamemnonem; hunc vero deprehendit
dormientem in tentorio, circumque almus fusus-erat somnus.
20 Stetit autem supra caput, Neleïo filio similis,
Nestori, quem maxime senum honorabat Agamemno.
Huic se quum-assimilasset, eum *ita* alloquebatur divinum Somnium:

Dormis, Atrei fili bellicosi, equûm-domitoris?
non oportet per-totam-noctem dormire consiliatorem virum,
25 cui populique sunt-commissi et tanta curæ-sunt.
Nunc vero mihi mentem-adhibe ocyus; Jovis enim tibi nuntius sum,

qui tui, longe quanquam-est, valde curam-agit et miseretur.
Armare te jussit comantes Achivos
cum-omnibus-copiis; nunc enim ceperis urbem latis-viis
30 Trojanorum; non enim amplius diverse cœlestes domos habentes
immortales sentiunt; inflexit enim omnes
Juno supplicans; Trojanis autem mala impendent
ab Jove. Sed tu tuo tene animo, neque te oblivio
capiat, quando te dulcis somnus dimiserit.

35 Sic quum-dixisset, abiit; illum autem reliquit ibi
ea cogitantem in animo, quæ non perfecta erant-futura.
Putavit enim capturum *se* Priami urbem die illo,
stultus; neque ea sciebat, quæ Jupiter moliebatur opera.
Impositurus enim adhuc erat doloresque suspiriaque
40 Trojanisque et Danais per acres pugnas.
Experrectus-est ex somno, divinaque ei *adhuc* circumfusa-erat vox.
Sedebat autem arrectus, mollemque induit tunicam,
pulcram, novam, circaque magnum sibi-injecit pallium;
pedibus autem sub nitidis ligavit pulcra calceamenta;
45 circumque humeros jecit ensem argenteis-clavis.
Prehendit inde sceptrum paternum, incorruptum semper,
cum quo ivit ad naves Achivorum ære-loricatorum.

Aurora quidem dea ascendit magnum Olympum,
Jovi lumen nuntiatura et ceteris immortalibus:
50 at ille præcones argutis-vocibus-insignes jussit
convocare ad-concionem comantes Achivos.
Hi quidem convocarunt, illi autem colligebantur valde celeriter.

Consilium autem primum magnanimorum sedit senum,
Nestoream apud navem Pylo-nati regis,
55 quos ille quum-coegisset, prudentem struebat consultationem:

Audite, amici: divinum mihi in-somnis venit Somnium
almam per noctem; maxime vero Nestori divino
formaque statura habituque proxime simile-erat.
Stetit autem supra caput et ad me sermonem dixit:
60 dormis, Atrei fili bellicosi, equûm-domitoris?
non oportet totam-noctem dormire consiliatorem virum;
cui populique sunt-commissi et tanta curæ-sunt.
Nunc vero mihi mentem-adhibe ocyus; Jovis enim tibi nuntius sum,
qui tui, longe quanquam-est, valde curam-agit et miseretur.
65 Armare te jussit comantes Achivos
cum-omnibus-copiis; nunc enim ceperis urbem latis-viis
Trojanorum; non enim amplius diverse cœlestes domos habentes
immortales sentiunt; inflexit enim omnes
Juno supplicans: Trojanis vero mala impendent
70 ab Jove: sed tu tuo tene animo. Sic illud locutum

abiit avolans, meque jucundus somnus reliquit.
Verum agite, si quo-modo armemus filios Achivorum.
Primum autem ego verbis tentabo, quatenus fas est,
et fugere cum navibus multorum-transtrorum jubebo:
75 vos autem aliunde alius cohibite verbis.

Ille quidem sic locutus, consedit. His autem surrexit
Nestor, qui Pyli rex erat arenosæ.
Qui ipsis bene-cupiens concionatus-est et dixit:
O amici, Argivorum ductores et principes,
80 si quis hoc somnium Achivorum alius dixisset,
mendacium *esse* diceremus et aversaremur potius:
nunc autem vidit *is* qui *se* longe præstantissimum Achivorum profitetur esse.
Verum agite, si quo-modo armemus filios Achivorum.

Sic locutus, consilio cœpit excedere.
85 Hi autem surrexerunt, parueruntque pastori virorum,
sceptrigeri reges; accurrebant vero populi.
Sicut gentes eunt apum confertarum,
petra ex cava semper recens venientium;
in-modum-racemi autem volant super floribus vernis,
90 et aliæ hac confertim feruntur, aliæ vero illac:
sic horum gentes multæ a navibus et tentoriis
litoris in-anteriora depressi procedebant-ordine
turmatim ad concionem; interque ipsos Fama exarsit,
incitans *eos* ire, Jovis nuntia; hi vero congregabantur.
95 Tumultabatur autem concio, subtusque gemebat terra,
populis considentibus, clamorque-inconditus erat; novem vero ipsos
præcones vociferantes cohibebant, si-quando a-clamore
desisterent, audirentque Jovis-alumnos reges.
Ægre vero sedit populus, cohibebanturque in sedibus,
100 cessantes a-clamore: verum rex Agamemno
surrexit, sceptrum tenens, quod Vulcanus laboraverat fabricans;
Vulcanus quidem dedit Jovi Saturnio regi;
atque Jupiter dedit internuntio Argicidæ;
Mercurius autem rex dedit Pelopi agitatori-equorum;
105 ac rursus Pelops dedit Atreo, pastori virorum;
Atreusque moriens reliquit diviti-pecorum Thyestæ;
ac rursus Thyestes Agamemnoni reliquit gestandum,
ut-multis insulis et Argo omni imperaret.
Hoc ille nixus, *hæc* verba Argivis dixit:

110 O amici, heroes Danai, ministri Martis,
Jupiter me valde Saturnius malo irretivit gravi,
durus, qui antea quidem mihi promisit et annuit,
Ilio exciso bene-mœnito, *me* rediturum;

nunc vero malam fraudem struxit, et me jubet
115 inglorium Argos redire, postquam multum perdidi populum.
Ita scilicet Jovi erit præpotenti placitum,
qui jam multarum urbium demolitus-est vertices,
et adhuc etiam demolietur: ejus enim potentia est maxima.
Turpe enim hoc est etiam posteris auditu,
120 incassum sic talem tantumque populum Achivorum
irritum bellum bellare, et pugnare
cum-viris paucioribus, exitus autem nondum ullus apparuit.
Si enim velimus Achivique Trojanique,
fœderibus fidelibus percussis, numerari utrique,
125 Trojanos quidem se-colligere, ad focos quotquot sunt;
nos autem in decurias disponamur Achivi,
Trojanorumque viros singulos capiamus, qui-vinum-fundant:
multæ decuriæ indigerent pocillatore.
Tanto ego ajo plures esse filios Achivorum
130 Trojanis, qui habitant in urbe: sed auxiliares
multis ex civitatibus hastas-vibrantes viri sunt,
qui me valde depellunt et non sinunt volentem
Trojæ expugnare bene-habitatum oppidum
Novem jam abierunt Jovis magni anni,
135 et jam ligna computruerunt navium, et funes soliti-sunt;
et certe nostræque uxores et infantes liberi
sedent in ædibus exspectantes: nobis autem opus
sic infectum *est,* cujus gratia huc venimus.
Sed agite, ut ego dixero, pareamus omnes:
140 fugiamus cum navibus dilectam in patriam terram;
non enim amplius Trojam capiemus latas-vias-habentem.

Sic dixit; his autem animum in pectoribus commovit,
omnibus inter multitudinem, quicunque non consilium audiverant.
Mota-est vero concio, ut fluctus ingentes maris
145 pelagi Icarii, quos quidem Eurusque Notusque
commovit, quum-irruit patris Jovis ex nubibus.
Sicut quum moverit Zephyrus profundum arvum veniens,
rapidus superne ingruens, et incumbit spicis:
sic horum tota concio mota-est. Hi autem fremitu
150 ad naves ruebant, a-pedibus vero subter pulvis
stabat excitatus; alii autem alios adhortabantur,
ut-prehenderent naves et traherent in mare divinum
alveosque expurgabant: clamor autem in-cœlum ivit
domum properantium; subtrahebantque phalangas navibus.

155 Tunc Argivis præter-fatum reditus contigisset,
nisi Minervam Juno sermone affata-fuisset:

Dii-boni, ægidem-tenentis Jovis filia, indomita,

siccine vero domum, dilectam in patriam terram,
Argivi fugient super lata dorsa maris?
160 verum gloriationem Priamo et Trojanis reliquerint
Argivam Helenam, cujus gratia multi Achivorum
ad Trojam perierunt, dilecta procul-a patria terra?
verum abi nunc ad populum Achivorum ære-loricatorum,
tuis lenibus verbis cohibe virum quemque,
165 nec sinas naves in-mare trahere utrinque-recurvas.

Sic dixit: nec non-paruit dea cæsiis-oculis Minerva.
Descendit autem ab Olympi verticibus concitata,
[raptimque venit veloces ad naves Achivorum;]
invenit deinde Ulyssem, Jovi consilio parem,
170 stantem; neque hic navem bonis-transtris-instructam, nigram
tangebat, quia ipsum dolor corde et animo invaserat.
prope autem stans allocuta-est *eum* cæsiis-oculis Minerva:

Generose Laertiade, sollertissime Ulysse,
siccine vero domum, dilectam in patriam terram,
175 fugietis, in naves multis-transtris irruentes?
verum gloriationem Priamo et Trojanis reliqueritis
Argivam Helenam, cujus gratia multi Achivorum
ad Trojam perierunt, dilecta procul-a patria terra?
verum abi nunc ad populum Achivorum, neque cessa:
180 tuis blandis verbis cohibe virum quemque,
nec sinas naves in-mare trahere utrinque-recurvas.

Sic dixit: hic autem intellexit deæ vocem locutæ,
instititque currere, et lænam abjecit: illam vero sustulit
præco Eurybates Ithacensis, qui eum sequebatur.
185 Ipse autem Atridæ Agamemnoni obvius veniens,
sumsit ei (*ejus*) sceptrum paternum, incorruptum semper:
cum quo ivit per naves Achivorum ære-loricatorum.

Quemque regem, et primarium virum inveniret,
hunc vero blandis verbis detinebat astans:

190 Mirifice, non te decuit timidi instar trepidare;
quin et ipse sede, et alios sedere fac viros.
Nondum enim fere certo scis, quis animus Atridæ:
nunc quidem tentat, mox autem pœna-afficiet filios Achivorum.
In consilio non omnes audivimus quid dixerit.
195 *Cavendum igitur* ne-forte iratus afficiat malo filios Achivorum.
Ira vero magna est Jovis-alumni regis:
honor autem ab Jove est, diligitque ipsum providus Jupiter.

Quemcunque vero e-plebe virum videret vociferantemque offenderet,
hunc sceptro percutiebat increpitabatque verbo:

200 Improbe, quiete sede, et aliorum sermonem audi,

qui te præstantiores sunt; tu autem imbellis et invalidus,
neque unquam in bello æstimatus, neque in consilio.
Non quidem ullo-pacto omnes regnabimus hic Achivi:
non bonum multorum-principatus: unus princeps esto,
205 unus rex, cui dedit Saturni filius versuti.
[sceptrumque et jura, ut ipsis dominetur.]

Sic ille imperatorem-agens regebat exercitum: hi autem ad-concionem
rursus ruebant a navibus et tentoriis,
cum tumultu: sicut quum fluctus multum-trepentis maris
210 in-litore magno fremit, resonatque pontus.

Ceteri quidem sedebant, tenebantque-se in *suis* sedibus.
Thersites autem adhuc solus blaterans tumultuabatur,
qui verba animo suo indecoraque multaque tenebat,
ut-temere, ac non prout decebat, contenderet regibus,
215 sed *eo* quodcunque ei videretur ridiculum Argivis
esse. Turpissimus autem vir sub Ilium venerat;
valgus erat, claudusque altero pede; et ejus humeri
gibbi, in pectus contracti; ac superne
acutus erat capite, rarumque supra-insedebat capillamentum.
220 Inimicissimus autem Achilli potissimum erat et Ulyssi;
his enim conviciari-solebat; tum vero Agamemnoni divino
stridule clamans dicebat probra; ei autem Achivi
vehementer irascebantur indignabanturque in animo;
at hic alte vociferans, Agamemnonem increpabat sermone:

225 Atride, de-quo autem quereris et *quo* indiges?
plena tibi ære tentoria, multæque mulieres
sunt in tentoriis selectæ, quas tibi Achivi
omnium-primo damus, quandocunque oppidum cepimus.
An adhuc et auro indiges, quod quis afferet
230 Trojanorum equûm-domitorum ex Ilio, pro-filio redemtionis-pretium,
quem ego vinctum duxero vel alius Achivorum?
aut mulierem juvenem, ut *cum ea* miscearis in amore,
quamque ipse seorsum detineas? Minime vero decet
principem existentem in-mala inducere filios Achivorum.
235 O imbelles, ignava probra, Achæides, non-amplius Achivi,
domum cum navibus redeamus: hunc vero sinamus
hic ad Trojam præmia concoquere, ut sciat,
utrum quid ei nos adjumento-simus, an non;
qui etiam nunc Achillem, se multo fortiorem virum,
240 contumelia-affecit; ablatum enim habet præmium, ipse abripiens.
Enimvero non Achilli bilis *est* in præcordiis, sed socors *est;*
alioqui enim, Atrida, nunc postremum læsisses.

Sic dixit convicians Agamemnoni, pastori populorum,
Thersites; huic autem cito astitit divinus Ulysses,

245 et ipsum torve intuitus gravi increpavit sermone:

Thersite blatero, clara-voce quanquam sis concionator,
desine, neu velis solus contendere cum-regibus.
Non enim ego te censeo pejorem mortalem alium
esse, quotquot cum Atridis sub Ilium venerunt.
250 Quare non reges in ore habens concioneris,
et (*neu*) ipsis probra objicias, reditumque observes.
Necdum plane scimus, quomodo futuræ-sint hæ res,
utrum bene, an male redituri-simus filii Achivorum.
[Propterea nunc Atridæ Agamemnoni, pastori populorum,
255 sedes jaciens-convicia, quia ei valde multa dant
heroes Danai; tu vero maledictis-*eum*-irritans concionaris.]
Sed tibi edico, quod et perfectum erit:
sicubi iterum te delirantem deprehendero, sic jam hîc,
ne-amplius deinceps Ulyssi caput super humeros sit,
260 neque posthac Telemachi parens appellatus sim,
si non ego te comprehensum tuis quidem vestibus exuero,
lænaque et tunica, quæque pudenda contegunt,
ipsum autem flentem veloces ad naves dimisero,
cæsum, e-concione, ignominiosis verberibus.

265 Sic igitur dixit, sceptroque tergum atque etiam humeros
percussit; ille vero curvabat-se, plenaque ipsi excidit lacrima.
Vibex autem cruenta dorso emersit
sceptro sub aureo; ipse autem sedit timuitque,
dolensque, stupide spectans, abstersit lacrimam.
270 Illi vero, quamvis mœsti, super ipso suaviter riserunt,
sicque aliquis (*fere quisque*) dicebat, intuens propinquum alium:

Dii boni, profecto plurima Ulysses bona fecit,
consiliaque inchoans bona bellumque instruens:
nunc vero hoc longe optimum inter Argivos fecit,
275 qui hunc conviciatorem contumeliosum coercuit a-loquendo.
Non certe ipsum iterum stimulabit animus audax
objurgare reges contumeliosis verbis.

Sic dixerunt multitudo: sed urbium-vastator Ulysses
surrexit, sceptrum tenens (juxtaque cæsiis-oculis Minerva,
280 assimulata præconi, silere populum jussit,
ut simul primique et postremi filii Achivorum
sermonem audirent et expenderent consilium):
is ipsis bene-cupiens concionatus-est et dixit:

Atrida, nunc vero te, rex, volunt Achivi
285 omnibus probrosissimum facere articulate-loquentibus mortalibus,
nec tibi perficiunt promissionem, quam susceperunt,
huc etiam venientes ex Argo equos-pascente,

Ilio exciso bene-mœnito *te* rediturum.
Tanquam enim vel pueri tenelli viduæve mulieres,
290 inter-se complorantes-desiderant domum redire.
Sane vero etiam labor est afflictum redire.
Etenim quispiam *vel* unum mensem manens *procul* a sua uxore
ægre-fert cum nave multa-transtra-habente, quem procellæ
hibernæ detinent, commotumque mare:
295 nobis vero nonus est, qui-circumvolvitur, annus
hic manentibus. Quare non succenseo, Achivos
ægre-ferre apud naves recurvas; verum nihilominus
turpe *est* diuque manere, inanemque redire.
Tolerate, amici, et manete in tempus, ut sciamus,
300 utrum verum Calchas vaticinetur, an et non.
Probe enim hoc scimus in animo, estisque omnes
testes, quos non Parcæ incesserunt mortis auferentes,
herique et nudius-tertius, quando in Aulidem naves Achivorum
congregabantur, mala Priamo et Trojanis ferentes;
305 nos autem circum, circa fontem, sacris in altaribus
faciebamus immortalibus perfectas hecatombas,
pulcra sub platano, unde fluebat limpida aqua:
illic apparuit magnum signum: draco in dorso ruber,
horribilis, quem ipse Olympius misit in-lucem,
310 ex-altari imo-prolapsus, ad platanum ruit.
Ibi erant passeris pulli, pusilli nati,
ramum super summum, sub-foliis se-condentes,
octo, verum mater nona erat, quæ pepererat natos.
Ibi ille hos miserabiliter voravit stridentes;
315 mater vero circumvolabat lugens caros natos:
hanc autem implicans ala prehendit circum-clamitantem.
Verum postquam natos devoraverat passeris et ipsam,
hunc quidem insignem fecit deus, qui ostenderat;
lapidem enim ipsum fecit Saturni filius versuti;
320 nos autem stantes admirabamur, quale factum-esset.
Sic igitur mirabilia prodigia deorum subiere hecatombas;
Calchas vero statim deinde vaticinans concionabatur:
cur muti facti-estis, capite-comantes Achivi?
nobis quidem hoc ostendit signum magnum providus Jupiter,
325 serum, seri-exitus, cujus gloria nunquam peribit.
Ut hic natos devoravit passeris et ipsam,
octo, verum mater nona erat, quæ pepererat natos:
sic nos totidem annos bellabimus ibi,
decimo autem urbem capiemus latas-vias-habentem.
330 Ille sic concionatus-est: quæ utique nunc omnia complentur.
Verum age, manete omnes, bene-ocreati Achivi,
hîc, donec urbem magnam Priami ceperimus.

Sic dixit. Argivi vero altum clamabant (circum autem naves
terribiliter sonitum-reddebant, clamantibus ab Achivis),
335 sermonem collaudantes Ulyssis divini.
Inter-hos autem dein dixit Gerenius eques Nestor:

Dii boni, revera pueris similes loquimini
parvis, quibus non sunt-curæ bellica opera.
Quo vero pactaque et jurajuranda ibunt nobis?
340 in ignem nempe consiliaque abierint curæque virorum,
fœderaque meri-libatione-sancita et dextræ, quibus confisi-sumus!
frustra enim verbis contendimus, neque ullam rationem
invenire possumus, multum tempus hîc licet-moremur.
Atrida, tu vero adhuc, sicut prius, habens firmum consilium,
345 impera Argivis in duris præliis;
hos autem sine tabescere, unum et alterum, qui ab-Achivis
seorsum consultant (perfectio autem non erit ipsis),
ut-prius Argos redeant, quam et Jovis ægidem-tenentis
cognoscamus utrum falsa *sit* promissio, an et non.
350 Dico enim jam annuisse præpotentem Saturnium
die illo, quando naves in cito-euntes inscenderunt
Argivi, Trojanis cædem ac fatum ferentes,
quum-fulguraretur ad-dextram, fausta signa ostendens.
Quare nemo prius festinet domum redire,
355 quam quisque apud Trojanorum uxorem *aliquam* dormiverit,
ultusque-fuerit Helenæ ausa gemitusque.
Sin autem quis vehementer vult domum redire,
arripiat suam navem bonis-transtris, nigram,
ut ante alios mortem et fatum assequatur.
360 Sed, rex, tuque ipse bene consulito, auscultaque alteri;
non rejectaneum verbum erit, quod dixero:
secerne viros per stirpes, per gentes, Agamemno,
ut gens genti opem-ferat, et stirps stirpi.
Si autem sic feceris, et tibi paruerint Achivi,
365 cognosces dehinc, quique ducum ignavus, quique populorum,
et quis fortis sit: per se-ipsos enim pugnabunt;
cognosces etiam, utrum divinitus urbem non sis-expugnaturus,
an virorum ignavia et imperitia belli.

Hunc autem respondens allocutus-est rex Agamemno:
370 revera iterum concione vincis, senex, filios Achivorum.
Utinam enim, Jupiterque pater, et Minerva, et Apollo,
tales decem mihi consultores essent Achivorum!
sic cito caderet urbs Priami regis,
manibus sub nostris captaque excisaque.
375 Sed mihi ægidem-tenens Saturnius Jupiter dolores dedit,
qui me in vanas lites et contentiones conjicit.

Etenim ego Achillesque certavimus puellæ gratia,
inter-se-adversantibus verbis; ego autem primus-cœpi irasci:
sin autem unquam in unum consultabimus, non-amplius postea
380 Trojanis dilatio mali erit, ne tantillum quidem.
Nunc autem ite pransum, ut committamus pugnam:
bene quidem quisque hastam acuat, bene et scutum paret,
bene vero quisque equis prandium det veloces-pedes-habentibus,
bene quisque currum undique explorans, bellum meditetur,
385 ut per-totum-diem horrendo cernamus Marte.
Nulla enim cessatio posthac-erit, ne tantillum quidem,
nisi nox veniens diremerit ardorem virorum.
Sudabit quidem cujusque lorum circum pectora
scuti circum-tegentis-hominem, circum autem lanceam *quisque* manu fatigabitur:
390 sudabit et cujusque equus, politum currum trahens.
Quem vero ego seorsum a-pugna volentem videro
manere apud naves recurvas, non ei postea
certum erit fugere canes atque alites.

Sic dixit; Argivi vero altum clamabant, sicut quando fluctus
395 litus ad altum, quum *eum* moverit Notus ingruens,
ad procurrentem scopulum; hunc autem nunquam fluctus linquunt,
variis ventis *flantibus,* quando hinc vel illinc oriuntur.
Surgentes vero ruebant, sparsi per naves,
fumumque-excitarunt per tentoria, et prandium sumserunt.
400 Alius autem alii sacrificabat deorum semper-existentium,
orans ut-mortem effugeret et discrimen Martis.
Atque *ipse* bovem sacrificavit rex virorum Agamemno
pinguem, quinquennem, præpotenti Saturnio;
vocavitque senes principes omnium-Achivorum,
405 Nestorem quidem primum, et Idomeneum regem,
ac deinde Ajaces duos, et Tydei filium;
sextum autem Ulyssem, Jovi consilio æqualem.
Spontaneus vero ei venit bello strenuus Menelaus:
norat enim in animo fratrem ut-agitaret (*agitantem*).
410 Bovem autem circumsteterunt, et molas sustulerunt;
inter-hos vero orans dixit rex Agamemno:

Jupiter illustrissime, maxime, atras-nubes-cogens, in-æthere habitans,
ne prius sol occidat et tenebræ superveniant,
quam ego pronam dejecero Priami domum
415 ardentem, exusseroque igni infesto portas,
Hectoream vero loricam circa pectora discidero,
ferro ruptam: multique circa ipsum socii
proni in pulveribus mordicus prehendant terram.

Sic dixit: nec tamen ei annuebat Saturnius;

420 verum hic accepit quidem sacrificia, laborem vero non-invidendum dedit.
Ac postquam precati-sunt, et molas projecerunt,
cervicem retro egere *victimarum* primum, et jugularunt, et excoriarunt,
femoraque exsecuerunt adipeque cooperuerunt,
eam duplicantes; super ipsis autem frusta-cruda-posuere.
425 Et hæc quidem lignis-fissis sine-foliis adurebant;
viscera autem *verubus* transfixa tenebant-super ignem.
Ac postquam femora exusta-erant, et viscera gustarant,
in-frusta-parva-conciderunt cetera et verubus transfixerunt,
assaveruntque scite, extraxeruntque *igni* omnia.
430 Atque ubi cessarant ab-opere, apparaverantque convivium,
epulati-sunt, nec quicquam animus indiguit epuli æqui.
Porro postquam potus et cibi appetitum exemerant,
his loqui incipiebat Gerenius eques Nestor:

Atrida illustrissime, rex virorum Agamemno,
435 ne nunc diutius hîc colloquamur, neu amplius diu
differamus opus, quod jam deus in-manus-dat.
Sed age, præcones quidem Achivorum ære-loricatorum
populum præconio congregent ad naves:
nos autem conferti ita per exercitum latum Achivorum
440 eamus, ut ocyus cieamus acrem Martem.

Sic dixit: neque inobsequens-erat rex virorum Agamemno;
statim præconibus argutis imperavit
ut-convocarent ad-pugnam capite-comantes Achivos.
Hi quidem convocarunt, illi autem congregati-sunt valde cito.
445 Qui autem circum Atriden *erant* Jovis-alumni reges,
ruebant *ordines*-distinguentes: inter *eos* vero cæsiis-oculis Minerva,
ægidem habens valde-pretiosam, senii-expertem immortalemque,
ex qua centum fimbriæ totæ-aureæ suspensæ-erant,
omnes bene-plexæ, centum boum *pretio* unaquæque.
450 Cum hac irruens percurrebat populum Achivorum,
concitans ad-eundum; robur autem excitavit unicuique
in-corde, ut-indesinenter bellarent et pugnarent.
His autem statim bellum dulcius factum-est, quam redire
in navibus cavis dilectam in patriam terram.

455 Velut ignis edax comburit immensam silvam
montis in verticibus, proculque apparet splendor:
sic, his gradientibus, ab ære admirando
fulgor undique-collucens per aerem in-cœlum ascendit.

Horum autem sicut avium volatilium gentes multæ,
460 anserum, vel gruum, vel cygnorum longa-colla-habentium,
Asio in prato, Caystri circa fluenta,
huc et illuc volitant exsultantes alis,
cum-clangore pro-*fluvio*-considentium, resonat autem pratum:

sic horum gentes multæ a navibus et tentoriis
465 in planitiem profundebantur Scamandriam; ac terra
terribiliter resonabat sub pedibus ipsorum et equorum.
Steterunt autem in prato Scamandrio florido
infiniti, quot folia et flores nascuntur tempore-verno.

Veluti muscarum frequentium gentes multæ,
470 quæ per caulam pastoralem errant,
tempore in verno, quando lac vasa rigat:
tot contra Trojanos capite-comantes Achivi
in campo stabant, perdere *eos* cupientes.

Hos autem, ut greges latos caprarum caprarii viri
475 facile distinguunt, postquam in-pascuis commixti-sunt:
sic hos ductores *sui* in-ordines-redigebant huc et illuc,
ad-pugnam ituros: inter *eos* autem rex Agamemno,
oculis et capite similis Jovi gaudenti-fulmine,
Marti autem balteo, pectore autem Neptuno.
480 Velut bos in-armento longe eximius existit inter-omnes
taurus; hic enim boves inter-excellit congregatas:
talem Atriden fecit Jupiter die illo,
insignem in multis et eximium heroibus.

Dicite nunc mihi, Musæ cœlestes domos tenentes
485 (vos enim deæ estis, adestisque, scitisque omnia:
nos vero famam solam audimus, nec quicquam scimus):
qui duces Danaorum et principes fuerint.
Multitudinem autem *militum* non ego dixero, nec nominaro,
ne si quidem mihi decem linguæ, decemque ora essent,
490 vox autem frangi-nescia, æreumque mihi cor inesset,
nisi cœlestes Musæ, Jovis ægidem-tenentis
filiæ, commemorarent, quot sub Ilium venerint.
Principes utique navium dicam, navesque-universas.

Bœotis quidem Peneleus et Leïtus imperabant,
495 Arcesilausque, Prothoenorque, Cloniusque;
quique Hyrien colebant, et Aulidem petrosam,
Schœnumque, Scolumque, jugosamque Eteonum,
Thespiam, Græamque, et spatiosam Mycalesum;
quique circum Harma habitabant, et Ilesium, et Erythras,
500 quique Eleona tenebat, et Hylen, et Peteona,
Ocaleam, Medeonaque, bene-ædificatam urbem,
Copas, Eutresinque, columbisque-abundantem Thisben;
quique Coroneam, et herbosam Haliartum,
quique Platæam tenebant, et qui Glisanta incolebant,
505 quique Hypothebas habitabant, bene-ædificatam urbem,
Onchestumque sacram, Neptunium pulcrum lucum;
quique uvis-abundantem Arnen habitabant, quique Mideam,

Nisamque divinam, Anthedonaque ultimam:
horum quidem quinquaginta naves ibant, in unamquamque autem
510 juvenes Bœotorum centum et viginti conscenderant.

Qui vero Aspledona habitabant, et Orchomenum Minyeum,
his imperabat Ascalaphus, et Ialmenus, filii Martis,
quos peperit Astyoche, *in* domo Actoris Azidæ,
virgo verecunda, superiorem-domum quum-ascendisset,
515 Marti forti: hic autem ipsi accubuerat furtim.
His autem triginta cavæ naves ibant-ordine.

Porro Phocensibus Schedius et Epistrophus imperabant,
filii Iphiti magnanimi Naubolidæ;
qui Cyparissum tenebant, Pythonaque petrosam,
520 Crisamque divinam, et Daulida, et Panopeum,
quique Anemoriam, et Hyampolin circumhabitabant,
quique apud fluvium Cephissum divinum habitabant,
quique Lilæam tenebant, fontes ad Cephissi;
hos autem simul quadraginta nigræ naves sequebantur.
525 Hi quidem Phocensium ordines constituebant obeuntes;
Bœotos autem prope, ad lævam armabantur.

Locrensibus autem erat-dux Oïlei *filius,* velox Ajax,
minor, nequaquam tantus quantus Telamonius Ajax,
sed multo minor; (parvus quidem erat, lineum-thoracem-gestans,
530 hastæ autem peritia-superabat omnes-Graecos et Achivos;)
qui Cynumque colebant, Opoentaque, Calliarumque,
Besamque, Scarphenque, et Augias amœnas,
Tarphenque, Throniumque, Boagrii circa fluenta:
hunc autem simul quadraginta nigræ naves sequebantur
535 Locrensium, qui habitant ultra sacram Eubœam.

Qui autem Eubœam tenebant, robur spirantes Abantes,
Chalcidaque, Eretriamque, abundantemque-uvis Histiæam,
Cerinthumque maritimam, Diique altam urbem,
quique Carystum tenebant, et qui Styra habitabant:
540 horum utique dux-erat Elephenor, soboles Martis,
Chalcodontiades, magnanimorum princeps Abantum.
Hunc autem simul Abantes sequebantur veloces, occipite comantes,
bellatores, promti porrectis hastis-fraxineis
loricas disrumpere hostium circa pectora;
545 eumque simul quadraginta nigræ naves sequebantur.

Qui vero Athenas tenebant, bene-ædificatam urbem,
civitatem Erechthei magnanimi, quem olim Minerva
nutrivit, Jovis filia (peperit vero alma Tellus),
et (in) Athenis collocavit, suo in pinguo templo:
550 illic ipsam tauris et agnis placant

juvenes Atheniensium, circumvolventibus annis.
His utique præerat filius Petei, Menestheus.
Huic haud quisquam similis in-terra fuit vir
regendis-in-acie equisque et viris scutatis
555 (Nestor solus *cum eo* contendebat: hic enim ætate-grandior erat):
hunc autem simul quinquaginta nigræ naves sequebantur.

Ajax autem ex Salamine ducebat duodecim naves.
[Constituitque ducens, ubi Atheniensium stabant phalanges.]

Qui autem Argosque tenebant, Tirynthaque bene-mœnitam,
560 Hermionen, Asinenque, profundum sinum tenentes,
Trœzena, Eionasque, et vitibus-consitam Epidaurum,
quique tenebant Æginam, Masetaque, juvenes Achivorum:
his utique præerat bello strenuus Diomedes,
et Sthenelus, Capanei inclyti dilectus filius;
565 cum-his vero simul Euryalus tertius ibat, similis-deo vir,
Mecistei filius Talaïonidæ regis.
Universis autem præerat bello strenuus Diomedes:
hosque simul octoginta nigræ naves sequebantur.

Qui autem Mycenas tenebant, bene-ædificatam urbem,
570 opulentamque Corinthum, beneque-structas Cleonas,
Orniasque colebant, Aræthyreamque amœnam,
et Sicyona, ubi Adrastus primum regnavit;
quique Hyperesiamque et excelsam Gonoessam,
Pellenenque tenebant, et Ægium circumhabitabant,
575 Ægialumque per omnem et circa Helicen spatiosam:
horum centum navibus imperabat rex Agamemno,
Atrides: simul hunc longe plurimi et præstantissimi
viri sequebantur: ipse autem induebat splendidum æs,
gloria-exsultans, quod omnes inter-elucebat heroas,
580 quoniam maximus erat, longeque plurimos ducebat viros.

Qui autem tenebant montibus-clausam Lacedæmona cavernosam,
Pharinque, Spartamque, abundantemque-columbis Messam,
Brysiasque habitabant, et Augias amœnas,
quique Amyclas tenebant, Helosque, maritimam urbem,
585 quique Laan tenebant, et Œtylum circumhabitabant:
his ejus frater præerat, bello strenuus Menelaus,
sexaginta navibus; seorsum vero armabantur.
Inter *eos* ipse ibat sua animosa-virtute fretus,
adhortans ad-bellum; maxime vero cupiebat animo
590 ulcisci Helenæ ausaque gemitusque.

Qui autem Pylumque colebant, et Arenen amœnam,
et Thryum, Alphei vadum, et bene-ædificatam Æpy,
et Cyparisseenta, et Amphigeniam habitabant,

et Pteleum, et Helos, et Dorion (ubi quidem Musæ
595 occurrentes Thamyrim illum Thracium privarunt cantu,
ex-Œchalia venientem ab Euryto Œchaliensi:
asserebat enim gloriabundus se-victurum, si vel ipsæ
Musæ canerent, filiæ Jovis ægidem-tenentis:
illæ vero iratæ cæcum fecerunt, atque cantum
600 divinum ademerunt, et oblivisci-fecerunt artem pulsandi-citharam).
His autem præerat Gerenius eques Nestor,
cum-eoque nonaginta cavæ naves ordine-ibant.

Qui autem tenebant Arcadiam, sub Cyllenes monte alto,
Æpytium prope monumentum, ubi viri cominus-pugnantes,
605 qui Pheneumque incolebant, et Orchomenum pecorosum,
Ripenque, Stratienque, et ventosam Enispen,
et Tegeam tenebant, et Mantineam amœnam,
Stymphalumque tenebant, et Parrhasien colebant:
his imperabat Ancæi filius, rex Agapenor,
610 sexaginta navibus: multi autem in navem unamquamque
Arcades viri conscenderant, periti pugnandi.
Ipse enim eis dederat rex virorum Agamemno
naves bonis-transtris, ut-transfretarent super nigrum pontum,
Atrides: quoniam non ipsis maritima opera erant-curæ.

615 Qui autem Buprasiumque et Elida divinam habitabant,
quantum *agri* Hyrmine et Myrsinus extrema,
petraque Olenia, et Alisium intus continet:
horum utique quatuor duces erant, decem vero virum unumquemque
naves sequebantur veloces, multique inscenderant Epei.
620 His quidem Amphimachus et Thalpius præerant,
filii, *alter* quidem Cteati, alter autem Euryti Actoridæ:
istis vero Amaryncides imperabat fortis Diores;
quartisque præerat Polyxenus deo-similis,
filius Agasthenis Augeïdæ regis.

625 Qui autem *venerunt* ex Dulichio, Echinadibusque sacris
insulis, quæ sitæ-sunt trans mare, Elidis e-regione;
his utique præerat Meges, æqualis Marti,
Phylides, quem genuit Jovi dilectus eques Phyleus,
qui olim in-Dulichium migraverat, patri iratus:
630 hunc autem simul quadraginta nigræ naves sequebantur.

Porro Ulysses ducebat Cephallenses magnanimos,
qui Ithacam tenebant, et Neritum frondosum,
et Crocylea colebant, et Ægilipa asperam,
quique Zacynthum tenebant, et qui Samum incolebant,
635 quique continentem tenebant, et objacentia incolebant:
his quidem Ulysses imperabat, Jovi consilio par;
hunc autem simul naves sequebantur duodecim proras-rubras-habentes.

Ætolis autem imperabat Thoas, Andræmonis filius,
qui Pleurona colebant, et Olenum, et Pylenen,
640 Chalcidaque maritimam, Calydonaque petrosam
(non enim amplius Œnei magnanimi filii supererant,
neque item amplius ipse supererat, mortuus-erat autem flavus Meleager):
huic vero omnia erant-commissa, ut-imperaret Ætolis:
hunc simul quadraginta nigræ naves sequebantur.

645 Cretensibus autem Idomeneus hasta-clarus præerat,
qui Cnossumque tenebant, Gortynaque bene-mœnitam,
Lyctum, Miletumque, et albicantem Lycastum,
Phæstumque, Rhytiumque, urbes bene-habitatas,
ceterique, qui Cretam centum-urbium incolebant.
650 His utique Idomeneus hasta-clarus præerat,
Merionesque, par Marti homicidæ:
hos autem simul octoginta nigræ naves sequebantur.

Tlepolemus autem Heraclides, fortisque magnusque,
ex Rhodo novem naves ducebat Rhodiorum magnanimorum:
655 qui Rhodum incolebant trifariam instructi,
Lindum, Ialysumque, et albicantem Camirum.
Horum quidem Tlepolemus hasta-clarus dux-erat,
quem peperit Astyochea fortitudini Herculeæ (*Herculi*):
quam duxerat (*Hercules*) ex Ephyra, fluvio a Selleente,
660 depopulatus urbes multas Jovis-alumnorum juvenum.
Tlepolemus autem, postquam nutritus-fuerat in domo bene-constructa,
illico patris sui dilectum avunculum interfecit,
jam senescentem Licymnium, sobolem Martis.
Statim naves compegit, multasque copias quum-coegisset,
665 abiit fugiens pare mare: minati enim ei fuerant ceteri
filii nepotesque fortitudinis Herculeæ.
Atque hic in Rhodum venit errans, ærumnas perferens:
trifariam autem *distincti* habitabant tributim, et amabantur
a Jove, qui diis et hominibus imperat.
670 [Et ipsis ingentes divitias impluerat Saturnius.]

Nireus porro ex-Syma ducebat tres naves æquales,
Nireus, Aglaiæ filius Charopique regis;
Nireus, qui formosissimus vir sub Ilium venit
ceterorum Danaorum, post laudatissimum Peliden:
675 sed imbellis erat, parvusque eum sequebatur populus.

Qui vero Nisyrumque tenebant, Crapathumque, Casumque,
et Coon, Eurypyli urbem, insulasque Calydnas:
his Phidippusque et Antiphus præerant,
Thessali filii duo, Heraclidæ regis;
680 horum autem triginta cavæ naves ordine-ibant.

Nunc vero istos, quotquot Pelasgicum Argos habitabant,
quique Alon, quique Alopen, quique Trachina colebant,
quique tenebant Phthiam et Hellada pulcras-mulieres-habentem;
Myrmidones autem vocabantur et Hellenes et Achæi:
685 horum utique quinquaginta navibus erat dux Achilles.
Verum hi non belli horrisoni recordabantur:
non enim erat, qui ipsos per ordines duceret.
Jacebat enim ad naves pedibus-velox divinus Achilles,
ob-puellam iratus Briseida pulcris-comis,
690 quam ex Lyrnesso ceperat, multum laborans,
Lyrnessum depopulatus et muros Thebes:
verum et Myneta dejecit et Epistrophum bellicosos,
filios Eveni, Selepiadæ regis:
ob-istam is jacebat mœrens, cito autem se-erecturus erat.

695 Quique tenebant Phylacen, et Pyrasum floridam,
Cereris sacrum-locum, Itonaque, matrem ovium,
maritimamque Antrona, et Pteleum herbosam:
horum utique Protesilaus bellicosus dux-erat,
vivus dum-erat: tunc vero jam tenebat *eum* terra nigra.
700 Ejus autem ambas-lacerata-genas uxor Phylacæ relicta-erat,
et domus semiperfecta: eum autem interfecerat Dardanus vir,
de-nave desilientem longe primum Achivorum.
Et tamen ne isti quidem sine-duce erant, desiderabant tamen ducem *suum:*
sed ipsos ordinabat Podarces, soboles Martis.
705 Iphicli filius divitis-pecore Phylacidæ,
frater-germanus magnanimi Protesilai,
junior natu: ille vero *erat* major-natu et præstantior,
heros Protesilaus bellicosus: nec vero populi *ejus*
indigebant duce, desiderabant tamen ipsum strenuum:
710 hunc autem simul quadraginta nigræ naves sequebantur.

Qui vero Pheras colebant apud Bœbeïda lacum,
Bœben et Glaphyras, et bene-ædificatam Iaolcum,
horum imperabat Admeti dilectus filius undecim navibus,
Eumelus, quem ex Admeto peperit[TR1] nobilissima feminarum,
715 Alcestis, Peliæ filiarum forma præstantissima.

Qui autem Methonen et Thaumaciam colebant,
et Melibœam tenebant, et Olizona asperam,
his Philoctetes præerat, arcus bene sciens,
septem navibus; remigesque in unamquamque quinquaginta
720 inscenderant, arcus bene-scientes ad-fortiter pugnandum.
Sed ille quidem in insula jacebat ingentes dolores perferens,
Lemno in divina, ubi ipsum reliquerant filii Achivorum,
ulcere laborantem tetro perniciosi colubri:

ibi ille jacebat dolens: cito autem recordaturi erant
725 Argivi apud naves Philoctetæ regis.
Et tamen ne isti quidem sine-duce erant, desiderabant tamen ducem *suum:*
sed Medon *eos* ordinabat, Oïlei spurius filius,
quem peperit Rhena ex Oïleo urbium-eversore.

Qui autem tenebant Triccam, et Ithomen montosam,
730 quique tenebant Œchaliam, urbem Euryti Œchaliensis:
horum duces-erant Æsculapii duo filii,
medici boni, Podalirius et Machaon:
cum-his autem triginta cavæ naves ordine-ibant.

Qui vero tenebant Ormenium, quique fontem Hypeream,
735 et qui tenebant Asterium, Titanique albos vertices:
horum dux-erat Eurypylus, Euæmenis præclarus filius;
hunc autem simul quadraginta nigræ naves sequebantur.

Qui vero Argissam tenebant et Gyrtonen colebant,
Orthen, Eleonenque, urbemque Oloossona albam:
740 his utique præerat sustinens-bellum Polypœtes,
filius Pirithoi, quem immortalis genuit Jupiter
(hunc ex Pirithoo peperit inclyta Hippodamia
die eo, quo Centauros ultus-est hispidos,
eosque ex Pelio pepulit, et ad-Æthices *usque* abegit),
745 non solus; una cum-eo Leonteus, soboles Martis,
filius magnanimi Coroni Cænidæ:
hos autem simul quadraginta nigræ naves sequebantur.

Guneus vero ex Cypho ducebat duas et viginti naves:
hunc autem Enienes sequebantur, bellumque-sustinentes Peræbi,
750 qui circa Dodonam valde-frigidam domicilia posuerant,
quique circa amœnum Titaresium arva colebant,
qui in Peneum immittit pulcre-fluentem aquam:
nec ille Peneo commiscetur argenteos-vortices-agenti,
sed ipsum in-summo supernatat, veluti oleum:
755 juramenti enim gravis, Stygis aquæ est rivus.

Magnetibus vero præerat Prothous, Tenthredonis filius,
qui circa Peneum et Pelion frondosum
habitabant; his quidem Prothous velox dux-erat:
hunc autem simul quadraginta nigræ naves sequebantur.

760 Hi utique duces Danaorum et principes erant.
Quis jam horum præstantissimus fuerit, tu mihi dic, Musa,
ipsorum et equorum, qui simul Atridas sequebantur.

Equae quidem multo præstantissimæ erant Pheretiadæ,
quas Eumelus agitabat, pedibus-veloces, avium instar,
765 ejusdem-pili, ejusdem-ætatis, ad-perpendiculum dorso pares:

quas in Perea aluit argenteum-arcum-gestans Apollo,
ambas feminas, terrorem belli ferentes.
Virorum autem longe præstantissimus erat Telamonius Ajax,
quamdiu Achilles irascebatur: is enim multo fortissimus erat,
770 equique, qui ferebant laudatissimum Peliden.
Sed hic quidem in navibus recurvis pontum-transeuntibus
jacebat, iram fovens Agamemnoni, pastori populorum,
Atridæ: viri vero *ejus* ad litus maris
discis delectabantur et hastilibus jaculantes,
775 arcubusque: equi vero apud currus suos singuli
lotum depascentes, palustreque apium,
stabant: currus autem bene tecti jacebant dominorum
in tentoriis; illi vero ducem Marti-carum desiderantes
vagabantur huc et illuc per exercitum, nec pugnabant.

780 Hi vero ibant, veluti-si igni terra tota depasceretur:
terra autem subtus-gemiscebat, Jove veluti fulminibus-gaudente
irato, quando circa Typhoeum terram verberavit
in Arimis, ubi dicunt Typhoei esse cubilia:
sic utique horum sub pedibus multum gemiscebat terra
785 gradientium; valde vero velociter pertransibant campum.

Trojanis autem nuntia venit pedibus-ventos-æquans velox Iris
a Jove ægidem-tenente cum nuntio tristi.
Illi vero conciones habebant in Priami vestibulis,
omnes simul-congregati, tam juvenes, quam senes.
790 Prope autem stans allocuta-est pedibus velox Iris:
assimulaverat autem-se voce filio Priami Politæ,
qui Trojanorum speculator sedebat, pedum-velocitate fretus,
tumulo in summo Æsyetæ senis,
observans, quando a-navibus impetum-facerent Achivi;
795 huic se quum-assimulasset, dixit pedibus velox Iris:

O senex, semper tibi sermones jucundi sunt multi,
sicut olim in pace: bellum autem *nunc* inevitabile ortum-est.
Profecto jam persæpe ad-pugnas veni virorum,
sed nunquam talem tantumque populum vidi:
800 prorsus enim foliis similes, vel arenis,
gradiuntur per-campum, præliaturi circa urbem.
Hector, tibi vero potissimum mando, ita ut-facias:
multi enim per urbem magnam Priami auxiliares *sunt,*
aliaque aliorum lingua late-dispersorum hominum *est:*
805 iis unusquisque vir imperato, quibus princeps-est,
eorumque dux-esto, ordinans *suos* cives.

Sic dixit: Hector autem minime deæ orationem ignoravit,
statimque dimisit concionem; ad arma vero ruebant.
Totæ autem aperiebantur portæ, forasque ruit populus,

810 peditesque equitesque; multus autem tumultus coortus-est.

Est vero quidam ante urbem editus collis;
in planitie seorsum, quem-circumeas hinc et illinc;
quem quidem homines Batieam vocant,
immortales autem sepulcrum agilis Myrines:
815 ibi tunc Trojanique in-ordines-distincti-sunt, et auxiliares.

Trojanis quidem dux-erat magnus galeam-motans Hector
Priamides: cum hoc quam plurimæ et fortissimæ
copiæ armabantur, promtæ hastis.

Dardaniis porro imperabat strenuus filius Anchisæ,
820 Æneas, quem ex Anchisa peperit diva Venus,
Idæ in jugis dea *cum* mortali cubans:
non solus; cum eo duo Antenoris filii,
Archelochusque, Acamasque, pugnæ bene scientes omnis.

Qui vero Zeleam habitabant sub pedem imum Idæ,
825 divites, bibentes aquam nigram (*profundi*) Æsepi,
Trojani; his porro præerat Lycaonis clarus filius,
Pandarus, cui etiam arcum Apollo ipse dederat.

Qui autem Adrasteamque tenebant et civitatem Apæsi,
et Pityeam tenebant et Tereæ montem altum:
830 his imperabat Adrastusque et Amphius lineo-thorace,
filii duo Meropis Percosii, qui supra omnes
noverat vaticinia, neque suos filios sinebat
proficisci in bellum perdens-viros: hi vero ei non
paruerunt: Fata enim *eos* agebant atræ mortis.

835 Qui vero Percoten et Practium circumhabitabant,
et Sestum et Abydum tenebant et divinam Arisben.
his Hyrtacides præerat Asius, princeps virorum,
Asius Hyrtacides, quem ex-Arisba ferebant equi
rutili, magni, fluvio a Selleente.

840 Hippothous vero ducebat gentes Pelasgorum hastis-promtorum,
eorum, qui Larissam glebosam habitabant:
his præerat Hippothousque, Pylæusque, soboles Martis,
filii duo Lethi Pelasgi Teutamidæ.

Ceterum Thraces ducebat Acamas, et Pirous heros,
845 quotquot Hellespontus æstuosus intus continet.

Euphemus vero dux Ciconum erat bellicosorum,
filius Trœzeni Jovis-alumni Ceadæ.

Porro Pyræchmes ducebat Pæonas curvis-arcubus-utentes,
procul ex Amydone, ab Axio late-fluente,
850 Axio, cujus limpidissima aqua diffunditur per-terram.

Paphlagonibus vero præerat Pylæmenis masculum cor,

ex Enetis, unde mularum genus agrestium;
qui quidem Cytorum tenebant, et Sesamum incolebant,
circaque Parthenium fluvium inclytas domus habitabant,
855 Cromnamque, Ægialumque et excelsos Erythinos.

Porro Halizonibus Odius et Epistrophus imperabant,
procul ex Alybe, unde argenti est origo.

Mysis vero Chromis præerat et Ennomus augur;
sed non auguriis effugit Parcam nigram,
860 verum stratus-est sub manibus velocis Æacidæ,
in fluvio, ubi quidem Trojanos contrucidabat et alios.

Phorcys porro Phryges ducebat et Ascanius deo-similis,
procul ex Ascania: ardebant vero prælio pugnare.

Mæonibus porro Mesthlesque et Antiphus duces-erant,
865 filii Talæmenis, quos Gygæa peperit palus;
qui etiam Mæones ducebant sub Tmolo ortos.

Nastes porro Caribus præerat barbare-loquentibus,
qui Miletum tenebant Phthirumque montem frondosum,
Mæandrique fluenta, Mycalesque alta cacumina:
870 his utique Amphimachus et Nastes præerant;
Nastes Amphimachusque *erant* Nomionis clari filii:
qui et aurum gestans ad-bellum ibat, velut puella:
stultus: nec quicquam ipsi hoc depulit acerbum interitum;
sed stratus-est sub manibus velocis Æacidæ.
875 in fluvio, aurum vero Achilles abstulit bellicosus.

Sarpedon autem præerat Lyciis, et Glaucus laudatissimus,
procul ex Lycia, Xantho a vorticoso.

[TR1] "perperit" → "peperit"

Iliadis III.—Jurajuranda. Spectatio de muro. Alexandri et Menelai pugna singularis.

ARGUMENT: THE DUEL OF MENELAUS AND PARIS.

The armies being ready to engage, a single combat is agreed upon between Menelaus and Paris (by the intervention of Hector) for the determination of the war. Iris is sent to call Helen to behold the fight. She leads her to the walls of Troy, where Priam sat with his counsellers observing the Grecian leaders on the plain below, to whom Helen gives an account of the chief of them. The kings on either part take the solemn oath for the conditions of the combat. The duel ensues; wherein Paris being overcome, he is snatched away in a cloud by Venus, and transported to his apartment. She then calls Helen from the walls,

and brings the lovers together. Agamemnon, on the part of the Grecians, demands the restoration of Helen, and the performance of the articles.

The three-and-twentieth day still continues throughout this book. The scene is sometimes in the fields before Troy, and sometimes in Troy itself.

TEXT:

1 At postquam instructi-fuerunt una-cum ducibus quique,
Trojani quidem *cum* clangoreque clamoreque incedebant, avium instar:
sicut clangor gruum est cœlum versus;
quæ postquam hiemem effugerunt et immensum imbrem,
5 *cum* clangore hæce volant supra Oceani fluenta,
viris Pygmæis cædem et fatum ferentes:
aeriæ autem hæce noxium conflictum afferunt:
illi vero ibant *cum* silentio, robur spirantes Achivi,
in animo gestientes opem-ferre sibi-invicem.

10 Quemadmodum montis verticibus Notus infudit caliginem,
pastoribus nequaquam gratam, furi autem nocte commodiorem,
et tantum quis *tum* prospicit, quantum lapidem jacit:
sic igitur horum sub pedibus pulvis excitabatur turbidus
euntium; valde autem celeriter pertransibant campum.

15 Hi vero quum jam prope essent se-invicem aggressuri,
Trojanis in-prima-acie-erat Alexander divina-forma-præditus,
pardi-pellem humeris gestans et incurvos arcus
et ensem: atque is hastilia duo præfixa ære
vibrans, Argivorum provocabat quosque fortissimos,
20 ut-contra *se* dimicarent in sæva pugna.

Hunc autem postquam animadvertit Marti-carus Menelaus
procedentem ante agmen, passibus-magnis gradientem,
sicut leo gavisus-est, magnum in corpus incidens,
nactus aut cervum cornutum, aut agrestem capram,
25 esuriens; valde etenim devorat, etiamsi ipsum
insequantur velocesque canes, florentesque juvenes:
sic gavisus-est Menelaus Alexandrum divina-forma-præditum
oculis conspicatus: cogitabat enim ulturum *se* virum sceleratum;
statimque de curru cum armis desiliit humi.

30 Hunc autem postquam animadvertit Alexander divinæ formæ
inter primos-pugnatores apparentem, perculsus-est suo corde;
retroque sociorum in agmen recessit mortem evitans.
Ut vero quum quis draconem conspicatus resiliens fugit
montis in saltibus, subtusque tremor occupavit artus,
35 retroque recessit, pallorque eum cepit genis:
sic retro in agmen se-condidit Trojanorum superborum,

metuens Atrei filium, Alexander divina-forma-præditus.

Hunc autem Hector objurgavit conspicatus probrosis verbis:
infelix-Pari, forma præstantissime, mulierose, deceptor,
40 utinam non-natusque fuisse, cœlebsque periisses!
Atque hoc vellem, et fere multo utilius erat,
quam sic dedecusque esse et suspectum aliis.
Certe cachinnantur capite-comantes Achivi,
opinati egregium *te* propugnatorem esse, quoniam venusta
45 species *tibi* inest: sed non est vis animo, neque ullum robur.
Num talis quum-sis, in pontum-transeuntibus navibus
mare emensus, sociis caris congregatis,
permixtus alienigenis, mulierem formosam abduxisti
e longinqua terra, sponsam virorum bellicosorum,
50 patrique tuo magnum detrimentum, civitatique, omnique populo,
inimicis quidem gaudium, dedecus autem tibi ipsi?
nonne vero sustinueris Marti-carum Menelaum?
nosses utique, qualis viri teneas florentem uxorem.
Non tibi profuerit cithara, et dona Veneris,
55 et illa coma et species, quando pulveri immixtus-fueris.
Sed valde Trojani timidi *sunt: alias* certe jam
lapideam indutus-esses tunicam (*sepultus esses*), malorum gratia quanta patrasti.

Hunc autem vicissim allocutus-est Alexander divinæ-formæ:
Hector: quoniam me jure increpaste nec ultra fas:
60 semper tibi cor, securis instar, est indomitum,
quæ penetrat lignum a viro *acta,* qui quidem arte
lignum navale exscindit, augetque *illa* viri impetum:
sic tibi in præcordiis intrepidus animus est.
Ne mihi dona amabilia exprobra aureæ Veneris:
65 neutiquam rejicienda sunt deorum præclara dona,
quæcunque ipsi dederint, sponte autem non quivis ceperit.
Nunc rursum si me vis bellare et pugnare,
ceteros quidem sedere-jubeas Trojanos et omnes Achivos,
sed me in medio et Marti-carum Menelaum
70 committite de Helena et opibus omnibus pugnaturos:
uter autem vicerit superiorque fuerit,
opes accipiens penitus omnes mulieremque domum abducat:
vos autem ceteri, amicitiam et fœdera firma quum-iceritis,
habitetis Trojam glebosam: illi vero redeant
75 Argos ad equos-pascens, et Achaiam pulcras-mulieres-habentem.

Sic dixit. Hector vero gavisus-est multum, sermone audito,
et in medium progressus, Trojanorum cohibuit phalanges,
media hasta prehensa: illi autem resederunt omnes.
In-hunc autem sagittas-dirigebant capite-comantes Achivi,

80 missilibusque[TR1] collineantes lapidibusque petebant.
Sed alte clamavit rex virorum Agamemno:

Continete-vos, Argivi, ne jaculemini, juvenes Achivorum:
pollicetur enim *se* aliquid dicturum galeam-motans Hector.

Sic dixit: illi autem abstinuere a-pugna, tacitique facti-sunt
85 confestim. Hector vero inter utrosque locutus-est:

Audite ex-me, Trojani et bene-ocreati Achivi,
sermonem Alexandri, cujus causa contentio orta-est.
Ceteros quidem jubet Trojanos et omnes Achivos
arma pulcra deponere in terra alma,
90 ipsum vero in medio et Marti-carum Menelaum
solos de Helena et opibus omnibus pugnare:
uter autem vicerit superiorque fuerit,
opes accipiens penitus omnes mulieremque domum abducat;
ceteri autem amicitiam et fœdera firma feriamus.

95 Sic dixit: illi autem omnes taciti facti-sunt silentio.
His vero et locutus-est bellico-clamore strenuus Menelaus:

Audite nunc et me; maxime enim *hæc* molestia incessit
animum meum; censeo autem diremtum-iri jam
Argivos et Trojanos, quoniam mala multa passi-estis
100 propter meam contentionem, et Alexandri propter inceptum.
Nostrûm vero utri mors et fatum paratum-est,
hic moriatur; ceteri autem dirimamini citissime.
Afferetis vero duos-agnos, alterum album, alteram vero nigram,
Terræque et Soli: Jovi autem nos offeremus alium.
105 Adducetisque Priami vim (*Priamum*), ut fœdus feriat
ipsa, quoniam ejus filii superbi *sunt* et infidi:
ne-quis transgressione Jovis fœdera violet.
Semper autem juniorum virorum animi instabiles-sunt;
quibus vero senex interfuerit, simul porro et retro (*futura et præterita*)
110 spectat, ut quam optime inter utrosque eveniat.

Sic dixit; at gavisi-sunt Achivique Trojanique,
sperantes *se* finem-facturos ærumnosi belli.
Et equos quidem continuere per in ordines, descenderunt autem ipsi,
armaque exuerunt, quæ quidem deposuerunt in terra
115 prope se-invicem; exiguus autem erat hinc-inde campus.

Hector vero ad urbem duos præcones misit,
qui festinanter agnosque afferrent, Priamumque vocarent.
At Talthybium misit rex Agamemno,
naves ad cavas ut-iret, et agnos-duos jussit
120 afferre; ille vero haud immorigerus-fuit Agamemnoni divino.

Iris autem Helenæ candidas-ulnas-habenti nuntia venit,
assimilata glori, Antenoridæ uxori,

quam Antenorides habebat rex Helicaon,
Laodicen, Priami filiarum forma præstantissimam.
125 Eamque invenit in domo: ea vero magnam telam texebat,
duplicem-vestem purpuream: multosque intexebat labores
Trojanorumque equûm-domitorum, et Achivorum ære-loricatorum,
quos sua causa sustinebant a Martis manibus.
Prope autem stans allocuta-est pedibus velox Iris.

130 Huc veni, nympha cara, ut admiranda facta spectes
Trojanorumque equûm-domitorum et Achivorum ære-loricatorum:
qui prius sibi-invicem inferebant lacrimosum bellum
in campo, perniciosæ cupientes pugnæ,
hi jam nunc sedent taciti (bellum autem cessavit),
135 scutis innixi, juxtaque hastæ longæ *in terra* fixæ-sunt.
At Alexander et Marti-carus Menelaus
longis hastis pugnabunt de te:
ei vero qui-vicerit, cara vocaberis uxor.

Sic locuta dea, dulce desiderium injecit animo
140 virique prioris, et urbis atque parentum.
Protinus autem *Helena* candidis velata linteis
properavit e cubiculo, teneram lacrimam defundens:
non sola, simul eam et famulæ duæ sequebantur,
Æthra, Pitthei filia, Clymeneque magnis-oculis.
145 Confestim deinde pervenerunt, ubi Scææ portæ erant.

At Priamus et Panthous et Thymœtes,
Lampusque Clytiusque, Hicetaonque, soboles Martis,
Ucalegonque et Antenor, prudentes ambo,
sedebant populi-seniores in Scæis portis,
150 *præ* senectute a-bello cessantes; sed *erant* concionatores
boni, cicadis similes, quæ in silva
arbori insidentes vocem suavem emittunt:
tales utique Trojanorum proceres sedebant in turri.
Hi autem ubi viderunt Helenam ad turrim venientem,
155 submisse inter se verba alata dixerunt:

Non *est* indigne-ferendum, Trojanos et bene-ocreatos Achivos
tali de muliere longum tempus dolores pati:
valde immortalibus deabus ad vultum similis-est.
Sed etiam sic, talis quamvis sit, in navibus redeat,
160 neque nobis liberisque in-posterum detrimentum relinquatur.

Sic igitur dixerunt: Priamus autem Helenam vocavit voce:
huc coram veniens, cara filia, asside mihi,
ut videas prioremque maritum, affinesque, amicosque
(non mihi *tu* in-causa es; dii quidem mihi in-causa sunt,
165 qui mihi immiserunt bellum lacrimosum Achivorum):

ut mihi et istum virum ingentem nomines,
quisnam iste sit Achivus vir præstansque magnusque.
Certe quidem capite etiam altiores alii sunt:
pulcrum autem adeo ego nondum vidi oculis,
170 neque sic venerabilem: regi enim viro similis est.

Huic autem Helena verbis respondet, nobilissima mulierum:
reverendusque mihi es, dilecte socer, timendusque;
utinam mors mihi placuisset mala, quando huc
filium tuum secuta-sum, thalamumque fratresque relinquens,
175 filiamque carissimam, et cœtum-æqualium amabilem.
Sed hæc non facta-sunt: quamobrem et lacrimans contabui.
Illud autem tibi dicam, quod *ex* me quæris ac percontaris:
hic quidem Atrides *est,* late-imperans Agamemno,
utrumque, rexque bonus, fortisque bellator:
180 levir item meus erat inverecundæ, si-unquam erat.

Sic dixit: hunc vero senex admiratus-est, dixitque:
o beate Atrida, læto-fato-nate, felici-genio!
certe tibi multi sub-imperio-sunt juvenes Achivorum.
Olim etiam Phrygiam ingressus-sum vitiferam,
185 ubi vidi plurimos Phrygas, viros agilibus-equis,
populos Otrei et Mygdonis deo-similis,
qui quidem tunc castra-habebant ad ripas Sangarii:
etenim ego auxiliaris quum-essem, cum illis numerabar
die illo, quando venerunt Amazones viragines:
190 sed ne isti quidem tot erant, quot *sunt* agilibus-oculis Achivi.

Secundo rursum Ulyssem conspicatus, interrogavit senex:
dic age mihi et istum, dilecta filia, quisnam is sit:
minor quidem capite Agamemnone Atrida,
latior vero humeris et pectoribus visu.
195 Arma quidem ei jacent in terra alma,
ipse vero, aries veluti, obit ordines virorum:
arieti ipsum ego assimilo densi-velleris,
qui ovium magnum gregem lustrat candidarum.

Huic autem respondit deinde Helena, Jove nata:
200 hic porro *est* Laertiades, ingeniosus Ulysses,
qui nutritus-est in populo Ithacæ, asperæ quidem,
sciens omnimodosque dolos et consilia prudentia.

Hanc autem Antenor prudens contra locutus-est:
o mulier, profecto valde hoc verbum verum dixisti.
205 Jam enim et huc olim venit divinus Ulysses,
in legationem de-te, cum Marti-caro Menelao:
hos autem ego hospitio-excepi, et in ædibus amice-tractavi,[TR2]
amborum vero indolem perspexi et consilia prudentia.

At quum jam Trojanis cum congregatis mixti-essent,
210 stantibus quidem, Menelaus eminebat latis humeris;
ambobus autem sedentibus, augustior erat Ulysses.
Sed quum jam verba et consilia omnibus texebant,
certe quidem Menelaus cursim concionabatur,
pauca quidem, sed valde argute; quoniam non multiloquus[TR3]
215 nec verbis-aberrans, vel ætate posterior erat.
Sed quum jam ingeniosus surrexisset Ulysses,
stabat, deorsumque spectabat, in terram oculis defixis,
sceptrum vero nec retrorsum neque in-anteriorem partem movebat,
sed immotum tenebat, imperito viro similis:
220 dixisses fere iracundumque aliquem esse, stultumque itidem.
At quum jam vocemque magnam e pectore mitteret
et verba imbribus-nivalibus similia hibernis,
non deinde cum-Ulysse contendisset mortalis alius:
non sum sic Ulyssis mirabamur speciem intuentes.

225 Tertior rursus Ajacem conspicatus, interrogabat senex:
quisnam item iste alius Achivur vir, præstansque magnusque,
procerissimus Argivorum capite et latis humeris?

Huic autem Helena peplum-trahens respondit, nobilissima feminarum:
hic vero Ajax est ingens, propugnaculum Achivorum:
230 Idomeneus autem illinc inter Cretenses, deus veluti,
stat; circum vero ipsum Cretensium duces congregati-sunt.
Sæpe eum hospitio-excepit Marti-carus Menelaus
domo in nostra, quando ex-Creta venit.
Nunc vero alios quidem omnes video agilibus-oculis Achivos,
235 quos facile cognoverim, nomenque protulerim:
duos vero non possum conspicere principes populorum,
Castoremque equûm-domitorum, et pugillatu strenuum Pollucem,
germanos-fratres, quos mihi una peperit mater.
An non secuti-sunt Lacedæmone ex amœna?
240 an huc quidem secuti-sunt navibus in mare-transeuntibus
nunc autem nolunt pugnam inire virorum,
dedecora veriti et probra multa, quæ mihi sunt?

Sic dixit: hos autem jam continebat alma tellus
in Lacedæmone istic dilecta in patria terra.

245 Præcones autem per urbem deorum ferebant (*victimas ad*) foedera firma,
agnos duos et vinum lætum, fructum telluris,
utre in caprino; ferebat etiam cratera splendidum
præco Idæus, atque aurea pocula;
excitabatque senem astans *his* verbis:

250 Surge, Laomedontiade! vocant optimates

Trojanorumque equûm-domitorum et Achivorum ære-loricatorum,
in campum descendas, ut fœdera firma feriatis:
atque Alexander et Marti-carus Menelaus
longis hastis dimicabunt de muliere;
255 eum autem qui-vicerit mulier et opes sequentur:
ceteri vero, amicitia et fœderibus fidis percussis,
incolemus Trojam glebosam; illi autem revertentur
Argos in equos-pascens et Achaiam pulcras-mulieres-habentem.

Sic dixit; cohorruit autem senex, jussitque socios
260 equos jungere: illi vero impigre paruerunt.
Ascendit itaque Priamus, ac lora traxit retrorsum:
juxtaque eum Antenor perpulcrum inscendit currum.
Illi autem per Scæas *portas* in-campum dirigebant veloces equos.

At ubi jam venerunt ad Trojanos et Achivos,
265 ex equis descendentes in terram almam,
in medium Trojanorum et Achivorum processerunt.
Surrexitque statim deinde rex virorum Agamemno,
surrexit etiam Ulysses ingeniosus: at præcones conspicui
(*victimas ad*) fœdera fida deûm cogebant, cratere autem vinum
270 miscebant; ac regibus aquam super manus fuderunt.
Atrides vero, stricto manibus cultro,
qui ei ad ensis magnam vaginam semper pendebat,
agnorum ex capitibus abscidit pilos: atque *eos* inde
præcones Trojanorum et Achivorum distribuerunt principibus.
275 Inter-eos vero Atrides alta-voce precabatur, manibus sublatis:

Jupiter pater, ab-Ida imperans, augustissime, maxime,
Solque, qui omnia aspicis et omnia audis,
et Flumina et Tellus, et qui subter *terram* mortuos
homines punitis, quicunque perjurium juraverit,
280 vos testes estote, et conservate fœdera fida!
si quidem Menelaum Alexander interfecerit,
ipse deinceps Helenam retineto et opes omnes,
nos vero in navibus redeamus pontum-transeuntibus;
sin autem Alexandrum interfecerit flavus Menelaus,
285 Trojani exinde Helenam et opes omnes reddunto,
mulctam vero Argivis pendunto, quam *pendi* convenit,
quæque etiam posteros inter homines *famâ* feratur.
Sin autem mihi mulctam Priamus Priamique filii
pendere noluerint, Alexandro prostrato,
290 tum ego etiam deinde pugnabo, mulctæ gratia,
hîc manens, usque-dum finem belli invenero.

Dixit, et fauces agnorum abscidit sævo ferro,
et hos quidem deposuit in terra palpitantes,
anima carentes: nam vires ademerat ferrum.

295 Vinum vero ex cratere haustum poculis
effundebant, et vota-faciebant diis immortalibus:
sic autem aliquis (*fere quisque*) dicebat Achivorumque Trojanorumque:

Jupiter augustissime, maxime, et immortales dii ceteri!
utri priores præter fœdera offenderint,
300 sic ipsis crebrum humi fluat, sicut hoc vinum,
ipsorum et liberorum; uxores vero aliis subjiciantur.

Sic dicebant: nequaquam autem ipsis *votum* ratum-faciebat Saturnius.
His vero Dardanides Priamus verba fecit:

Audite me, Trojani et bene-ocreati Achivi:
305 namque ego vadam ad Ilium ventosum
retro, quia nullo-modo sustinebo in oculis videre
pugnantem dilectum filium cum Marti-caro Menelao.
Jupiter nimirum hoc scit et immortales dii reliqui,
utri mortis finis fato-destinatus sit.

310 Dixit, et in currum agnos posuit par-diis vir,
atque ascendit ipse, ac lora traxit retrorsum;
juxtaque eum Antenor perpulcrum inscendit currum:
hi quidem itaque reversi ad Ilium abibant.

Hector vero Priami filius et divinus Ulysses
315 locum quidem primum dimensi-sunt, ac deinde
sortes in galea ærea quatiebant prehensas,
uter prior emitteret æream hastam.
Populi autem supplicabant, diisque manus elevanbant;
et sic aliquis dicebat Achivorumque Trojanorumque:

320 Jupiter pater, ab-Ida imperans, augustissime, maxime!
uter horum facinorum inter utrosque auctor-fuerit,
hunc da interemtum subire domum Orci intro,
nobis vero rursus amicitiam et fœdera fida fieri.

Sic quidem dixerunt; concutiebat vero magnus galeam-motans Hector,
325 retro spectans; Paridis autem ilico sors exsiliit.
Illi deinde consederunt secundum ordines, ubi unicuique
equi veloces et varia arma jacebant.
At hic circa humeros induit arma pulcra,
divinus Alexander, Helenæ maritus pulcras-comas-habentis.
330 Ocreas quidem primum circa tibias posuit
pulcras, argenteis fibulis apte-junctas;
tum autem loricam circa pectora induebat
sui fratris Lycaonis; *quae* habilis-erat ipsi.
Circa autem humeros suspendit ensem argenteis-clavis-distinctum,
335 æreum; ac postea scutum magnumque solidumque:
capiti vero forti galeam affabre-factam imposuit,
setis-equinis-comantem; terribiliterque crista desuper nutabat.

Sumsit robustam hastam, quæ ipsius manibus apta-erat.
Eodem ipso-modo et Menelaus Mavortius arma induebat.

340 Hi postquam igitur ex-utraque acie armati-erant,
in medium Trojanorum et Achivorum processerunt,
torvum intuentes: stupor autem occupabat aspicientes
Trojanosque equûm-domitorum et bene-ocreatos Achivos.
Atque *hi* prope steterunt dimenso in loco,
345 quassantes hastas, sibi-invicem irati.
Prior autem Alexander emisit longam hastam,
et feriit Atridæ scutum undique æquale,
nec perrupit æs: inflexa-est autem ei cuspis
scuto in valido. At alter impetum-fecit ferro
350 Atrides Menelaus, precatus Jovem patrem:

Jupiter rex, da ulcisci, qui me prior injuria affecit,
divinum Alexandrum, et meis sub manibus doma;
ut quisque horrescat etiam posterorum hominum,
hospiti male facere, qui benignitatem exhibuerit.

355 Dixit, et vibratam emisit longa-umbra hastam,
et feriit Priamidæ scutum undique æquale.
Per scutum penetravit fulgidum fortis hasta,
et per loricam affabre-factam infixa-est;
ex-adverso autem juxta ile discidit tunicam
360 hasta: ille vero inclinatus-est et evitavit mortem atram.
Atrides autem educto ense argenteis-clavis-distincto
percussit attollens galeæ conum; super eo vero
in-triaque et quatuor-frusta disruptus excidit manu.
Atrides autem questus-est, suspiciens in cœlum latum:

365 Jupiter pater, nullus te deorum perniciosior alius!
certe speraveram *me* ulturum Alexandrum de-injuria:
nunc autem mihi in manibus fractus-est ensis; mihique hasta
emissa-est manibus irrita, neque ferii ipsum.

Dixit, et irruens galaea *eum* prehendit setis-equinis-densa,
370 trahebatque conversus ad bene-ocreatos Achivos:
præfocabat autem eum acu-pictum ligamen tenero sub jugulo,
quod ipsi sub mento retinaculum adstrictum-erat galeæ.
Et jam pertraxisset *eum,* et immensam tulisset gloriam,
nisi cito animadvertisset Jovis filia Venus,
375 quæ ipsi rupit lorum bovis vi occisi:
inanis autem galea simul sequebatur manum robustam.
Eam quidem tum heros ad bene-ocreatos Achivos
projecit contorquens, sustuleruntque dilecti socii.
Atque ille iterum irruit, interficere *istum* cupiens
380 hasta ærea: eum autem eripuit Venus

facile valde, utpote dea: cooperuitque caligine multa,
collocavitque in thalamo suaveolenti, fragrante-suffimentis.
Ipsa autem Helenam vocatura abiit: hanc autem invenit
turri in alta; circumque Troades abunde erant.
385 Manu vero odora veste concussit *Helenam* prehendens;
anui autem eam similis-facta grandævæ allocuta-est,
lanificæ, quæ ipsi Lacedæmone habitanti
carpebat lanas pulcras, maximeque ipsam diligebat.
Huic se quum-assimilasset, allocuta-est *eam* divina Venus:

390 Huc veni: Alexander te vocat domum ut-redeas:
ille ipse *est* in thalamo et tornatis lectis,
pulcritudineque splendens et vestibus: neque dixeris
cum-viro congressum-armis eum rediisse, sed ad choream
ire, vel a-chorea modo cessantem considere.

395 Sic dixit: huic autem animum in pectoribus commovit:
atque ut animadvertit deæ perpulcrum collum,
pectoraque amabilia et oculos splendentes,
expavit inde, verbumque dixit, et elocuta-est:

Improba, quid me his cupis decipere?
400 an aliquo me ulterius urbium bene-habitatarum
abduces, vel Phrygiæ, vel Mæoniæ amœnæ,
si quis tibi et illic amicus articulate-loquentium hominum?
quandoquidem nunc divino Alexandro Menelaus
victo vult odiosam me domum abducere,
405 *an* ideo jam nunc huc dolos-struens advenisti?
sede apud istum, profecta, a-deorum vero decede via;
neque unquam tuis pedibus revertaris in-Olympum,
sed semper juxta illum ærumnas-perfer, et ipsum serva,
donec te vel uxorem fecerit, vel ille ancillam.
410 Illuc autem ego non ibo (reprehensu dignum utique esset),
illius ornatura lectum; Troades vero me postea
omnes vituperabunt; sustineo autem dolores plurimos animo.

Hanc autem irata allocuta-est diva Venus:
ne me irrites, misera: ne irata te deseram,
415 tantumque te odio-habeam, quantum jam mirifice amavi,
in-medio autem utrorumque moliar odia perniciosa,
Trojanorum et Danaorum; tu vero malo fato pereas.

Sic dixit: timuit vero Helena, Jove prognata;
ivitque cooperta veste candida, splendenti,
420 tacite; omnesque Troadas latuit; præibat autem dea.

Hæ vero ubi *in* Alexandri domum perpulcram venerunt,
ancillæ quidem deinde velociter ad munera *sua* convertebantur,
ipsa autem in altum thalamum ibat nobilissima ferminarum.

Ei vero sellam prehensam amans-risum Venus
425 ex-adverso Alexandri dea deposuit ferens:
ibi consedit Helena, filia Jovis ægidem-tenentis,
oculis retro versis; virumque objurgavit *hac* oratione:

Venisti ex bello—utinam illic periisses,
a-viro interfectus forti, qui meus prior maritus erat.
430 Certe quidem antea gloriabaris, Marti-caro Menelao
tuaque vi et manibus et hasta *te* præstantiorem esse:
sed vade, nunc provoca Marti-carum Menelaum
rursus pugnare contra. At te equidem
cessare moneo, neu cum-flavo Menelao
435 contrà bellum bellare, et pugnare
temere, ne-forte cito ab ipso hasta domeris.

Hanc autem Paris verbis respondens est-allocutus:
ni mihi, mulier, acerbis opprobriis animum incesse!
Nunc quidem enim Menelaus vicit cum Minerva;
440 illum vicissim ego *vincam;* nam dii adsunt et nobis.
Sed age in-gratiam redeamus concumbentes.
Non enim unquam mihi sic amor mentem circumfudit,
ne-*tunc*-quidem, quando te primum Lacedæmone ex amœna
navigabam rapta in pontum-transeuntibus navibus,
445 insulaque in Cranae junctus-sum amore et concubitu:
sicut te nunc amo, et me dulce desiderium capit.

Dixit, et præibat ad-lectum vadens, simulque sequebatur uxor:
hi quidem igitur in tornatis cubuerunt lectis.

Atrides vero (*Menelaus*) per turbam ruebat, feræ similis,
450 sicubi conspicaretur Alexandrum divina-forma-præditum:
verum nullus poterat Trojanorum inclytorumque auxiliatorum
ostendere Alexandrum tunc Marti-caro Menelao.
Nec enim propter-amicitiam abscondissent, si quis vidisset:
æque enim ipsis omnibus odio-erat, atque-Mors atra.
455 Inter-hos autem locutus-est rex virorum Agamemeno:

Audite me, Trojani et Dardani et auxiliatores:
victoria quidem jam manifesta-est Marti-cari Menelai:
vos autem Argivam Helenam-et opes cum ipsa
reddite, et mulctam persolvite, quam oportet,
460 quæque et posteros inter homines *fama* feratur.

Sic dixit Atrides: comprobabant autem ceteri Achivi.

[TR1] "missibilibusque" → "missilibusque"
[TR2] "amice-tractavi" → "amice-tractavi,"
[TR3] "multitoquus" → "multiloquus"

Iliadis IV.—Fœderum perturbatio. Agamemnonis lustratio.

ARGUMENT: THE BREACH OF THE TRUCE, AND THE FIRST BATTLE.

The gods deliberate in council concerning the Trojan war: they agree upon the continuation of it, and Jupiter sends down Minerva to break the truce. She persuades Pandarus to aim an arrow at Menelaus, who is wounded, but cured by Machaon. In the meantime some of the Trojan troops attack the Greeks. Agamemnon is distinguished in all the parts of a good general; he reviews the troops, and exhorts the leaders, some by praises and others by reproof. Nestor is particularly celebrated for his military discipline. The battle joins, and great numbers are slain on both sides.

The same day continues through this as through the last book (as it does also through the two following, and almost to the end of the seventh book). The scene is wholly in the field before Troy.

TEXT:

1 Dii autem apud Jovem sedentes consultabant
aureo in pavimento; interque hos veneranda Hebe
nectar ministrabat; illi autem aureis poculis
excipiebant alter-alterum, Trojanorum urbem aspicientes.
5 *Tum* continuo conabatur Saturnius irritare Junonem
mordacibus verbis, oblique dicens:

Duæ quidem Menelao adjutrices sunt dearum,
Junoque Argiva, et Alalcomeneis Minerva.
Verum etiam seorsum sedentes, aspicientes *modo*
10 oblectantur; huic vero (*Paridi*) risum-amans Venus
semper adest, et ab-ipso Parcas repellit;
atque nunc conservavit putantem *se* moriturum.
Sed victoria quidem Marti-cari Menelai *est*:
nos vero consultemus, quomodo futuræ-sint hæ res:
15 utrum rursus bellumque perniciosum et certamen grave
excitemus, an amicitiam inter utrosque conciliemus.
Quod si hoc omnibus gratum et jucundum fuerit,
utique habitetur urbs Priami regis,
retro autem Argivam Helenam Menelaus abducat.

20 Sic dixit; illæ vero compressis-labris-gemebant, Minervaque et Juno;
propinquæ hæ sedebant, malaque Trojanis meditabantur.
Ac Minerva quidem tacita erat, nec quicquam dixit,
irata Jovi patri, ira autem ipsam sæva tenebat:
Junoni vero non continuit pectus iram, sed locuta-est:

25 Durissime Saturnie, quale hoc verbum dixisti!
Quomodo vis vanum reddere laborem et sine-fructu,
sudoremque, quem sudavi *præ* labore? defatigati autem sunt mihi equi
copias cogenti, Priamo mala ejusque filiis.
Fac: at nequaquam omnes comprobamus dii ceteri.

30 Hanc autem valde indignatus allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
improba, quî tibi Priamus Priamique filii
tanta mala faciunt, quod indesinenter cupis
Ilii evertere bene-ædificatam urbem?
quod si tu, ingressa portas et muros altos,
35 crudum voraveris Priamum Priamique filios,
ceterosque Trojanos, tunc fortasse iram saturaveris.
Fac quomodo vis; *sed cave* ne hæc contentio posthac
tibi et mihi magna concertatio inter utrosque sit.
Aliud autem tibi dicam, tu vero in præcordiis repone tuis:
40 si-quando et ego ardens urbem exscindere
talem voluero, ubi tibi dilecti homines insunt,
ne-quid remoreris meam iram, sed me *facere* permittas.
Etenim ego tibi *urbem hanc* dedi volens invito animo.
Quæ enim sub soleque et cœlo stellifero
45 habitantur urbes terrestrium hominum,
harum a-me maxime ex-animo honorabatur Ilium sacrum,
et Priamus et populus hastæ-fraxineæ-periti Priami.
Non enim mihi unquam ara carebat epulis æquis,
libationeque nidoreque: hunc enim sortiti-sumus honorem nos.

50 Huic autem respondit inde magnis-oculis veneranda Juno:
certe mihi tres quidem multo dilectissimæ sunt urbes,
Argosque, Spartaque, et latas-vias-habens Mycene:
has exscinde, quando tibi invisæ-fuerint vehementer animo;
his nequaquam ego propugno, nec invideo *tibi.*
55 Quamvis enim inviderемque et non sinerem exscindere,
nihil profecerim invidendo, quoniam multo potentior es.
Sed oportet et meum reddere laborem non irritum.
Nam et ego dea sum, genus autem mihi inde *est* unde tibi,
et me maxime-venerandam genuit Saturnus versutus,
60 utrumque, et per-genus, et quod tua conjux
vocata-sum: tu autem omnes inter immortales regnas.
At certe quidem in-his concedemus nobis-invicem,
tibi quidem ego, tu autem mihi; et sequentur dii ceteri
immortales. Tu vero ocyus Minervæ manda,
65 ire in Trojanorum et Achivorum pugnam gravem,
conarique, ut Trojani gloria-elatos Achivos
incipiant priores præter fœdera lædere.

Sic dixit; nec non-paruit pater hominumque deorumque:

protinus Minervam verbis alatis allocutus-est:

70 Cito admodum ad exercitum vade, ad Trojanos et Achivos,
et conare, ut Trojani gloria-elatos Achivos
incipiant priores præter fœdera lædere.

Sic fatus, instigavit antea id-studentem Minervam:
descendit vero ab Olympi verticibus festinans.
75 Qualem autem stellam mittit Saturni filius versuti,
aut nautis portentum, aut exercitui lato populorum,
splendidam; ex-ea autem multæ scintillæ emittuntur:
huic similis impetu-ferebatur in terram Pallas Minerva,
desiliitque in medium; stupor autem tenebat aspicientes,
80 Trojanosque equûm-domitores et bene-ocreatos Achivos.
Sic vero aliquis loquebatur intuitus in propinquum alium:

Sane rursus bellumque perniciosum et pugna gravis
erit, aut amicitiam inter utrosque statuit
Jupiter, qui inter-homines arbiter belli est.

85 Sic igitur aliquis dicebat Achivorumque Trojanorumque.
Illa vero viro similis Trojanorum subiit multitudinem,
Laodoco Antenoridæ, forti bellatori,
Pandarum deo-similem quærens, sicubi inveniret.
Invenit Lycaonis filium laudatumque fortemque,
90 stantem; circaque ipsum fortes ordines clypeatorum
virorum, qui ipsum secuti-fuerant ab Æsepi fluentis.
Prope autem stans, verbis alatais *eum* allocuta-est:

Numquid jam mihi parueris, Lycaonis filii bellicose?
ausisne Menelao immittere velocem sagittam?
95 ab-omnibus utique Trojanis gratiam et gloriam reportaveris,
ex omnibus vero maxime ab-Alexandro rege.
Ab hoc profecto inprimis luculenta dona tuleris,
si viderit Menelaum Mavortium, Atrei filium,
tuo telo domitum, rogum conscendentem tristem.
100 Sed age, sagitta-pete Menelaum gloriosum:
vove autem Apollini in-Lycia-genito, arcu-inclyto,
agnorum primogenitorum *te* sacrificaturum inclytam hecatomben,
domum reversum sacræ in urbem Zeleæ.

Sic dixit Minerva; huic autem animum dementi flectebat.
105 Statim eduxit arcum bene-politum, *factum ex cornu* salacis capri
agrestis, quem quondam ipse sub pectore assecutus,
e-rupe exeuntem excipiens in insidiis,
percusserat in pectus; hic autem supinus incidit petræ:
hujus cornua ex capite sexdecim-palmorum nata-erant;
110 atque hæc quidem elaborans cornuum-politor aptaverat faber,
totumque bene quum-lævigasset, aureum imposuit apicem.

Et hunc quidem *arcum* scite deposuit tendens, ad terram
inclinando: ante *eum* autem scuta tenebant strenuii socii,
ne prius consurgerent *in eum* Mavortii filii Achivorum
115 quam percussus-esset Menelaus Mavortius, Atrei filius.
Atque ille detraxit operculum pharetræ, exemitque sagittam
novam, pennatam, atrorum causam dolorum;
statimque ad nervum aptavit acerbam sagittam,
vovitque Apollini in-Lycia-genito, arcu-inclyto,
120 agnorum primogenitorum *se* sacrificaturum inclytam hecatomben,
domum reversum sacræ in urbem Zeleæ.
Traxit autem simul crenasque *sagittae* prehensas, et nervos bubulos:
nervum quidem mammæ admovit, arcui autem ferrum.
Ac postquam rotundum magnum arcum tetenderat,
125 stridit funis, nervusque valde sonuit, saliitque sagitta
acuta-cuspide, in turbam advolare cupiens.

Neque tui, Menelae, dii beati obliti-sunt
immortales, prima autem Jovis filia prædatrix,
quæ ante te stans, sagittam amaram depulit.
130 Hæc vero *eam* tantum inhibuit a corpore, ut quum mater
ab-infante arcet muscam, quando dulci decubuit somno.
Ipsa vero *eam* direxit *eo,* ubi baltei annuli
aurei constringebant et duplex obtendebatur lorica.
Incidit autem in-balteum bene-aptatum acerba sagitta,
135 *et* per balteum quidem adacta-est affabre-factum,
et per loricam artificiose-factam infixa-est,
laminamque, quam portabat tutamen corporis, munimentum adversus-tela,
quæ ipsum plurimum juvit, perforavit tamen et hanc.
Summam vero sagitta perstrinxit cutem viri,
140 statimque fluxit sanguis ater e vulnere.

Ac veluti quando aliqua ebur mulier purpura tinxerit
Mæonia, vel Caria, maxillare ut-sit equorum:
jacet autem *ebur* in thalamo, multique ipsum optarunt
equites gestare; regi vero est-repositum ornamento,
145 utrumque, ornatusque equo, agitatorique decus:
talia tibi, Menelae, fœdata-sunt cruore femora
formosa, suræque et malleoli pulcri inferius.

Cohorruit autem deinde rex virorum Agamemno,
ut vidit atrum sanguinem defluentem e vulnere;
150 cohorruit autem et ipse Marti-carus Menelaus.
Quum vero vidit nervumque et *sagittæ* hamos exstantes,
iterum ei animus in pectoribus collectus-est.
Inter-hos autem graviter-suspirans locutus-est rex Agamemno,
manu tenens Menelaum; adgemebantque socii:

155 Care frater, *in* mortem ergo tibi fœdera percussi,
solum quum-objeci pro Achivis cum-Trojanis pugnaturum.
Sic te vulnerarunt Trojani, et fœdera fida conculcarunt!
Non *tamen* ullo-modo irritum est fœdus sanguisque agnorum,
libaminaque mero-facta, et dextræ, quibus fisi-sumus.
160 Etsi enim protinus Olympius non perfecerit,
tamen etiam sero perficiet: et (cum) magno luerint,
(cum) propriis capitibus, uxoribusque et liberis.
Bene enim ego hoc scio in mente et in animo:
erit dies, quando olim pereat Ilium sacrum,
165 et Priamus, et populus hastæ-fraxineæ-periti Priami,
Jupiter vero ipsis Saturnius, in-excelso-sedens, in-æthere habitans,
ipse incutiet terrificam ægidem omnibus,
ob-hanc fraudem iratus: hæc quidem erunt non irrita.
Sed mihi gravis dolor tui *causa* erit, o Menelae,
170 si moriaris et fatum adimpleveris vitæ:
ac *tum* summa-ignominia-notatus siticulosum Argos repetierim.
Statim enim recordabuntur Achivi patriæ terræ,
verum gloriationem Priamo et Trojanis reliquerimus
Argivam Helenam: tua autem ossa putrefaciet terra
175 jacentis in Troja, non-finito super opere.
Et aliquis sic dixerit Trojanorum ferocientium,
sepulcro insultans Menelai gloriosi:
utinam sic in omnibus iram expleverit Agamemno,
sicut et nunc incassum exercitum duxit huc Achivorum.
180 Et sane rediit domum, dilectam in patriam terram,
cum vacuis navibus, relicto strenuo Menelao.
Sic aliquando aliquis dicet; tunc mihi dehiscat lata terra!

Hunc autem confirmans allocutus-est flavus Menelaus:
bono-sis-animo, nec quicquam terrefacias populum Achivorum.
185 Non in letali *loco* acuta fixa-est sagitta, sed ante
tutatus-est balteusque pervarius, et subtus
cinctusque, et lamina, quam ærarii cuderant viri (*fabri*).

Hunc autem respondens allocutus-est rex Agamemno:
utinam sane ita sit, dilecte o Menelae!
190 vulnus autem medicus tractabit, et imponet
medicamina, quæ sedent atros dolores.

Dixit, et Talthybium, divinum præconem, allocutus-est:
Talthybi, quam citissime Machaonem huc accerse,
virum Æsculapii filium, laudatissimi medici,
195 ut videat Menelaum Mavortium, ducem Achivorum,
quem aliquis missa-sagitta vulneravit, arcuum bene sciens,
e-Trojanis, vel Lyciis; illi quidem gloria, nobis vero luctus.

Sic dixit; neque ei præco inobsequens fuit, quum-audisset;

profectus-est autem ire per copias Achivorum ære-loricatorum,
200 circumspiciens heroem Machaonem; illum vero vidit
stantem, circumque ipsum fortes ordines clypeatorum
virorum, qui ipsum secuti-erant Tricca ex equorum-altrice.
Prope autem stans, verbis alatis *eum* allocutus-est.

Vade, Asclepiade; vocat *te* rex Agamemno,
205 ut videas Menelaum Mavortium, ducem Achivorum,
quem aliquis sagitta-missa vulneravit, arcuum bene sciens,
e-Trojanis, vel Lyciis: illi quidem gloria, nobis autem luctus.

Sic dixit; huic vero animum in pectoribus commovit.
Profecti-sunt autem ire per turbam in exercitu lato Achivorum.
210 Ac quum jam pervenissent, ubi flavus Menelaus
vulneratus fuerat (circumque ipsum congregati-erant quique præstantissimi,
corona-facta, ille vero in mediis stabat similis-deo vir,
protinus e balteo bene-aptato extraxit sagittam;
ea vero dum-extraheretur, retro fracti-sunt acuti hami.
215 Solvit autem ipsi balteum variegatum, et subtus
cinctumque, et laminam, quam ærarii cuderant viri (*fabri*).
Atque ubi inspexerat vulnus, quo inciderat acerba sagitta,
sanguine exsucto, lenia medicamenta peritus
inspersit, quæ ejus quondam patri bene cupiens præbuit Chiron.

220 Dum hi occupati-erant circa bellico-clamore strenuum Menelaum,
interim Trojanorum ordines admovebantur clypeatorum:
illi autem rursus arma induerunt, memineruntque pugnæ.

Tunc non dormitantem vidisses Agamemnona divinum,
neque timidum, neque detrectantem pugnare,
225 sed valde properantem pugnam in viros-nobilitantem.
Equos enim dimisit et currus varios ære;
et hos quidem minister seorsum tenebat anhelantes
Eurymedon, filius Ptolemæi Piraidæ;
huic plurimum mandavit prope-se-tenere *currus,* si quando ipsi
230 membra occuparet defatigatio, per multos imperitanti:
at ipse pedes obibat *lustrans* ordines virorum;
et quos quidem properantes videret Danaorum velocibus-equis,
his magnopere animum-addebat astans verbis:

Argivi, ne-quid remittatis de-acri fortitudine:
235 non enim in perfidis pater Jupiter erit auxiliator:
sed qui priores præter fœdera injuriam-intulerunt,
horum certe ipsorum tenera corpora vultures vorabunt;
nos autem uxoresque dilectas et infantes liberos *eorum*
abducemus in navibus, postquam urbem ceperimus.

240 Quos contra detrectantes videret invisum bellum,

eos valde objurgabat iracundis verbis:

Argivi sagittis-addicti, probro-digni, nonne vos-pudet?
cur-nam sic statis stupidi, sicut hinnuli?
qui postquam fessi-sunt per-magnum campum currentes,
245 stant, nec ullum ipsis in præcordiis oritur robur:
sic vos statis stupidi, neque pugnatis.
Anne exspectatis Trojanos propius venire, ubi naves
subductæ-sunt pulcris-puppibus, cani in litore maris,
ut cognoscatis, an vos protegat manu Saturnius?

250 Sic is imperitans obibat ordines virorum;
venitque ad Cretenses, vadens per cohortem virorum.
Hi autem circum Idomeneum bellicosum armabantur:
Idomeneus quidem inter primos-pugnatores apro similis robore;
Meriones autem ei extremas incitabat phalanges.
255 Hos vero conspicatus, lætatus-est rex virorum Agamemno,
protinusque Idomeneum allocutus-est blandis *verbis:*

Idomeneu, te honore præ Danais velocibus-aurigis,
tum in bello, tum alio *quolibet* in opere,
tum-etiam in convivio, quando quidem honorarium nigrum vinum
260 Argivorum proceres in crateribus miscent.
Etsi enim ceteri capite-comantes Achivi
portionibus-certis bibunt, tuum tamen plenum poculum semper
stat, sicut mihi *meum,* ut-bibas, quando animus jusserit.
Sed propera in-bellum, qualem antea *te* profitebaris esse.

265 Hunc autem Idomeneus, Cretensium dux, contra *sic* est-allocutus:
Atrida, valde quidem tibi ego concors socius
ero, sicut primum promisi et annui:
verum alios hortare capite-comantes Achivos,
ut quamprimum pugnemus; quoniam fœdera confuderunt
270 Trojani: his autem mors et mala postmodum
erunt, quoniam priores contra fœdera injuriam-intulere.

Sic dixit; Atrides vero præteribat, lætus corde.
Venitque ad Ajaces, vadens per cohortem virorum:
hi vero armabantur, simulque nimbus sequebatur peditum.
275 Sicut autem quando a specula vidit nubem pastor vir,
venientem per mare a Zephyri flatu:
eique procul stanti nigra, ceu pix,
apparet veniens per mare, ducitque turbinem multum,
cohorruitque videns, subque speluncam coegit pecudes:
280 tales simul cum-Ajacibus Jovis-alumnorum juvenum
infestum in prœlium densæ movebantur phalanges
fuscæ, scutisque et hastis horrentes.
Et hos quidem lætatus-est conspicatus rex Agamemno,

et isps compellans verbis alatis est-allocutus:

285 Ajaces, Argivorum ducesære-loricatorum,
vobis quidem (nec enim convenit *vos* incitare) neutiquam præcipio:
ipsi enim valde populum instigatis ut-fortiter pugnet.
Utinam enim, Jupiterque pater, et Minerva, et Apollo,
talis omnibus animus in pectoribus esset:
290 sic cito ceciderit urbs Priami regis,
manibus sub nostris captaque excisaque.

Sic fatus, hos quidem reliquit illic, ivit autem ad alios.
Inde is Nestorem invenit, argutum Pyliorum oratorem,
suos socios ordinantem, et hortantem ad-pugnandum,
295 magnum Pelagontem, Alastoremque, Chromiumque,
Hæmonemque principem, Biantemque pastorem virorum.
Equites quidem primum cum equis et curribus,
pedites autem a-tergo constituit multosque et strenuos,
vallum ut-essent belli; imbelles vero in medium coegit,
300 ut etiam non volens quis necessitate pugnaret.
Equitibus quidem primum mandata-dabat: hos enim jussit
suos equos continere, nec turbatis-ordinibus-versari in-turba:

Neve quis equitandi-peritiaque et robore fretus,
solus ante alios ruat-cupidus cum-Trojanis pugnandi,
305 neu retrocedat: imbecilliores enim *sic* eritis.
Quicunque autem vir a suo curru ad-alium currum venerit,
hasta porrecta-expetat *hostem:* quoniam multo melius ita.
Sic et illi veteres urbes et muros evertebant,
hanc mentem et *hunc* animum in pectoribus habentes.

310 Ita senex adhortabatur, dudum bellorum bene sciens,
Et eum quidem lætatus-est quum videret rex Agamemno,
et ipsum compellans verbis alatis est-allocutus:

O senex, utinam, sicut animus *est* in pectoribus tuis,
sic te genua sequerentur, roburque tibi firmum esset:
315 verum te senectus atterit omnibus-æqua (*aeque molesta*): utinam quis
virorum alius *eam* haberet, tu autem in-juvenum numero-esses!

Huic respondit deinde Gerenius eques Nestor:
Atrida, valde quidem ego vellem et ipse
sic esse, ut quando divinum Ereuthalionem interfeci:
320 verum nunquam simul omnia dii dederunt hominibus:
si tunc juvenis eram, nunc autem me senectus invadit.
Verumtamen et sic equitibus interero, et adhortabor
consilio et verbis: hoc enim munus est senum.
Hastas autem vibrabunt juniores, qui me
325 alacriores sunt, confiduntque *suo* robore.

Sic dixit: Atrides vero præteribat, lætus corde.

Invenit filium Petei, Menestheum equos-agitandi-peritum,
stantem: circumque *erant* Athenienses, periti pugnæ:
atque prope stabat ingeniosus Ulysses,
330 juxtaque Cephallenum circùm ordines non imbecilli
stabant; nondum enim horum audierant copiæ clamorem *belli,*
sed recens concitatæ movebantur phalanges
Trojanorumque equûm-domitorum et Achivorum: hi vero exspectantes
stabant, quando acies Achivorum alia invadens
335 in-Trojanos impetum-faceret, et inciperent prælium.
Hos autem conspicatus objurgavit rex virorum Agamemno,
et ipsos compellans verbis alatis est-allocutus:

O fili Petei, Jovis-alumni regis,
et tu, malis dolis instructe, astute (*Ulysse*),
340 cur trepidantes absistitis, exspectatisque alios?
vos quidem conveniebat inter primos
consistere, et pugnæ ardenti occurrere.
Primi enim et ad-convivium vocamini a-me,
quando convivium proceribus instruimus Achivi.
345 Ibi juvabat assatas carnes edere, et pocula
vini bibere suavis, quoad volebatis:
nunc vero libenter videretis, et si decem acies Achivorum
vobis propugnarent sævo ferro.

Hunc autem torve intuitus allocutus-est ingeniosus Ulysses:
350 Atrida, quale tibi verbum fugit ex-septo dentium!
quomodo vero dicis in-bello *nos* remissos-esse? Quando Achivi
Trojanos in equorum-domitores ciemus acre prœlium,
videbis, si volueris, sique tibi hæc curæ-fuerint,
Telemachi carum patrem primis-pugnatoribus immixtum
355 Trojanorum equûm-domitorum: tu autem hæc vana dicis.

Hunc vero subridens allocutus-est rex Agamemno,
ut sensit iratum; retroque sumsit (*rectractavit*) sermonem:

Generose Laertiade, sollertissime Ulysse,
neque te objurgo nimium, neque impero.
360 Scio enim ut tibi animus in pectoribus caris (*tuis*)
benevola consilia noverit: eadem enim sentis, quæ et ego.
Quin age: hæc autem in-posterum componemus, si quid mali nunc
dictum-est; ea vero omnia dii irrita faciant.

Sic locutus, hos quidem reliquit illic, ivitque ad alios.
365 Invenit vero Tydei filium, magnanimum Diomedem,
stantem interque equos et currus coagmentatos:
juxtaque ipsum stabat Sthenelus, Capanei filius.
Atque hunc objurgavit conspicatus rex Agamemno,
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

370 Væ mihi, Tydei fili bellicosi, equorum-domitoris,
cur trepidas? cur circumspicis belli semitas?
non utique Tydeo ita solitum trepidare erat,
sed longe ante dilectos socios cum-hostibus dimicare,
sicut dixere, qui eum viderunt laborantem; non enim equidem
375 interfui, neque vidi: verum aliis *eum* dicunt præstitisse.
Certe enim sine bello (*sine copiis*) intravit Mycenas
hospes, cum deo-pari Polynice, copias colligens,
qui tunc bellum-admovebant sacra ad mœnia Thebes;
et valde supplicabant, ut-darent inclytos auxiliatores.
380 Atque isti *quidem* volebant dare, et annuebant, sicut hortabantur *illi;*
sed Jupiter *rem* evertit, sinistra prodigia ostendens.
HI autem postquam abierant, et in-via progressi-fuerant,
ad-Asopumque venerant juncosum, herbosum:
inde porro in legationem (*Thebas*) Tydeum miserunt Achivi.
385 Atque ille abiit, multosque invenit Cadmeos
convivantes in domo fortitudinis Eteocleeæ (*Eteoclis*).
Tunc non, hospes licet esset, agitator-equorum Tydeus
pavebat, solus stans multos inter Cadmeos:
quin ad certandum *eos* provocabat; in-omnibus autem vincebat
390 facile: talis ei auxiliatrix erat Minerva.
Verum irati Cadmei, stimulatores equorum,
ei revertenti densas insidias locaverunt ducentes,
juvenes quinquaginta; duo autem ductores erant,
Mæo Hæmonides, similis immortalibus *diis,*
395 filiusque Autophoni, in-pugna stans Polyphontes.
Tydeus tamen et his indecoram mortem intulit:
omnes interfecit, unumque solum dimisit domum ut-redeat;
Mæonem utique dimisit, deorum signis obsequens.
Talis erat Tydeus Ætolus; sed filium
400 genuit se-ipso inferiorem pugna, in-concione autem præstantiorem.

Sic dixit; huic vero nihil respondit fortis Diomedes,
reveritus regis increpationem venerandi.
Huic autem filius Capanei respondit gloriosi:

Atrida, ne mentiaris, sciens vere loqui.
405 Nos sane patribus longe fortiores gloriamur esse;
nos etiam Thebes sedem cepimus septem-portas-habentis,
pauciores copias ducentes sub murum Marti-sacrum,
freti signis deorum et Jovis auxilio:
illi autem sua vecordia perierunt.
410 Quare ne mihi patres unquam in simili ponas honore.

Hunc autem torve intuitus allocutus-est fortis Diomedes:
o-mi *Sthenele,* tacitus sede, meoque pare sermoni.
Non enim ego succenseo Agamemnoni, pastori populorum,

cohortanti ad-pugnandum bene-ocreatos Achivos.
415 Hunc enim gloria simul sequetur, si quidem Achivi
Trojanos debellarint, ceperintque Ilium sacrum;
huic vero contra ingens luctus, Achivis cæsis.
Verum age jam et nos cogitemus de-impetuosa fortitudine.

Dixit, et de curru cum armis desiliit in-terram;
420 terribiliter autem sonuit æs in pectoribus principis
conciti: vel firmum-animum-habentem metus subiisset.

Ut vero quando in litore sonoro fluctus maris
concitatur confertim, Zephyro submovente:
in-alto-mari quidem primum attollitur, sed postea
425 terræ allisus vehementer fremit, et circa promontoria
tumidus fastigiatur, exspuitque maris spumam:
sic tunc confertæ Danaorum movebantur phalanges
continuo ad pugnam. Imperabat autem suis unusquisque
ducum; ceteri vero taciti ibant (neque dixisses
430 tantas copias sequi habentes in pectoribus vocem),
silentio reveriti ductores: circum autem omnes
arma varia splendebant, quibus induti procedebant-ordine.
Trojani autem, perinde-atque oves locupletis viri in caula
innumeræ stant, dum-mulgentur lac album,
435 assidue balantes, audientes vocem agnorum:
sic Trojanorum fremitus per exercitum latum est-exortus.
Non enim omnium erat una vociferatio, neque una vox,
sed lingua mixta-erat; nam e-multis-locis-convocati fuerant viri.
Instigabat vero hos quidem Mars, illos autem cæsiis-oculis Minerva,
440 Terrorque et Fuga, et Discordia insatiabiliter furens,
Martis homicidæ soror sociaque:
quæ parva quidem primum attollitur, sed postea
cœlo condit caput, et in terra ingreditur.
Quæ ipsis et tunc litem utrinque-æquam injecit in-medium,
445 gradiens per turbam, augens gemitum virorum.

Hi vero quando jam in locum unum coeuntes venerant,
committebant scuta, unaque hastas et robora virorum
æreis-loricis-indutorum; atque clypei umbones-habentes
appropinquabant invicem, multusque tumultus coortus-est.
450 Tum autem simul ejulatusque et gloriatio erat virorum
perdentiumque et pereuntium, fluebatque sanguine terra.
Ut vero quando torrentes fluvii, de montibus fluentes,
in convallem conferunt rapidas aquas,
scatebris ex magnis, concavum intra alveum-voraginis;
455 horumque procul fragorem in montibus audit pastor:
sic hisce commixtis oriebatur clamorque timorque.

Primus autem Antilochus Trojanorum occidit virum bellatorem,

strenuum inter primos-pugnatores, Thalysiaden Echepolum,
quem percussit primus galeæ in-conum setis-equinis-densæ,
460 inque fronte fixit; penetravit autem intra os
cuspis ærea: ei vero tenebræ oculos operuerunt;
ceciditque, sicut quando turris *cadit,* in forti pugna.
Hunc autem prostratum pedibus prehendit rex Elephenor
Chalcodontiades, magnanimorum princeps Abantum,
465 subtrahebatque extra tela, cupidus, ut quamprimum
arma spoliaret: brevis vero ei fuit *iste* conatus.
Cadaver enim trahentem conspicatus magnanimus Agenor,
latera, quæ ei inclinato a clypeo denudata-erant,
vulneravit hastili ærato, solvitque ei membra.
470 Ita hunc quidem reliquit animus; super eum vero pugna coorta-est
ardua Trojanorum et Achivorum: hi autem, luporum instar,
sibi invicem irruebant, virque virum manu-occidebat.

Tunc percussit Anthemionis filium Telamonius Ajax,
juvenem florentem, Simoisium; quem olim mater,
475 ab-Ida descendens, ad ripas Simoentis
peperit, quum parentes simul sequeretur, pecora ut-videret:
propterea ipsum vocabant Simoisium: neque parentibus
nutritia caris reddidit, brevis autem ei ætas
fuit, ab Ajace magnanimo lancea interfecto.
480 Primum enim ipsi venienti percussit pectus, ad mammam
dexteram; ex-adverso autem per humerum ærea hasta
ivit. Hic autem in pulvere humi decidit, populi instar,
quæ in irriguo-loco paludis magnæ nata-est,
lævis; atque ei rami in summo *vertice* creverunt;
485 quam quidem curruum-fabricator vir micanti ferro
excidit, ut curvaturam-rotæ flectat ad perpulcrum currum;
et illa quidem arescens jacet fluvii ad ripas:
talem sane Anthemiden Simoisium interfectum-spoliavit
Ajax deo-ortus. *In* hunc autem Antiphus indutus-varium-thoracem,
490 Priamides, per turbam jaculatus-est acuta hasta.
Ab-eo quidem aberravit; at Leucum, Ulyssis strenuum socium,
percussit in-inguine, cadaver aliorsum trahentem:
cecidit autem juxta ipsum, cadaverque ei excidit manu.
Ob-hunc vero interfectum Ulysses valde animo iratus-est:
495 prodiit autem per primos-pugnatores, armatus corusco ære,
stetitque valde prope accedens, et jaculatus-est hasta splendenti,
circa se oculos-convertens. At Trojani retrocesserunt,
viro jaculante: ille vero non irritum telum misit,
sed filium Priami nothum percussit, Democoontem,
500 qui ei ex-Abydo venerat, ab equabus velocibus.
Hunc utique Ulysses, ob-socium iratus, percussit hasta
in-tempore, atque alterum per tempus penetravit

cuspis ærea: illi autem tenebræ oculos cooperuerunt.
Fragorem vero edidit cadens, sonueruntque arma super ipso.
505 Recesserunt autem primi-pugnatores, et splendidus Hector:
Argivi autem altum clamabant, trahebantque cadavera;
rectaque-proruperunt multo longius. Indignatus-est autem Apollo,
e Pergamo despiciens, Trojanosque adhortatus-est clamans:

Irruite equûm-domitores Trojani, neu cedite pugna
510 Argivis, quoniam non illis lapis *est* cutis, nec ferrum,
ut-æs sustineat secans-cutem percussis.
Sed neque Achilles, Thetidis filius pulcras-comas-habentis,
pugnat, verum ad naves iram cruciantem coquit.

Sic dixit ab arce terribilis deus: at Achivos
515 excitavit Jovis filia, laudatissima Tritonia,
gradiens per turbam, ubi remittentes *a pugna* videret.

Tunc Amarynciden Diorem fatum implicavit.
Saxo enim percussus-est ad malleolum aspero,
in tibi dextra; percussit autem Thracum dux virorum,
520 Pirous Imbrasides, qui ex-Æno venerat.
Ambos autem nervos et ossa lapis improbus
prorsus confregit; ille vero supinus in pulverem
decidit, ambas manus caros ad-socios pandens,
animam exspirans. Ille autem accurrit, qui quidem percusserat,
525 Pirous, vulneravitque hasta ad umbilicum; atque omnia
effusa-sunt humi intestina: illique tenebræ oculos cooperuere.

Istum vero Thoas Ætolus irruentem percussit hasta
in-pectore super mammam, fixum-est autem in pulmone æs.
Prope vero ad-illum accessit Thoas, et validam hastam
530 extraxit pectore: strinxit autem ensem acutum,
eoque is ventrem percussit medium, abstulitque animam.
Arma vero *ei* non exuit: circumstabant enim socii,
Thraces *vertice*-summo-comantes, longas hastas manibus tenentes,
qui ipsum, magnum licet, et fortem, et præclarum,
535 propulsarunt a se: is vero recedens, vi-repulsus est.
Sic hi duo in pulvere juxta alterum-alter extensi-sunt,
hic quidem Thracum, ille vero Epeorum ære-loricatorum,
duces; multi autem circùm interfecti-sunt et alii.

Tunc neutiquam opus (*pugnam*) aliquis reprehendisset interveniens,
540 qui adhuc illæsus et invulneratus acuto ære
versaretur in medio, duceretque ipsum Pallas Minerva,
manu prehendens, atque telorum averteret impetum.
Multi enim Trojanorum et Achivorum die illo
proni in pulvere juxta alium-alius prostrati-sunt.

Iliadis V.—Diomedis principatus.

ARGUMENT: THE ACTS OF DIOMED.

Diomed, assisted by Pallas, performs wonders in this day's battle. Pandarus wounds him with an arrow, but the goddess cures him, enables him to discern gods from mortals, and prohibits him from contending with any of the former, excepting Venus. Æneas joins Pandarus to oppose him; Pandarus is killed, and Æneas in great danger but for the assistance of Venus; who, as she is removing her son from the fight, is wounded on the hand by Diomed. Apollo seconds her in his rescue, and at length carries off Æneas to Troy, where he is healed in the temple of Pergamus. Mars rallies the Trojans, and assists Hector to make a stand. In the meantime Æneas is restored to the field, and they overthrow several of the Greeks; among the rest Tlepolemus is slain by Sarpedon. Juno and Minerva descend to resist Mars; the latter incites Diomed to go against that god; he wounds him, and sends him groaning to heaven.

The first battle continues through this book. The scene is the same as in the former.

TEXT:

1 Tum vero Tydidæ Diomedi Pallas Minerva
dedit robur et audaciam, ut conspicuus inter omnes
Argivos fieret, et famam insignem auferret.
Accendebat ei ex galeaque et clypeo indefessum ignem,
5 stellæ autumnali similem, quæ maxime
splendide collucet, lota in-Oceano:
talem ei ignem accendebat a capiteque et humeris;
impulitque eum in medium, ubi plurimi tumultuabantur.

Erat autem quidam inter Trojanos Dares, locuples, sine-reprehensione,
10 sacerdos Vulcani; duoque ei filii erant,
Phegus, Idæusque, pugnæ bene scientes omnis.
Hi ei (*Diomedi*), semoti *a suis,* obvii proruerunt;
hi quidem ab equis, ille vero a terra irruebat pedester.
Hi quum jam prope essent in se-invicem vadentes,
15 Phegeus prior emisit longæ-umbræ hastam:
Tydidæ vero super humerum sinistrum venit cuspis
hastæ, nec percussit ipsum: sed posterior irruit ære
Tydides: hujus autem non irritum telum fugit-e manu;
sed feriit pectus inter-mammas, detrusitque *illum* de equis.
20 Idæus autem desiliit, relinquens perpulcrum currum,
neque ausus-est consistere-super (*protegere*) fratrem interfectum[TR1]
neque enim vel ipse effugisset mortem nigram:
verum Vulcanus *illum* eripuit, servavitque caligine tectum,

quo scilicet ei ne prorsus senex contristatus esset.
25 Equos autem abductos magnanimi Tydei filius
dedit sociis deducendos cavas ad naves.
Trojani vero magnanimi ut viderunt filios Daretis,
alterum quidem fugientem, alterum vero interfectum ad currus,
omnibus concitatus-est animus: sed cæsiis-oculis Minerva
30 manu prehensum verbis allocuta-est impetuosum Martem:
Mars, Mars, hominum-perditor, inquinate-cæde, murorum-eversor,
an non jam Trojanos quidem siverimus et Achivos
pugnare, utris pater Jupiter gloriam præbeat;
nos autem cedamus, Jovisque evitemus iram?

35 Sic fata prælio eduxit impetuosum Martem;
hunc postea sedere-fecit ad herbosum Scamandrum.
Trojanos autem inclinarunt Danai, interfecitque virum unusquisque
ductorum. Primus vero rex virorum Agamemno
ducem Halizonum, Odium magnum, dejecit-e curru.
40 Primo enim *ei* verso-in-fugam, tergo hastam infixit
humeros inter, perque pectora trajecit:
fragorem vero edidit cadens, sonueruntque arma super ipso.

Idomeneus autem Phæstum interfecit, Mæonis filium,
Bori, qui ex Tarne glebosa venerat.
45 Hunc utique Idomeneus hasta-inclytus lancea longa
percussit, equos (*currum*) conscendentem, ad dextrum humerum:
decidit autem de curru, horrendaque jam eum caligo invasit.
Hunc quidem inde Idomenei spoliarunt famuli.

Filium autem Strophii Scamandrium, peritum venationis,
50 Atrides Menelaus interfecit hasta acuta,
bonum venatorem; docuit enim *eum* Diana ipsa
jaculari feras quasque, quas nutrit in montibus silva.
Verum non ei tunc auxiliabatur Diana sagittis-gaudens,
nec peritia-jaculandi-eminus, qua antea quidem instructus-erat:
55 sed ipsum Atrides hasta-inclytus Menelaus,
ante se fugientem, in-dorso vulneravit hasta,
humeros inter, perque pectora *eam* trajecit.
Cecidit autem pronus, sonueruntque arma super ipso.

Meriones vero Phereclum interfecit, fabri filium,
60 Harmonidæ, qui manibus sciebat artificiosa omnia
fabricare: egregie enim ipsum diligebat Pallas Minerva.
Qui etiam Alexandro fabricaverat naves æquales,
exordia-malorum, quæ omnibus exitium Trojanis fuerunt,
eique ipsi, quoniam non deorum oracula intellexerat.
65 Hunc Meriones, quum jam assecutus-esset insequens,
feriit clunem ad dextrum: ac penitus
e-regione juxta vesicam sub osse exiit cuspis.

In-genua autem cecidit ejulans, morsque ipsum circumtexit.

Pedæum vero interfecit Meges, Antenoris filium,
70 qui nothus quidem erat, studiose autem *eum* educarat divina Theano,
pariter dilectis liberis, gratificans marito suo.
Hunc Phylides hasta-inclytus, prope quum-venisset,
feriit capitis ad occipitium acuta hasta;
e-regione vero per dentes linguam subsecuit æs.
75 Cecidit *ille* in pulvere, frigidumque prehendit æs dentibus.

Eurypylus vero Evæmonides Hypsenorem divinum,
filium magnanimi Dolopionis, qui Scamandri
sacerdos fuerat, deique instar honorabatur populo:
huic autem Eurypylus, Evæmonis præclarus filius,
80 ante se fugienti, in-cursu percussit humerum,
ense irruens, absciditque manum *armis* gravem.
Sanguinolenta vero manus in campo cecidit: hunc (*huic*) autem oculos
occupavit purpurea mors et fatum violentum.

Sic hi quidem laborabant per acre prœlium.
85 Tydiden autem non dignosses, utris interesset,
utrum cum Trojanis versaretur, an cum Achivis;
furebat enim per campum, fluvio abundanti similis,
torrenti, qui velociter fluens dissipavit pontes:
quem neque jam pontes muniti coercent,
90 neque jam septa retinent agrorum perquam-virentium,
venientem derepente, quando ingruerit Jovis imber;
multæ autem ab ipso segetes dejectæ-sunt lætæ juvenum:
ita sub Tydide densæ turbabantur phalanges
Trojanorum; nec ipsum sustinebant, multi licet essent.

95 Hunc autem postquam vidit Lycaonis præclarus filius
furentem per campum, ante se turbantem phalanges,
ilico contra Tydiden intendebat incurvos arcus,
et feriit irruentem, assecutus ad dextrum humerum,
in loricæ cavitatem: pervolavit autem acerba sagitta,
100 et in-oppositam-partem perrupit, fœdabaturque sanguine lorica.
Super hoc autem clamavit Lycaonis clarus filius:

Ingruite, Trojani magnanimi, stimulatores equorum!
vulneratus-est enim fortissimus Achivorum: nec ipsum puto
diu toleraturum acrem sagittam, si vere me
105 movit deus, Jovis filius (*Apollo*), proficiscentem e-Lycia.

Sic dixit jactabundus; hunc vero non sagitta velox interfecit;
sed quum-retrocessisset, ante equos et currus
stetit, et Sthenelum allocutus-est, Capaneium filium:

Propera, o-bone Capaneïade, descende de-curru,
110 ut mihi ex humero trahas acerbam sagittam.

Sic dixit; Sthenelus autem de curru desiliit in-terram:
et astans, sagittam velocem penitus extraxit humero:
sanguis autem ejaculabatur *se* per consertam-annulis loricam.
Tum vero inde vota-concepit bello strenuus Diomedes:

115 Audi me, ægidem-ferentis Jovis filia, indomita:
si-unquam mihi et patri bene cupiens astitisti
hostili in pugna, nunc rursus mihi fave, Minerva:
da vero me virum interficere, et *eum* intra impetum hastæ venire,
qui me percussit præveniens, et gloriatur, neque me dicit
120 diu amplius visurum splendidum lumen solis.

Sic dixit precans; eum autem exaudivit Pallas Minerva,
membraque fecit levia, pedes et manus desuper:
et prope stans verba alata ad-*eum*-locuta-est:

Confidens jam, Diomedes, contra Trojanos pugna;
125 nam tibi in pectoribus robur paternum immisi
intrepidum, quale habuit vibrator-scuti eques Tydeus:
caliginem autem tibi ab oculis abstuli, quæ prius inerat,
ut bene dignoscas tum deum, tum etiam hominem.
Itaque nunc, si quis deus tentans *te* huc venerit,
130 nequaquam tu cum-immortalibus diis contra pugna
aliis: verum si forte Jovis filia Venus
venerit in pugnam, hanc vulnera acuto ære.

Hæc quidem sic locuta discessit, cæsiis-oculis Minerva:
Tydides vero reversus primis-pugnatoribus se-miscuit:
135 et, antea licet animo promtus *esset* cum-Trojanis pugnare,
at tunc illum ter tantum incessit robur, tanquam leonem,
quem jam pastor in-agro apud lanigeras oves
perstrinxerit quidem caulam transilientem, nec-tamen interfecerit;
hujus quidem vim incitavit, postea vero non *amplius* repellit;
140 sed *ille* stabula subit, hæ autem (*oves*) desertæ fugantur;
ac confertæ super alias-aliæ funduntur,
at ille alacer profundo (*circumsepto*) exsilit ovili:
sic alacer Trojanis mixtus-est fortis Diomedes.

Tunc interfecit Astynoum, et Hypironem, pastorem hominum;
145 hunc quidem super mammam feriens ærata hasta:
alterum vero ense magno in-jugulo ad humerum
percussit: a cervice autem humerum abscidit et a dorso.
Hos quidem reliquit: sed Abantem petebat et Polyïdum,
filios Eurydamantis, somniorum-interpretis senis:
150 quibus non, proficiscentibus, senex interpretatus-erat somnia,
verum ipsos fortis Diomedes interfectos-spoliavit.
Ivit autem in Xanthumque Thoonemque, Phænopis filios,
ambos provecta-ætate-genitos: hic vero (*pater*) conficiebatur senecta

tristi:
filium non genuerat alium, opibus *heredem* relinquendum.
155 Tum ille hos interfecit caramque eripuit animam
ambobus, patri autem luctum et curas tristes
reliquit, quoniam non vivos e pugna reversos
excepit; agnati vero hereditatem partiti-sunt.

Tum filios Priami duos corripuit Dardanidæ,
160 in uno curru stantes, Echemonemque Chromiumque.
Ut vero leo inter boves, irruens, cervicem fregit
juvencæ vel bovis, per fruticetum pascentium:
sic hos ambos de curru Tydei filius
dejecit violenter invitos, posteaque armis spoliavit;
165 equos vero suis sociis dedit ad naves agendos.

Hunc autem vidit Æneas dissipantem ordines virorum,
et profectus-est ire perque pugnam et strepitum hastarum,
Pandarum similem-deo quærens, sicubi inveniret.
Invenit Lycaonis filium laudatumque fortemque:
170 stetitque ante ipsum, verbumque *ad* eum coram locutus-est:

Pandare, ubi tibi arcus et volucres sagittæ,
et gloria? qua nullus tecum contendit hic quidem vir,
neque quisquam in Lycia te gloriatur esse præstantior.
Sed age huic immitte viro sagittam, Jovi manibus sublatis,
175 quisquis hic *est qui* vincit, et sane mala multa fecit
Trojanis; quoniam multorumque et fortium genua solvit:
nisi quis deus est, iratus Trojanis
sacrificiorum-causa succensens: gravis autem dei incumbit ira.

Huic autem respondet Lycaonis clarus filius:
180 Ænea, Trojanorum consiliator ære-loricatorum.
Tydidæ eum equidem bellicoso in-omnibus assimilo,
clypeo agnoscens, et alte-cristata galea,
equosque inspiciens: plane vero haud scio, an deus sit.
Quod-si hic vir, quem dico, bellicosus *est* Tydei filius,
185 non hic sine deo ista furens-facit, sed aliquis prope
constitit immortalium, nebula involutus humeros,
qui ab-isto sagittam velociter involantem avertit alio.
Jam enim ei immisi telum, et ipsum percussi in-humero
dextro, penitus per loricæ cavitatem,
190 et *me* ipsum ego putavi Plutoni demissurum,
attamen non occidi: deus certe aliquis est succensens.
Equi autem non adsunt et currus, quos conscendam:
sed alicubi in ædibus Lycaonis undecim *sunt* currus
pulcri, modo-compacti, recens-fabricati; circumque vela
195 expansa-sunt; apudque eorum unumquemque bijuges equi
astant, hordeum album comedentes et arincam.

Atqui mihi valde multa senex bellator Lycaon
proficiscenti mandata-dabat ædibus in *affabre*-factis:
equis me jubebat et curribus vectum
200 præesse Trojanis in acribus pugnis:
sed ego non parui (profecto *parere* multo satius fuisset),
equis parcens, ne mihi indigerent pabulo,
viris *in urbe* constipatis, soliti pasci largiter.
Sic *eos* reliqui, ac pedes ad Ilium veni,
205 arcubus fretus: hi tamen mihi non erant profuturi.
Jam enim duobus principibus *sagittam* immisi,
Tydidæque et Atridæ, atque ex ambobus
verum sanguinem elicui *eos* feriens: excitavi autem magis.
Quippe malo fato de paxillo curvos arcus
210 die illo detraxi, quum Ilium ad amœnum
dux-fui Trojanis, gratificans Hectori divino.
Quod si rediero, et aspexero oculis
patriam meam, uxoremque, et altam magnam domum,
ilico post a me caput abscindat hostis vir,
215 si non ego hos arcus lucido in igne posuero,
manibus confractos: inutiles enim mihi sunt-comites.

Hunc autem vicissim Æneas, Trojanorum dux, contra allocutus-est:
ne vero sic loquere: prius tamen non erit aliter,
quam nos-ambo in-hunc virum cum equis et curribus
220 obviam invecti, (cum) armis experti-fuerimus.
Verum age, meos currus conscende, ut videas,
quales *sint* Trojani equi, periti, campi (*per campum*)
rapide valde huc et illuc insequi ac fugere:
qui et nos-duos ad-urbem salvos-perducent, si denuo
225 Jupiter Tydidæ Diomedi gloriam præbuerit.
Verum age nunc scuticam et habenas splendidas
accipe, ego vero equos (*currum*) conscendam, ut pugnem:
vel tu hunc (*Diomedem*) exceipe, curæ-erunt autem mihi equi.

Hunc autem vicissim allocutus-est Lycaonis clarus filius:
230 Ænea, tu quidem ipse tene habenas et tuos equos;
melius sub auriga consueto curvum currum
ferent, si forte retro fugerimus Tydei filium.
Ne hi, si-expaverint, temere-vagentur, neque velint
efferre prœlio, tuam vocem desiderantes;
235 in-nos autem irruens magnanimi Tydei filius,
ipsosque interficiat, et abigat solidis-ungulis equos.
Sed tu ipse age tuos currus et tuos equos;
hunc autem ego irruentem excipiam acuta hasta.

Sic igitur locuti, in currus variegatos inscendentes,
240 impetu-concitati contra Tydiden dirigebant veloces equos.

Hos autem vidit Sthenelus, Capaneius præclarus filius,
confestimque Tydiden verbis alatis allocutus-est:

Tydide Diomedes, meo carissime animo,
duos-viros video fortes contra te paratos pugnare,
245 vim immensam habentes: alter quidem, arcuum bene sciens,
est Pandarus, filium autem Lycaonis *se* gloriatur esse;
Æneas autem, filium *se* magnanimi Anchisæ
gloriatur natum-esse, materque ipsi est Venus.
Verum age jam recedamus super currus, neu mihi sic
250 rue per primos-pugnatores, ne-forte dulcem animam perdas.

Hunc autem torve intuens allocutus-est fortis Diomedes:
nequaquam ad-fugam hortare, quoniam non te persuasurum *mihi* puto;
non enim mihi (*meo*) in-genere *est* fugitantem pugnare,
neque pavitare: adhuc mihi robur firmum est;
255 dedignor autem equos (*currum*) conscendere; quin et sic
obviam ibo ipsis: trepidare me non sinit Pallas Minerva.
Hos autem non iterum retro auferent veloces equi
ambos a nobis, si vel alter *forte* effugerit.
Aliud vero tibi dicam, tu autem in animo reconde tuo:
260 si mihi consultissima Minerva gloriam præbuerit,
ut-ambos interficiam, tu tamen hosce quidem veloces equos
hic detine, ex lorica-currus habenas suspendens;
in-Æneæ vero irrue memor equos,
abigeque a-Trojanis ad bene-ocreatos Achivos.
265 Ejus etenim stirpis *sunt,* e-qua Troi late-sonans Jupiter
dedit, pro-filio pretium Ganymede, quoniam optimi *sunt*
equorum, quicunque sunt sub auroraque-soleque.
Ex-hac stirpe *eos* furatus-est rex virorum Anchises,
clam Laomedonte, submittens feminas equas;
270 horum ei sex nati-sunt in ædibus, *illorum* stirps;
quatuor quidem ipse retinens saginavit ad præsepe,
sed duos Æneæ dedit, paratores fugæ:
si hos ceperimus, retulerimus gloriam magnam.

Sic hi quidem talia inter se dicebant:
275 illi vero cito prope venerunt, incitantes veloces equos.
Hunc prior allocutus-est Lycaonis præclarus filius:

Fortis-animo, bellicose, illustris Tydei fili,
profecto te non telum velox domuit, acerba sagitta;
nunc rursus hasta experiar, si *te* assequi-possim.

280 Dixit, et vibratam emisit longæ-umbræ hastam,
et feriit Tydiden ad clypeum: per-eum autem penitus
cuspis ærea volans loricæ admota-est.
Super quo altum clamavit Lycaonis præclarus filius:

Vulneratus-es ad-ile penitus, neque te puto
285 diu amplius toleraturum: mihi autem magnam gloriam dedisti.

Hunc autem non perterritus allocutus-est fortis Diomedes:
aberrasti, nec es-assequutus: at non vos puto
ante cessaturos, quam certe alter *vestrûm* stratus
sanguine satiarit Martem scutum-usque-sustinentem bellatorem.

290 Sic fatus jaculatus-est, telumque direxit Minerva
in-nasum prope oculum; albos autem trajecit dentes.
Ejus linguam ultimam abscidit æs rigidum,
cuspis vero exiit ad extremum mentum.
Cecidit autem de curru, sonueruntque arma super ipso,
295 varia, collucentia; tremefacti vero sunt ei equi
pedibus-celeres; ejusque ibi soluta-est animaque roburque.

Æneas vero *tum* irruit cum clypeo hastaque longa,
veritus ne-qua sibi traherent cadaver Achivi.
Super ipso igitur *propugnans* stetit, ut leo robori confisus:
300 prætenditque ipsi hastamque et clypeum undique æqualem,
illum interficere paratus, quicunque huic obvius veniret;
horribiliter vociferans. At saxum prehendit manu
Tydides, magnam (*magni ponderis*) rem, quam non duo viri ferrent,
quales nunc mortales sunt: hic vero facile vibrabat etiam solus.
305 Eo feriit Æneam ad coxendicem, ubi femur
in-coxa vertitur; acetabulum autem ipsum vocant:
contuditque ipsi acetabulum, et insuper ambos disrupit nervos:
detraxitque cutem asper lapis. Atque ille heros
constitit in-genua lapsus, et sustentabat-se-nixus manu robusta
310 in-terra; sed oculos nigra nox cooperuit.

Atque jam ibi periisset rex virorum Æneas,
si non cito animadvertisset Jovis filia Venus,
mater, quæ eum sub Anchise peperit[TR2] boves-pascente;
circum autem suum dilectum[TR3] filium fudit lacertos candidos:
315 anteque ipsum pepli nitidi plicaturam obtendit,
septum ut-esset telorum, ne-quis Danaorum celeribus-equis,
æs in pectora conjiciens, *ei* animam eriperet.

Illa quidem suum dilectum subducebat e-prælio:
nec filius Capanei oblitus-est mandatorum
320 eorum, quæ dederat bellico-clamore strenuus Diomedes:
sed hic suos quidem inhibuit solidis-ungulis equos
seorsum a strepitu, ex lorica-currus habenas suspendens;
Æneæ vero irruens jubis-pulcris-comantes equos
abegit a-Trojanis ad bene-ocreatos Achivos;
325 deditque Deipylo, socio dilecto, quem supra omnem
honorabat æqualium-cœtum, quod sibi mente congruentia cogitabat,

naves ad cavas agendos. At ipse heros,
suum currum conscendens sumsit habenas splendidas
statimque post-Tydiden egit validis-ungulis equos,
330 alacer: is vero Cypriam persequebatur crudeli ære,
gnarus quod imbellis esset dea, neque dearum
earum, quæ in virorum bello imperitant,
nec Minerva, neque urbium-vastatrix Bellona.
At quum jam assecutus-esset, frequentem per turbam persequens,
335 tum protensa *hasta* magnanimi Tydei filius
summam vulneravit manum insiliens acuta hasta
imbecillam; statim vero hasta cutem perfodit
divinum per peplum, quem ei Gratiæ elaborarant ipsæ,
extremam supra volam. Fluebat autem immortalis sanguis deæ,
340 ichor (*serum*), qualis nempe fluit beatis diis:
non enim panem edunt, neque bibunt nigrum vinum.
[Ideo sine-sanguine sunt, et immortales appellantur.]
Illa vero valde clamans, abs se dejecit filium:
et hunc quidem in manibus eripuit Phœbus Apollo
345 obscura nebula, ne-quis Danaorum celeribus-equis,
æs in pectora conjiciens, animam *ei* eriperet.
Illam vero altum inclamavit pugna strenuus Diomedes:

Cede, Jovis filia, e-bello et pugna!
an non satis *est,* quod mulieres imbelles decipis?
350 si vero tu in bello versabere, profecto te puto
reformidaturam *posthac* bellum, etiam si alibi *de eo* audieris.

Sic dixit: illa vero mente-turbata abiit, affligebaturque graviter.
Eam inde Iris prehensam pernix eduxit turba,
oppressam doloribus: livebat vero cute pulcra.
355 Invenit deinde pugnæ ad sinistram impetuosum Martem
sedentem; in-aere autem hasta erat-posita, et veloces equi:
illa vero ad-genua prolapsa fratris cari,
multum supplicans, aureis-phaleris-insignes petebat equos:

Dilecte frater, curamque gere mei, daque mihi equos,
360 ut ad Olympum perveniam, ubi immortalium sedes est.
Valde doleo vulnere, quo me mortalis vulneravit vir,
Tydides, qui jam et adversus-Jovem patrem pugnaverit.

Sic dixit: ei autem Mars dedit aureis-phaleris equos;
ipsaque in currum conscendit, mœrens suo corde;
365 juxtaque ipsam Iris ascendit et habenas cepit manibus;
flagellavitque, ut-irent; illi vero non-inviti volabant.
Statim autem deinde pervenerunt ad-deorum sedem, altum Olympum:
ibi equos sistebat, pedibus-ventosa velox Iris,
solutos e-curru; atque immortale apposuit pabulum.
370 Illa vero ad genua cecidit Diones, diva Venus,

matris suæ, hæc autem ulnis complectebatur filiam suam,
manuque ipsam demulcebat, verbumque dixit et elocuta-est:

Quisnam tibi talia fecit, dilecta filia, cœlicolarum
temere, ac-si quid flagitii patrasses palam?

375 Huic autem respondit deinde risum-amans Venus:
vulneravit me Tydei filius, superbus Diomedes,
eo-quod ego dilectum filium subducebam e-prælio,
Æneam, qui mihi omnium longe dilectissimus est.
Non enim amplius Trojanorum et Achivorum pugna gravis *est,*
380 sed nunc Danai etiam cum-immortalibus pugnant.

Huic respondit deinde Dione, eximia inter-deas:
perfer, filia mea, et sustine, mœsta licet:
multi enim jam *indigna* pertulimus Olympias domos habentes
ab hominibus, graves dolores nobis-invicem inferentes.
385 Pertulit quidem Mars, quando ipsum Otus fortisque Ephialtes,
filii Aloei, ligaverunt duris in vinculis:
æreo autem in carcere vinctus-erat tredecim menses.
Et fortassis ibi periisset Mars insatiabilis belli,
nisi noverca, præpulcra Eribœa,
390 Mercurio indicasset; hic vero furtim-subduxit Martem,
jam confectum: dura enim ipsum vincula afflixerant.
Pertulit Juno, quando illam fortis filius Amphitryonis
dextram ad mammam sagitta tricuspide
percussit; tunc et ipsam gravissimus invasit dolor.
395 Pertulit Pluto inter hos ingens velocem sagittam,
quando ipsum idem vir, filius Jovis ægidem-tenentis,
in porta apud inferos vulnerans, doloribus affecit.
Atque is ivit ad domum Jovis et latum Olympum,
corde dolens, doloribus confixus; ac sagitta
400 humerum in robustum adacta-erat, cruciabatque animum;
hunc autem Pæon, dolores-pellentia remedia inspergens,
sanavit: non enim omnino mortalis natus-erat.
Audax, immania-agens, qui pro-nihilo-duxit nefaria patrare,
qui arcu violabat deos, qui Olympum habitant.
405 In te autem hunc concitavit dea cæsiis-oculis Minerva:
demens, neque hoc scit in animo Tydei filius,
quod plane non longævus *sit* qui cum-immortalibus pugnarit,
neque omnino ipsum filii ad genua pappa-vocant,
venientem e bello et gravi pugna.
410 Itaque nunc Tydides, etiamsi valde fortis est,
cogitet, ne-quis cum-ipso fortior te pugnet:
ne diu Ægialea, prudens Adrasti-filia,
ex somno plorans suos domesticos excitet,
matrimonio-junctum desiderans maritum, fortissimum Achivorum,

415 generosa uxor Diomedis equûm-domitoris.

Dixit, et ambabus ichorem a manu abstergebat:
sanata-est manus, doloresque mitigati-sunt graves.
Tum autem intuentes Minervaque et Juno,
mordacibus verbis Jovem Saturnium lacessebant.
420 In-his autem sermonem orsa-est dea cæsiis-oculis[TR4] Minerva:

Jupiter pater, num quid mihi succensebis *ob* id quod dixero?
certe vero jam aliquam Venus Achivarum excitans
Trojanos ut-simul sequeretur, quos nunc vehementer diligit,
illarum aliquam demulcens Achivarum pulcris-peplis-indutarum,
425 ad auream fibulam perstrinxit manum teneram.

Sic dixit: subrisit vero pater hominumque deorumque,
et advocatam allocutus-est auream Venerem.

Non tibi, filia mea, commissa-sunt bellica opera:
sed tu quidem desiderabilia obi munera nuptiarum;
430 hæc vero (*bellica*) Marti veloci et Minervæ omnia curæ-erunt.

Sic isti quidem talia inter se colloquebantur.
In-Æneam autem irruit pugna strenuus Diomedes,
sciens quod super-eum ipse teneret manus Apollo:
sed hic ne deum quidem magnum reverebatur; cupiebat vero semper
435 Æneam interficere, et inclytis armis exuere.
Ter quidem dehinc irruit, interficere *eum* cupiens:
ter autem illi percussit (*retudit*) fulgentem clypeum Apollo.
Sed quum jam quartum impetum-faceret, dæmoni par,
minaciter increpitans allocutus-est sagittans Apollo:

440 Perpende, Tydide, et recede, neque diis
paria velis meditari: quoniam nequaquam genus simile
immortaliumque deorum, humi incedentiumque hominum.

Sic dixit; Tydides autem recessit paullulum retro,
iram evitans e-longinquo-ferientis Apollinis.
445 Æneam vero seorsum a-turba posuit Apollo,
Pergamo in sacra, ubi ipsi templum exstructum-erat:
atque illum Latonaque et Diana sagittis-gaudens
in magno adyto curabantque honoreque-afficiebant.
At imaginem fabricavit argenteum-arcum-gerens Apollo,
450 ipsique (*corpori*) Æneæ similem, et armis talem;
circumque imaginem Trojani et divini Achivi
cædebant invicem cira pectora bubulos
clypeos pulcre-orbiculatos, peltasque leves.
Tum vero impetuosum Martem allocutus-est Phœbus Apollo:

455 Mars, Mars, hominum-pernicies, inquinate-cæde, murorum-eversor,
nonne jam istum virum prælio eduxeris persecutus,
Tydiden, qui jamjam vel cum-Jove patre pugnarit?

Venerem quidem primum cominus vulneravit manu ad carpum:
atque inde in-ipsum me irruit, dæmoni par.

460 Sic locutus, ipse quidem resedit in-Pergamo summa;
Trojanorum vero ordines perniciosus Mars concitavit obeundo,
assimilatus Acamanti veloci, ductori Thracum:
filios autem Priami Jovis-alumnos hortabatur:

O filii Priami, Jovis-alumni regis,
465 quousque tandem interfici sinetis populum ab-Achivis?
an donec circa portas bene-structas pugnent?
jacet vir, quem æqualiter honorabamus Hectori divino,
Æneas, filius magnanimi Anchisæ.
Verum agite, ex tumultu eripiamus strenuum socium.

470 Sic locutus excitavit robur et animum uniuscujusque.
Tum autem Sarpedon valde objurgavit Hectorem divinum:

Hector, quo jam tibi robur abiit, quod prius habebas?
dixisti quondam sine copiis *te* urbem obtenturum et auxiliis,
solum, cum affinibus fratribusque tuis.
475 Horum nunc nullum ego videre possum, neque animadvertere;
sed trepidant, canes tanquam circa leonem:
nos autem pugnamus, qui quidem socii adsumus.
Etenim ego, auxiliator qui-sum, admodum e-longinquo venio:
procul enim *est* Lycia, Xanthum ad vorticosum;
480 ubi uxoremque dilectam reliqui et infantem filium,
et possessiones multas, quas cupit quicunque indigens *est.*
Attamen etiam sic Lycios adhortor, et promtus-sum ipse
cum-viro *isto* pugnare: tametsi nihil mihi hic tale,
quale auferant Achivi, vel abducant:
485 tu vero stas, ac ne ceteras quidem hortaris
copias sustinere *hostem,* et opem-ferre uxoribus.
Cave ne-forte tanquam laqueis lini capti omnia-trahentis
viris investis captura et præda fiatis;
illi vero cito exscindent bene-habitatam urbem vestram.
490 Te vero oportet hæc omnia curare noctesque et dies,
ducibus supplicantem e-longinquo-vocatorum sociorum,
ut-perseveranter sustineant, asperamque evitent increpationem.

Sic dixit Sarpedon; momordit autem præcordia Hectori sermo.
Statim vero de curru cum armis desiliit humum,
495 vibransque acutas hastas, per exercitum ibat undique,
adhortans ad-pugnandum, excitavitque pugnam gravem.
Illi vero conversi-sunt *a fuga,* et adversi steterunt Achivis;
Argivi autem sustinebant conferti, nec repulsi-sunt.
Sicut vero ventus paleas fert sacras per areas,
500 viris ventilantibus, quando flava Ceres

secernit, urgentibus ventis, fructumque et paleas:
et subalbicant palearum-receptacula: sic tunc Achivi
albi superne facti-sunt pulvere, quem inter ipsos
cœlum ad æreum excutiebant pedes equorum,
505 conversa-acie confligentium: flexerant autem *equos* aurigæ:
ipsi vero robur manuum recta tulerunt. Circùm autem caliginem
impetuosus Mars offudit pugnæ, Trojanis opem-ferens,
undique *aciem* obiens: et effecta dabat mandata
Phœbi Apollinis aureum-ensem-gestantis, qui ipsum jusserat
510 Trojanis animum excitare, postquam vidit Palladem Minervam
abeuntem; hæc enim erat Danais auxiliatrix.

Ipse autem Æneam valde pingui ex adyto
dimisit, et in pectora robur injecti pastori virorum.
Æneas inde inter-socios constitit: hi vero gavisi-sunt,
515 ut viderunt vivumque et incolumem advenientem,
et robur integrum habentem; percontati tamen sunt nihil:
non enim sinebat labor alius, quem argenteum-arcum-gerens excitabat,
Marsque hominum-pernicies, Discordiaque insatiabiliter furens.

Verum Ajaces duo et Ulysses et Diomedes
520 concitabant Danaos ad-pugnandum: ii vero etiam ipsi (*per se*)
nec vires Trojanorum timebant nec clamores;
sed exspectabant *eorum impetum,* nubibus similes, quas Saturnius
tranquillitatis-tempore sistit in summis montibus,
quiete, quando dormit vis Boreæ et aliorum
525 vehementer-ingruentium ventorum, qui nubes opacas
flatibus stridulis dissipant flantes:
sic Danai Trojanos exspectabant firmiter, nec fugiebant.
Atrides autem per turbam vadebat, multa mandans:

O amici, viri estote, et fortem animum sumite,
530 aliusque-alium verecundamini per acres pugnas:
verecundantium autem virorum plures *sunt* salvi, quam occidunt;
fugientium vero nec gloria oritur, nec ullum præsidium.

Dixit, et jaculatus-est hasta alacriter: percussitque principem virum,
Æneæ socium magnanimi, Deicoontem
535 Pergasiden, quem Trojani æqualiter Priami filiis
honorabant, quoniam alacer erat inter primos pugnare.
Hunc igitur in scutum hasta percussit rex Agamemno;
illud vero non hastam inhibuit, penitus autem transiit ferrum,
imumque in ventrem per balteum trajecit:
540 fragoremque edidit cadens, sonueruntque arma super ipso.

Inde autem Æneas[TR5] Danaorum interfecit viros fortissimos,
filios Dioclis, Crethonemque Orsilochumque:
horum pater quidem habitabat bene-ædificata in Phera,

dives victus (*opum*); genus autem ipsi erat a fluvio
545 Alpheo, qui late fluit Pyliorum per terram.
Qui genuit Orsilochum, multis viris regem:
Orsilochus autem genuit Dioclem magnanimum:
ex Diocle vero gemini filii nati-sunt,
Crethon Orsilochusque, pugnæ bene scientes omnis.
550 Atque hi puberes-facti nigris in navibus
Ilium ad bonis-equis-fœcundum una Argivos secuti-sunt,
honorem Atridis, Agamemnoni et Menelao,
expetentes: eos vero ibi terminus mortis obtexit.
Hi, quales leones duo montis in-verticibus
555 nutriti-sunt sub matre, profundæ *in* densis-recessibus silvæ:
qui quidem rapientes boves et pingues oves
stabula hominum vastant, donec et ipsi
virorum (in) manibus interfecti-sunt acuto ære:
tales hi manibus sub Æneæ domiti
560 deciderunt, abietibus similes proceris.

Horum vero prostratorum misertus-est Marti-carus Menelaus:
ivitque per primos-pugnatores, armatus corusco ære,
quassans hastam: ejus autem excitabat robur Mars,
hæc cogitans, ut manibus sub Æneæ domaretur.
565 Hunc vero vidit Antilochus, magnanimi Nestoris filius;
ivitque per primos-pugnatores: valde enim timebat pastori virorum,
ne-quid pateretur, multumque ipsos frustraretur laboris.
Illi quidem jam manusque et hastas acutas
contra se-invicem tenebant, parati pugnare:
570 Antilochus autem valde prope astitit pastori virorum.
Æneas vero non sustinuit, acer licet esset bellator,
ut vidit duos viros alterum-juxta alterum stantes.
Illique postquam mortuos traxerant ad populum Achivorum,
eos quidem miseros posuerunt in manibus sociorum,
575 ipsi vero conversi, inter primos pugnabant.

Tunc Pylæmenem interfecerunt æqualem Marti,
ducem Paphlagonum magnanimorum, clypeatorum.
Hunc quidem Atrides hasta-inclytus Menelaus,
stantem hasta percussit, ad jugulum assecutus.
580 Antilochus vero Mydonem feriit, aurigantem famulum,
fortem Atymniaden (ille autem avertebat solidis-ungulis equos),
saxo cubitum assecutus medium: atque e manibus
fræna candida ebore humi ceciderunt in pulvere.
Antilochus autem irruens ense percussit tempus;
585 atque is anhelans affabre-facto excidit curru
præceps in pulverem, in sinciputque et humeros.
Diu admodum *fixus* stetit (inciderat enim arenæ profundæ),

donec equi percussum humi dejecerunt in pulverem:
illos vero loris-agitabat Antilochus, et ad exercitum egit Achivorum.

590 Hos autem Hector vidit inter ordines, irruitque in ipsos
vociferans: unaque Trojanorum sequebantur phalanges
fortes; dux-erat autem ipsis Mars, et veneranda Bellona:
hæc quidem, ferens tumultum immanem pugnæ:
Mars vero in manibus ingentem hastam quassabat:
595 itabatque modo quidem ante Hectorem, modo pone.

Hunc autem conspicatus cohorruit pugna strenuus Diomedes.
Ut vero quum vir rerum-imperitus, emensus multum campi,
constiterit ad rapidum fluvium in-mare profluentem,
spuma frementem conspicatus, recurrit retrorsum:
600 sic tunc Tydides recessit, dixitque populo:

O amici, quam *nos* scilicet admiramur Hectorem divinum
hastaque fortem esse et audacem bellatorem!
Huic vero semper astat unus deorum, qui mortem arceat:
et nunc ei astat ille Mars, mortali viro similis.
605 Sed, ad Trojanos conversi semper, retro
cedite, neu cum diis nituntor fortiter pugnare.

Sic dixit: Trojani vero admodum prope venerunt ipsos.
Tunc Hector duos viros interfecit, scientes pugnæ,
in uno curro stantes, Menesthen Anchialumque.

610 Horum vero prostratorum misertus-est magnus Telamonius Ajax:
stetique, admodum prope accedens, et jaculatus-est hasta fulgenti,
ac percussit Amphium, Selagi filium, qui in Pæso
habitabat prædives, locuples: sed eum fatum
duxit auxiliaturum ad Priamumque et filios.
615 Hunc in balteum percussit Telamonius Ajax,
imoque in ventre defixa-est longæ-umbræ hasta;
fragorem autem edidit cadens. Sed accurrit splendidus Ajax,
arma spoliaturus; Trojani vero in *eum* hastas conjecere
acutas, splendentes; scutumque *ejus* excepit multas.
620 At ille pedis-planta insistens e cadavere æream hastam
evulsit: non tamen etiam alia potuit arma pulcra
ab-humeris auferre; premebatur enim telis.
Timuit autem hic circuitionem potentem Trojanorum fortium,
qui multique et strenui instabant hastas tenentes,
625 qui ipsum, magnus licet esset, et fortis et præclarus,
propulsarunt a se: ille vero recedens vi-repulsus-est.

Sic hi quidem laborabant per fortem pugnam.
Tlepolemum vero Heracliden, fortemque magnumque,
incitavit in parem-deo Sarpedonem fatum violentum.
630 Hi autem quum jam prope essent in se-invicem vadentes,

filiusque neposque Jovis nubes-cogentis,
hunc Tlepolemus prior verbis allocutus-est.

Sarpedon, Lyciorum princeps, quæ tibi necessitas *est*
trepidare hîc versanti pugnæ imperito viro?
635 mentientes vero te dicunt Jovis sobolem ægidem-tenentis
esse; quum longe illis inferior-sis viris,
qui Jovi prognati-sunt temporibus priscorum hominum.
At qualem virum ajunt vim Herculeam (*Herculem*)
fuisse, meum patrem audentissimum, spiritu-leonis!
640 qui quondam huc profectus equorum causa Laomedontis,
sex solis cum navibus et viris paucioribus,
Ilii devastavit urbem, desolavitque vias.
Tibi vero ignavus animus, intereuntque copiæ;
nec quicquam te Trojanis credo auxilium fore,
645 profectum ex Lycia, ne si quidem perquam fortis sis,
sed sub me interfectum ad-portas Orci descensurum.

Hunc autem Sarpedon, Lyciorum dux, contra allocutus est:
Tlepoleme, sane ille evertit Ilium sacrum,
viri per-vecordiam nobilis Laomedontis,
650 qui ipsum, bene quum-egisset, malo increpuit sermone,
nec dedit equos, quorum gratia e-longinquo venerat.
Tibi autem ego hîc edico cædem et mortem atram
a me futuram, meaque *te* sub hasta domitum
gloriam mihi daturum, animam vero Plutoni insignibus-equis.

655 Sic dixit Sarpedon; at sustulit fraxineam hastam
Tlepolemus: et horum quidem eodem-tempore hastæ longæ
e manibus evolarunt; atque *huic* percussit cervicem mediam
Sarpedon, cuspisque penitus transiit acerba;
ipsique oculos caliginosa nox operuit.
660 Tlepolemus autem femur sinistrum *Sarpedonis* hasta longa
percusserat; cuspisque pertransiit rapido-impetu,
ossi inflicta; pater vero (*Jupiter*) adhuc mortem avertit.

Tum quidem parem-deo Sarpedonem divini socii
efferebant prælio; gravabat autem eum hasta longa
665 quæ-trahebatur *una;* quam quidem nemo adverterat nec cogitarat
femore extrahere; hastam fraxineam, ut *currum* inscenderet,
festinantium; tantum enim habebant laborem circa-*eum*-occupati.

Tlepolemum autem ex-altera-parte bene-ocreati Achivi
efferebant prælio; vidit vero divinus Ulysses,
670 fortem animum habens; fervebatque ei carum cor:
cogitabat autem deinde in mente et in animo,
utrum ulterius Jovis filium late-sonantis insequeretur,
an ipse plurium Lyciorum animam eriperet.

Non utique Ulyssi magnanimo in-fatis erat,
675 generosum Jovis filium interficere acuto ære:
quare ad multitudinem Lyciorum vertit *ejus* animum Minerva.
Tunc ille Cœranum interfecit, Alastoremque, Chromiumque,
Alcandrumque, Haliumque, Noemonemque, Prytaninque:
et quidem adhuc plures Lyciorum interfecisset divinus Ulysses,
680 nisi subito vidisset magnus galeam-motans Hector.
Ivit autem per primos-pugnatores, armatus corusco ære,
terrorem inferens Danais; gavisus-est autem eo accedente
Sarpedon, Jovis filius, sermonemque miserabilem dixit:

Priamide, ne vero me prædam Danais sinas
685 jacere, sed auxiliare; deinde me etiam deserat vita
in urba vestra; quandoquidem non jam eram ego,
reversus domum, dilectam in patriam terram,
oblectaturus uxoremque dilectam et infantem filium.

Sic dixit; huic autem nil respondit galeam-motans Hector,
690 sed prætervolavit, ardens-cupidine, ut citissime
repelleret Argivos, multorumque vitam eriperet.
Igitur similem-deo Sarpedonem divini socii
collocarunt sub ægidem-tenentis Jovis præpulcra fago:
ex ejus autem femore hastam fraxineam extraxit foras
695 strenuus Pelagon, qui ei dilectus erat socius.
Hunc autem deseruit anima, inque oculos effusa-est caligo:
rursus tamen spiritum-recepit, circùmque flatus Boreæ
refocillat, aspirans, ægre spirantem animam.

Argivi vero sub Marte et Hectore ære-armato
700 nec unquam profugiebant nigras ad naves,
nec unquam contra-ferebantur in-pugnam; sed semper retro
cedebant, postquam audierant cum Trojanis Martem *esse.*

Tum quem primum, quemque ultimum interfecit
Hectorque, Priami filius, et æreus Mars?

705 Similem-deo Teuthrantem, insuperque equûm-agitatorem Oresten,
Trechumque hastatum, Ætolum, Œnomaumque,
Œnopidenque Helenum, et Oresbium varia-mitra,
qui in Hyla habitabat, valde divitiis intentus,
lacui confinis Cephissidi; juxtaque ipsum alii
710 habitabant Bœoti, valde opulentum populum habentes.

Hos autem ut animadvertit dea candidis-ulnis Juno
Argivos interimentes in acri pugna,
ilico Minervam verbis alatis allocuta-est:

Dii-boni, ægidem-tenentis Jovis filia, indomita,
715 profecto vanum hoc verbum promisimus Menelao,
Ilio exciso bene-munito *eum* rediturum,

si sic furere sinemus perniciosum Martem.
Sed age jam et nos cogitemus de-strenuo præsidio.

Sic dixit; nec non-obsecuta-est dea cæsiis-oculis Minerva.
720 Illa accedens aureis-phaleris-orantos instruebat equos,
Juno, veneranda dea, filia magni Saturni;
Hebe autem utrinque curribus cito apposuit curvos[TR6] orbes *rotarum,*
æreos, octo-radiis, ferreo axi circum*ponens.*
Quorum utique aurea curvatura incorrupta, ac desuper
725 ærei canthi, bene-juncti, mirabile visu:
modioli autem ex-argento erant rotundi utrinque:
sella vero aureis et argenteis funibus
intenta-erat: duæ autem circumiebant loricæ-currus.
Ex hac porro argenteus temo eminebat, *cujus* ad extremum
730 ligavit aureum pulcrum jugum, et lora-jugalia
pulcra immisit, aurea: sub jugum vero duxit Juno
equos celeres-pedibus, cupida contentionis et prælii.

Ceterum Minerva, filia Jovis ægidem-tenentis,
peplum quidem *laxatum* defluere-sivit pulcrum, patris super pavimento,
735 varium, quem ipsa fecerat et elaboraverat manibus;
ipsa autem, loricam induta Jovis nubes-cogentis,
armis ad bellum armabatur lacrimosum.
Circum autem humeros posuit ægidem fimbriatam,
horribilem, cui quidem undique timor circumdatus-erat:
740 in *ea erat* Contentio, et Fortitudo, et horrenda Insectatio:
in *ea* et gorgonium caput, diri monstri,
dirumque terribileque, Jovis portentum ægidem-tenentis.
Capiti vero cono-circumdatam galeam imposuit quatuor-conos-habentem,
auream, centum urbium peditibus aptam.
745 Inque currum fulgidum pedibus conscendit, sumsitque hastam
gravem, magnam, validam, qua domat ordines virorum
heroum, quibuscunque irascitur præpotenti-patre-nata.
Juno autem scutica velociter urgebat inde equos,
sponte autem portæ crepuerunt cœli, quas tenebant Horæ,
750 quibus commissum-est magnum cœlum Olympusque,
ut-et removeant densam nubem et obdant.
Hac igitur per illas stimulo-parentes dirigebant equos:
invenerunt autem Saturnium, a-diis seorsum sedentem aliis,
summo in-vertice multa-cacumina-habentis Olympi.
755 Ibi equos sistens dea candidis-ulnis Juno
Jovem supremum Saturnium interrogavit et allocuta-est:

Jupiter pater, annon succenses Marti *ob* hæc atrocia facta
quantasque et quales perdiderit copias Achivorum
temere, verum non secundum fas? mihi vero dolor; at quieti

760 delectantur Venusque et argenteo-arcu Apollo,
dementem hunc quum-excitarint, qui nulla novit jura.
Jupiter pater, numquid mihi irasceris, si Martem
graviter percussum pugna exegerim?

Hanc autem respondens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
765 agedum, adversus-ipsum incita Minervam prædatricem,
quæ ipsum maxime solita-est gravibus doloribus injicere.

Sic dixit; nec non-obsecuta-est dea candidis-ulnis Juno:
sed scutica-verberavit equos: hi autem non inviti volabant
per-medium terræque et cœli stellati.
770 Quantum vero aeris-pellucidi-spatium vir videt oculis,
sedens in specula, prospectans in purpureum pontum:
tantum saltu-conficiunt deorum altisoni equi.
At quando jam Trojam pervenerunt, ad-fluviosque labentes,
qua fluenta Simois commiscent et Scamander:
775 ibi equos stitit dea candidis-ulnis Juno,
solutos a-curru; circumque caliginem multam fudit:
illis vero ambrosiam Simois summisit depascendam.

Hæ autem iverunt, pavidis columbis incessu similes,
viris Argivis auxiliari properantes.
780 Sed quando jam venerant, ubi plurimi et fortissimi
stabant, circum vim Diomedis equûm-domitoris
conferti, leonibus similes cruda-vorantibus,
vel suibus apris, quorum robur non imbecille;
ibi stans clamavit dea candidis-ulnis Juno,
785 Stentori assimilata magnanimo, æream-vocem-habenti,
qui tantum vociferabatur, quantum alii quinquaginta:

Proh pudor, Argivi, turpia probra, forma *tantum* admirabiles:
quamdiu quidem in prælium itabat divinus Achilles,
numquam Trojani ante portas Dardanias
790 progrediebantur; illius enim timebant validam hastam:
nunc vero procul ab-urbe cavas apud naves pugnant.

Sic fata, excitavit robur et animum uniuscujusque.
Tydidæ autem supervenit dea cæsiis-oculis Minerva;
reperitque hunc regem apud equos et currus
795 vulnus refrigerantem, quod ei inflixerat Pandarus sagitta:
sudor enim ipsum affligebat sub lato loro
clypei pulcre-orbiculati; quo affligebatur, laborabatque manu:
et elevans lorum, nigrum sanguinem abstergebat.
Equinum autem dea jugum attigit, dixitque:

800 Profecto parum sibi filium similem genuit Tydeus!
Tydeus utique parvus quidem erat corpore, sed pugnator.
Ac quando ipsum ego pugnare non sinebam,

nec furenter-irruere, quando quidem venit seorsum ab-Achivis
legatus ad Thebas, plures inter Cadmeos,
805 convivari ipsum jussi in ædibus quietum:
sed is animum retinens suum fortem, sicuti prius,
juvenes Cadmeorum provocabat, in-omnibus autem vincebat.
[facile: talis illi ego adjutrix eram.]
Tibi vero quidem ego assistoque, et *te* tueor,
810 et te promto-animo jubeo cum-Trojanis pugnare:
sed tibi vel defatigatio ex-multo-labore membra subiit,
vel te certe aliquo-modo timor tenet exanimis. Non sane tu posthac
Tydei soboles es (*reputaberis*), bellicosi Œnidæ.

Hanc autem respondens allocutus-est fortis Diomedes:
815 agnosco te, dea, filia Jovis ægidem-tenentis:
ideo tibi lubenter dicam verbum, nec celabo.
Nec aliquis me timor tenet exanimis, nec ulla ignavia;
sed adhuc tuorum recordor jussorum, quæ injunxisti.
Non me sinebas cum-beatis diis ex-adverso pugnare
820 ceteris: sed si Jovis filia Venus
veniret in prælium, hancce-vulnerare acuto ære.
Quare nunc et ipse recedo, atque etiam ceteros
Argivos jussi congregare hîc omnes:
agnosco enim Martem prœlium imperatorie-obeuntem.

825 Huic autem respondit deinde dea cæsiis-oculis Minerva:
Tydide Diomedes, meo carissime animo,
neu tu Martem propter-hoc time, neu quenquam alium
immortalium: talis tibi ego adjutrix sum.
Verum age, in Martem primum dirige solidis-ungulis equos,
830 ferique *eum* cominus, neu reverere impetuosum Martem
hunc insanientem, *præter naturam* adscitum malum, inconstantem;
qui nuper mihique et Junoni affirmavit dicens,
in-Trojanos *se* pugnaturum, atque Argivis auxiliaturum;
nunc vero cum Trojanis versatur, horumque est-oblitus.

835 Sic locuta, Sthenelum quidem de curru pepulit humi,
manu retrorsum trahens; ille autem alacriter desiliit.
Ipsa vero in currum ascendit juxta Diomedem divinum
valde-ruens dea: vehementer autem gemuit faginus axis
sub-pondere; gravem enim vehebat deam, virumque fortissimum.
840 Corripuit autem scuticam et habenas Pallas Minerva:
statim in Martem primum dirigebat solidis-ungulis equos.
Ille quidem Periphantem ingentem occidebat,
Ætolorum longe fortissimum, Ochesii præclarum filium.
Hunc Mars occidebat, cæde-inquinatus; sed Minerva
845 induit Orci galeam, ne ipsam videret validus Mars.

Postquam vero vidit hominum-pernicies Mars Diomedem divinum,

is quidem Periphantem ingentem illic sivit
jacere, ubi primum interficiens abstulerat animam;
atque ivit recta-in Diomedem equûm-domitorem.
850 Hi vero quum jam prope essent, alter-in alterum vadentes,
prius Mars protendit super jugum habenasque equorum
hasta ærea, cupiens *illi* animam eripere:
atque hanc manu prehensam dea cæsiis-oculis Minerva
depulit a curru, ut-incassum præterfugeret.
855 Secundus tum impetum-fecit pugna strenuus Diomedes
hasta ærea: infixit autem connixa Pallas Minerva
imum in ile, ubi cingebatur cinctu:
ibi ipsum vulneravit assecutus cutemque pulcram dirupit,
et hastam extraxit rursus. Tum vero vociferatus-est æreus Mars,
860 quantum novies-mille clamarent vel decies-mille
viri in bello, certamen committentes Martis.
Inde tremor subiens-occupavit Achivosque Trojanosque
territos: adeo vociferatus-est Mars insatiabilis belli.

Qualis autem ex nubibus nigra apparet caligo,
865 ab æstu venti graviter-spirantis qui-excitatur:
talis Tydidæ Diomedi æreus Mars
apparebat, una-cum nubibus iens in cœlum latum.
Statim vero venit deorum in-sedem, excelsum Olympum:
juxtaque Jovem Saturnium consedit, animo mœrens,
870 ostenditque immortalem sanguinem defluentem ex vulnere,
et lamentans verba alata ad-*eum*-locutus-est:

Jupiter pater, non indignaris videns hæc violenta facinora?
semper sane acerbissima dii passi sumus
mutuo alius-in-alium consilio, gratiam hominibus deferentes:
875 tibi omnes irati-sumus: tu enim genuisti dementem filiam
perniciosam, cui semper iniqua facta curæ-sunt:
alii etenim omnes, quotquot dii sunt in Olympo,
tibique obediunt, et subjecti-sumus unusquisque:
hanc vero nec verbo incessis, nec quoquam facto,
880 sed incitas *etiam,* quum ipse genueris filiam pestiferam:
quæ nunc Tydei filium, insolentem Diomedem,
ut-fureret exstimulavit in immortales deos.
Venerem quidem primum cominus vulneravit manu ad carpum,
ac postea in-me ipsum irruit, dæmoni par;
885 at me subduxerunt veloces pedes; profecto *alioqui* diu
ibi dolores passus-essem inter horrendas cadaverum-strages,
aut, vivus, viribus-fractus essem æris ictibus.

Eum autem torve intuitus allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
nequid mihi, omnium-partium-vir, assidens quiriteris:
890 invisissimus vero mihi es deorum, qui Olympum tenent.

Semper enim tibi contentioquoe grata, bellaque, pugnæque;
matris tibi ingenium est intolerandum, nescium cedere,
Junonis: quam quidem ego ægre reprimo verbis.
Idcirco te puto illius hæc pati consiliis.
895 Attamen non te amplius diu patiar dolores sustinere:
ex me enim genere (*genitus*) es, mihique te peperit mater.
Si vero aliquo ex alio deorum natus-esses ita improbus,
sane jam pridem fuisses inferior Urani-filiis (*Titanibus*).

Sic dixit, et Pæonem *ei* jussit mederi.
900 Huic autem Pæon dolorem-pellentia medicamina inspergens,
sanavit; nequaquam enim mortalis ortus-erat.
Sicut autem quando fici-succus lac album agitatus in-coagulum-cogit,
liquidum quod-erat; valdeque velociter circumagitur a-miscente:
sic *ille* celeriter sanavit impetuosum Martem.
905 Hunc autem Hebe lavit, elegantesque vestes induit:
juxtaque Jovem Saturnium consedit, gloria exsultans.

Hæ vero rursus ad domum Jovis magni redierunt,
Junoque Argiva, et Alalcomeneis Minerva,
quum-repressissent hominum-perniciem Martem a-virorum-cædibus.

[TR1] "inter fectum" → "interfectum"
[TR2] "perperit" → "peperit"
[TR3] "dilectuum" → "dilectum"
[TR4] "cæsis-oculis" → "cæsiis-oculis"
[TR5] "Aeneas" → "Æneas"
[TR6] "apposuitc urvos" → "apposuit curvos".

Iliadis VI.—Hectoris et Andromachæ colloquium.

ARGUMENT: THE EPISODES OF GLAUCUS AND DIOMED, AND OF HECTOR AND ANDROMACHE.

The gods having left the field, the Grecians prevail. Helenus, the chief augur of Troy, commands Hector to return to the city, in order to appoint a solemn procession of the queen and the Trojan matrons to the temple of Minerva, to entreat her to remove Diomed from the fight. The battle relaxing during the absence of Hector, Glaucus and Diomed have an interview between the two armies; where, coming to the knowledge, of the friendship and hospitality passed between their ancestors, they make exchange of their arms. Hector, having performed the orders of Helenus, prevails upon Paris to return to the battle, and, taking a tender leave of his wife Andromache, hastens again to the field.

The scene is first in the field of battle, between the rivers Simois and

Scamander, and then changes to Troy.

TEXT:

1 Trojanorum inde destituta-est et Achivorum acies gravis:
sæpe autem huc et illuc ruerat pugna per-campum,
viris in-se-invicem dirigentibus æratas hastas,
inter Simœentis et Xanthi fluenta.

5 Ajax autem primus Telamonius, murus Achivorum,
Trojanorum rupit phalangem, lucemque sociis attulit,
virum percutiens, qui fortissimus inter Thraces erat,
filium Eüssori, Acamantem strenuumque magnumque.
Hunc percussit primus in-galeæ cono setis-equinis-densæ,
10 inque fronte fixit *hastam;* penetravitque intra os
cuspis ærea: ei vero tenebræ oculos cooperuerunt.

Axylum porro interfecit pugna strenuus Diomedes,
Teuthraniden, qui habitabat bene-structa in Arisba,
dives victus (*opum*), dilectusque erat hominibus:
15 omnes enim excipiebat-benigne, ad viam *sitas* ædes habitans.
Sed ab-eo nullus horum tunc arcuit[TR1] tristem interitum,
ante subveniens: sed ambos anima privavit *Diomedes,*
ipsum et famulum Calesium, qui tunc equorum
erat auriga: hique ambo terram subierunt.

20 Dresum autem Euryalus et Opheltium interfecit;
ivitque in Æsepum et Pedasum, quos quondam nympha
Naias Abarbarea peperit eximio Bucolioni;
Bucolion autem erat filius nobilis Laomedontis,
maximus natu, clandestinum vero ipsum peperit mater:
25 pastor autem, ad oves *cum ea* coiit amore et cubili:
hæc vero gravida-facta gemellos peperit filios:
et horum quidem solvit robur et splendida membra
Mecistiades *Euryalus,* et ab humeris arma detraxit.
Astyalum inde occidit bellicosus Polypœtes;
30 Pyditen vero Ulysses Percosium interfecit
hasta ærea; Teucerque Aretaonem divinum.

Antilochus autem Ablerum interemit hasta splendenti
Nestorides; Elatum vero rex virorum Agamemno:
incolebat autem, Satnioentis pulcre-fluentis ad ripas,
35 Pedasum altam. Phylacum autem occidit Leitus heros
fugientem; Eurypylus vero Melanthium interfecit.

Adrastum vero deinde pugna strenuus Menelaus
vivum cepit: equi enim ei pavore-attoniti *fugientes* per-campum,
ramo impediti myricino, curvo curru

40 fracto ad primum temonem (*ubi e curru exit*), ipsi quidem iverunt
ad urbem, quo ceteri pavore-attoniti fugiebant;
ipse autem *Adrastus* de curru juxta rotam devolutus-est
pronus in pulvere os: prope autem ipsum stetit
Atrides Menelaus, tenens longæ-umbræ hastam.
45 Adrastus vero deinde complexus, supplex-orabat, genua:

Vivum-cape, Atrei-fili, tuque dignum accipe liberationis-pretium.
Multæ autem in divitis patris *domo* res-pretiosæ repositæ-sunt,
æsque, aurumque, elaboratumque ferrum:
e-quibus tibi largietur pater infinitum redemtionis-pretium
50 si me vivum *esse* audiverit ad naves Achivorum.

Sic dixit: huic autem animum in pectoribus concitabat.
Ac sane ipsum statim erat veloces ad naves Achivorum
daturus suo famulo deducendum: verum Agamemno
obvius venit currens, et minaciter-clamans verba dixit:

55 O mollis, o Menelae, cur-nam vero tu curam-agis ita
hominum *servandorum?* profecto tibi præclare res-gesta-est domi
per Trojanos: quorum nemo effugiat grave exitium,
manusque nostras: ne-*is*-quidem quem in-sinu mater
infantem gestet, ne hic-quidem effugiat: sed simul omnes
60 ex-Ilio funditus-pereant, inhumati et prorsus-sine-vestigio.

Sic locutus mutavit fratris mentem heros,
decentia admonens. Ille vero a se depulit manu
heroem Adrastum; eumque rex Agamemno
vulneravit ad ile: hic autem resupinatus-est. Atridesque
65 pede pectoribus imposito extraxit fraxineam hastam.
Nestor autem Argivos hortabatur, altum clamans:[TR2]

O amici, heroes Danai, famuli Martis,
ne-quis nunc exuviis instans a-tergo
maneat, ut plurima ferens ad naves redeat;
70 sed viros interficiamus; postea vero et has otiosi
a-corporibus per campum auferetis mortuis.

Sic fatus, concitavit ardorem et animum cujusque.
Tunc autem Trojani Marti-caris ab Achivis *acti*
Ilium se-recepissent, ignavia *sua* domiti,
75 nisi inde Æneæque et Hectori dixisset astans
Priamides Helenus, augurum longe præstantissimus:

Æneaque et Hector; quoniam labor vobis maxime
Trojanorum et Lyciorum incumbit, quia præstantissimi
omnem ad impetum estis pugnandique consulendique,
80 state hic, et populum continete ante portas,
quoquo-versum discurrentes, priusquam rursus in manus uxorum
fugientes incidant, hostibusque gaudium fiant.

Ac postquam phalanges cohortati-fueritis omnes,
nos quidem cum-Danais pugnabimus, hic manentes,
85 etsi valde afflicti; necessitas enim urget:
Hector, at tu in-urbem proficiscere, dicitoque deinde
matri tuæ et meæ: hæc vero congregans honoratas-matronas
in-templum Minervæ cæsiis-oculis, in arce summa,
aperiens clave valvas sacræ ædis,
90 peplum, qui sibi videatur pulcerrimus et maximus
esse in ædibus, et ei longe carissimus ipsi,
ponat Minervæ ad genua pulcras-comas-habentis:
et ei voveat *se* duodecim boves in templo
anniculas, jugum-non-passas, sacrificaturam, si miserata-fuerit
95 urbemque et Trojanorum uxores et infantes liberos:
si Tydei filium averterit ab-Ilio sacra,
ferocem bellatorem, violentum auctorem fugæ *hostium;*
quem sane ego fortissimum Achivorum dico esse:
nec Achillem unquam sic timuimus, ducem virorum,
100 quem ajunt e dea *natum* esse; sed hic (*Diomedes*) nimis
furit, nec quisquam ei potest viribus par-esse.

Sic dixit: Hector vero nequaquam fratri inobsequens-erat.
Statim de curru cum armis desiliit in-terram;
vibransque acutas hastas, per exercitum ibat quoquoversum,
105 concitans ad-pugnandum, suscitavitque pugnam gravem.
Illi autem conversi-sunt *a fuga,* et adversi stetere Achivis:
Argivi vero recesserunt, desieruntque a-cæde:
existimabantque, aliquem immortalium de cœlo stellato
Trojanis auxiliaturum descendisse: ita conversi-sunt.
110 Hector autem Trojanos exhortabatur, altum inclamans:

Trojani animosi, et e-longinquo-vocati socii,
viri estote, amici, revocate autem strenuam fortitudinem,
tantisper dum ego ivero ad Ilium, et senibus
dixero consiliariis et nostris uxoribus,
115 deos ut-precentur, voveantque hecatombas.

Sic igitur locutus, abiit galeam-motans Hector:
et ei malleolos *pedum* circumpulsabat et cervicem corium atrum,
ora, quæ extrema ambiebat scutum umbonem-habens.

Glaucus autem, Hippolochi gnatus, et Tydei filius
120 in medium ambarum-partium congrediebantur promti pugnare.
Ac quum jam prope essent, se-invicem invadentes,
illum prior allocutus-est pugna strenuus Diomedes:

Quis vero tu es, præstantissime, mortalium hominum?
non enim unquam vidi *te* pugna in viros-clarante
125 antehac: atqui nunc longe antecessisti omnes

tua confidentia, quandoquidem meam longam hastam mansisti:
infelicium vero filii meo robori occurrunt.
Sin autem aliquis immortalium de cœlo venisti,
non equidem cum-diis cœlestibus pugnavero.
130 Non enim ne Dryantis-quidem filius, fortis Lycurgus,
diu vixit, qui quidem cum-diis cœlestibus contendebat:
qui olim furentis Bacchi nutrices
persequebatur per sacrum Nyseium; illæ vero simul omnes
thyrsos humi projecerunt, ab homicida Lycurgo
135 percussæ stimulo-boario; Bacchus autem fugatus
subiit maris undam, Thetisque excepit sinu
perterritum: vehemens enim *eum* tenebat tremor viri comminatione.
Huic quidem postea irati-sunt dii facile viventes,
et ipsum cæcum reddidit Saturni filius; neque amplius diu
140 vixit, quoniam immortalibus exosus-erat omnibus diis.
Neque ego cum-beatis diis velim pugnare.
Si vero quis es mortalium, qui telluris fructu vescuntur,
propius accede, ut ocyus mortis ad-metas pervenias.

Hunc vicissim Hippolochi allocutus-est splendidus filius:[TR3]
145 Tydide magnanime, cur genus *meum* percontaris?
qualis foliorum generatio, talis *est* et hominum.
Folia alia quidem ventus humi fundit, alia vero silva
germinans producit, veris autem *tum* (*i.e. quando*) succedit tempus:
sic hominum generatio et nascitur, et desinit.
150 Si vero vis et hæc scire; ut bene cognoscas
nostram stirpem, multi autem ipsam homines norunt:
est urbs Ephyra, in-recessu Argi equos-pascentis,
ibi autem Sisyphus erat, qui maxime-astutus erat hominum,
Sisyphus Æolides: is autem Glaucum genuit filium;
155 ac Glaucus genuit eximium Bellerophontem;
huic autem dii pulcritudinemque et virtutem amabilem
præbuerunt. Sed ei Prœtus mala molitus-est animo,
qui e civitate *eum* expulit, quoniam supremus erat
Argivorum: Jupiter enim ei *illos* sub sceptro subdiderat.
160 In-hoc autem uxor Prœti insanierat, divina Antea,
ut-clandestino amore misceretur: sed huic neutiquam
persuasit bona mente-prædito, prudenti Bellerophonti.
Illa vero mentita, Prœtum regem sic allocuta-est:

Morere, o Prœte, vel interfice Bellerophontem,
165 qui mecum voluit amore misceri, nolente.

Sic dixit: at regem ira cepit, quod-talia audierat:
interficere quidem devitavit, religioni enim duxit hoc animo;
misit autem ipsum in-Lyciam, deditque *ei* notas perniciosas,
scribens in tabella complicata exitialia multa;

170 ostendereque *hæc eum* jussit suo socero, quo periret.
Atque ille abiit in-Lyciam deorum sub fausto ductu:
sed ubi jam in-Lyciam pervenerat Xanthumque fluentem,
benevole ipsum honoravit rex Lyciæ latæ.
Per-novem-dies *eum* hospitaliter-excepit, et novem boves mactavit:
175 sed ut jam decima apparuit roseis-digitis Aurora,
tunc ipsum interrogavit, et petiit notam videre,
qualem sibi genero a Prœto ferret.
Ac postquam notam exitialem acceperat generi,
primum quidem *eum* Chimæram insuperabilem jussit
180 interficere; hæc autem erat divinum genus, non hominum;
ante leo, pone autem draco, media vero capra;
terribilem exhalans ignis vim ardentis:
et hanc quidem interfecit, deorum signis fretus.
Secundo autem cum-Solymis pugnavit inclytis:
185 acerrimam vero hanc pugnam dicebat *se* iniisse virorum.
Tertio autem interfecit Amazones viragines.
Huic vero redeunti callidam fraudem aliam struxit *rex:*
quum-delegisset e Lycia lata viros fortissimos,
collocavit insidias: ii vero nequaquam rursus domum redierunt;
190 omnes enim interfecit eximius Bellerophontes.
Sed ut jam cognovit *rex, hunc* dei sobolem præclaram esse,
illic ipsum detinebat, dabatque *ei* filiam suam;
dedit etiam ei honoris regii dimidium totius:
atque ei Lycii portionem-agri demensi-sunt, præstantem ceteris,
195 pulcram hortensi-cultura et arvis, ut coleret.
Illa vero peperit tres liberos bellicoso Bellerophonti,
Isandrumque et Hippolochum et Laodamiam.
Cum-Laodamia quidem concubuit providus Jupiter,
hæcque peperit similem-deo Sarpedonem ære-galeatum.
200 Sed quando etiam ille (*Bellerophontes*) exosus-erat omnibus diis,
jam is per campum Aleium solus errabat,
suum animum excedens, vestigia hominum vitans:
Isandrum vero ejus filium Mars insatiabilis bello
pugnantem cum-Solymis interfecit inclytis;
205 hanc autem irata aureas-habenas-tractans Diana occidit,
Hippolochus vero me genuit et ex hoc dico *me* natum-esse;
misit autem me ad Trojam, et mihi valde multum injunxit,
ut-semper fortissime-rem-gererem, et superior essem aliis,
nec genus patrum dedecorarem, qui multo fortissimi
210 inque Ephyra exstiterunt et in Lycia lata.
Hoc tibi ex-genereque et sanguine *me* profiteor esse.

Sic dixit; lætatus-est autem pugna strenuus Diomedes;
hastam quidem defixit in terra alma,
atque ipse blandis *verbis* allocutus-est pastorem virorum:

215 Profecto mihi hospes paternus es vetus:
Œneus enim olim divinus eximium Bellerophontem
hospitio excepit in ædibus, viginti dies retinens;
hi autem et sibi-mutuo dedere munera-hospitalia pulcra:
Œneus quidem balteum dedit puniceo-colore fulgentem,
220 Bellerophontes autem aureum poculum duplex:
et id ego reliqui, *huc* proficiscens, in ædibus meis.
Tydeum vero non memini, quoniam me adhuc parvulum
reliquit, quando ad Thebas perierunt copiæ Achivorum.
Quare nunc tibi quidem ego hospes carus Argo in-medio
225 sum, tu autem in Lycia, si-quando horum ad-gentem venero.
Hastas vero alter-alterius vitemus etiam in turba.
Multi quidem enim mihi sunt Trojani inclytique socii,
quorum occidam quemcunque deus obtulerit et pedibus assecutus-fuero;
multique vicissim tibi Achivi, *quorum* interficias quemcunque possis;
230 arma vero inter-nos permutemus, ut et hi
norint, quod hospites paternos profitemur *nos* esse.

Sic igitur locuti, de curribus desilientes,
manus mutuo prehenderunt et fidem-dederunt.
Tum vero Glauco Saturnius mentem ademit Jupiter,
235 qui cum Tydide Diomede arma permutavit,
aurea æneis, centum-boves-valentia novem-boves-valentibus.

Hector autem ut ad-Scæasque portas et fagum pervenit,
circa ipsum Trojanorum uxores currebant et filiæ,
percontantes de-filiisque fratribusque amicisque
240 et maritis; ille vero deinceps diis supplicare jussit
omnes ordine: multis autem mala immissa-erant.

Sed quando jam ad-Priami domum præpulcram pervenerat,
fabrefactis porticibus instructam: (atque in ea
quinquaginta inerant thalami e-polito lapide,
245 prope se-invicem ædificati: ibi vero filii
cubabant Priami propter legitimas uxores;
filiarum autem e-regione oppositi intra atrium
duodecim erant sub-eodem-tecto thalami e-polito lapide,
prope se-invicem ædificati: ibi vero generi
250 cubabant Priami propter pudicas uxores;)
ibi ei alma obvia venit mater,
ad-Laodicen vadens, filiarum forma præstantissimam;
inque ejus hæsit manu, verbumque dixit et locuta est:

Fili, cur relinquens bellum asperum venisti?
255 certe valde jam premunt abominandi filii Achivorum,
pugnantes circa urbem; te autem huc animus impulit
profectum, ex summa arce Jovi ut-manus attolleres.

Sed mane, donec tibi mellea-dulcitate vinum attulero,
ut libes Jovi patri et ceteris immortalibus
260 primum; deinde et ipse reficiaris, si biberis;
viro autem defatigato robur valde vinum auget,
sicut tu defatigatus-es, pugnans-pro tuis civibus.

Huic autem respondit deinde magnus galeam-motans Hector:
ne mihi vinum tolle dulce-animo, veneranda mater,
265 ne me enerves, roboris autem viriumque obliviscar:
manibus vero illotis Jovi libare nigrum vinum
vereor: nec ullo-modo licet atras-nubes-cogenti Saturnio
sanguine et tabo inquinatum vota-facere.
Sed tu quidem ad templum Minervæ prædatricis
270 vade cum suffimentis, congregans honoratas-matronas;
peplum autem, qui tibi pulcerrimus et maximus
est in domo, et tibi longe carissimus ipsi,
hunc pone Minervæ in genibus pulcras-comas-habentis,
et ei vove *te* duodecim boves in templo,
275 anniculas, jugum-non-passas, sacrificaturam, si miserata-fuerit
urbemque et Trojanorum uxores et infantes liberos;
si Tydei filium averterit ab-Ilio sacra,
ferocem bellatorem, fortem auctorem fugæ *hostium.*
Sed tu quidem ad templum Minervæ prædatricis
280 vade; ego vero Paridem adibo, ut *eum* vocem,
si velit dicentem audire: utinam ei ilico
terra dehiscat! magnum enim ipsum Olympius nutrivit detrimentum
Trojanisque et Priamo magnanimo ejusque filiis.
Si illum viderem descendentem in Orcum,
285 existimarem animum *meum* ingratæ ærumnæ esse-oblitum.

Sic dixit; hæc autem profecta ad ædes, ancillas
vocavit: illæque congregarunt per urbem matronas-honoratas.
Ipsa vero in conclave descendit odoribus-fragrans,
ubi erant ei pepla varia, opera mulierum
290 Sidoniarum, quas ipse Alexander divina-forma-præditus
abduxerat a-Sidone, navigando-permensus latum pontum,
ea via, qua Helenem abduxerat nobili-patre-ortam.
Horum unum promens Hecuba, tulit donum Minervæ,
qui pulcerrimus erat ornatu-vario, et maximus,
295 stellæque instar resplendebat; jacebat autem ultimus omnium.
Profecta-est autem ire, multæque propere-sequebantur matronæ.

Illæ vero ut ad-templum venerunt Minervæ, in arce summa,
eis fores aperuit Theano pulcris-genis,
Cisseis, uxor Antenoris equûm-domitoris;
300 eam enim Trojani fecerant Minervæ sacerdotem.
Illæ autem cum-ululatu omnes Minervæ manus sustulere;

hæc vero peplum prehendens, Theano pulcris-genis,
posuit Minervæ in genibus pulcas-comas-habentis;
vovensque imploravit Jovis filiam magni:

305 Veneranda Minerva, custos-urbis, excellentissima dearum,
frange jam hastam Diomedis, atque etiam ipsum
pronum da cadere Scæas ante portas,
ut tibi statim nunc duodecim boves in templo,
anniculas, jugum-nondum-passas, sacrificemus, si miserata-fueris
310 urbemque et Trojanorum uxores et infantes liberos.

Sic dixit vovens; abnuit autem Pallas Minerva.
Ita illæ quidem vota-faciebant Jovis filiæ magni:
Hector vero ad ædes Alexandri ivit
pulcras, quas ipse ædificarat cum viris, qui tunc optimi
315 erant in Troja glebosa architecti viri,
qui ei fecerunt thalamum et tectum et atrium,
prope *ædes* Priamique et Hectoris, in arce summa.
Illuc Hector intravit Jovi carus; inque manu
hastam tenebat undecim-cubitorum; præmicabat vero hastæ
320 cuspis ærea, circumque aureus ambibat annulus.
Illum autem invenit in thalamo perpulcra arma parantem,
clypeum et loricam et curvos arcus tractantem;
Argiva autem Helena inter famulas mulieres
sedebat, et ancillis insignia opera imperabat.
325 Eum vero Hector objurgavit conspicatus probrosis verbis:

Mirifice, non *sane* decenter iram hanc concepisti animo.
Viri quidem pereunt, circa urbem altumque murum
pugnantes, tui autem gratia pugnaque bellumque
urbem hanc circum-arsit: tu vero objurgares etiam alium,
330 si quem usquam detrectantem videres horrendam pugnam.
Verum surge, ne brevi urbs igne hostili deflagret.

Hunc autem vicissim allocutus-est Alexander divinæ-formæ:
Hector, quoniam me secundum quod-fas-est increpasti, nec ultra fas,
propterea tibi dicam; tu vero attende, et me audi:
335 non ego tam præ-ira in-Trojanos, nec præ-indignatione,
sedebam in thalamo; sed volebam dolori indulgere.
Nunc vero me uxor suadens mollibus verbis
impulit ad bellum; videturque mihi sic et ipsi
melius fore: victoria mutat (*alternis-vicibus sequitur*) viros.
340 Verum age, nunc exspecta, Martia arma *jam* induero:
vel præi, ego autem sequar; assecuturumque *me* te puto.

Sic dixit; ei autem non respondit galeam-motans Hector.
Hunc vero Helena verbis allocuta-est blandis:

Levir mei, canis (*impudentissimæ*) malorum-auctoris, horrendæ;

345 utinam me die illo, quo me primum peperit mater,
abiisset auferens mala venti procella
in montem, vel in undam multo-strepitu-resonantis maris:
ubi me fluctus obrutam-perdidissset, antequam hæc facinora fierent.
Sed quoniam hæc ita dii mala statuerunt,
350 viri inde debebam fortioris esse uxor,
qui sentiret indignationemque et probra multa hominum.
Huic autem nec nunc mens *est* constans, neque in-futurum
erit: idcirco ipsum *sua stultitia* fruiturum credo.
Verum age nunc intra, et sed hac in sella,
355 levir, quoniam tibi maxime labor mentem invasit,
mei causa impudentissimæ et Alexandri causa noxæ:
quibus Jupiter imposuit malam sortem, ut etiam in-posterum
hominibus simus cantu-celebrati futuris.

Huic autem respondit deinde magnus galeam-motans Hector:
360 ne me sedere-facias, Helena, benigna licet; nec mihi persuadebis:
jam enim mihi animus incitatus-est, ut succurram
Trojanis, qui valde mei desiderium absentis habent.
Verum tu concita hunc, festinatoque et ipse,
ut me intra urbem assequatur *adhuc* versantem.
365 Etenim ego domum ibo, ut videam
domesticos uxoremque dilectam et infantem filium.
Neque enim scio, si amplius ipsis redux veniam rursus,
an *si* jam me sub manibus dii domituri-sint Achivorum.

Sic igitur fatus abiit galeam-motans Hector:
370 statimque postea pervenit ad-ædes *suas* bene-habitatas,
nec invenit Andromachen candidis-ulnis in ædibus;
sed illa cum filio et ancilla pulcro-peplo-induta
in-turri stabat flensque ejulansque.
Hector vero, ut non intus eximiam invenit uxorem,
375 stetit ad limen procedens, et inter ancillas dixit:

Eia, agite mihi, ancillæ, vera dicite:
quo ivit Andromache candidis-ulnis ex ædibus?
an aliquo ad glorum, an *ad* fratriarum pulcris-peplis-indutarum *ædes,*
an ad Minervæ *templum* exiit, ubi quidem aliæ
380 Trojanæ pulcricomam tremendam deam placant?

Hunc autem vicissim sedula œconoma verbis allocuta-est:
Hector, quandoquidem valde *me* jubes vera loqui:
nec aliquo ad glorum, nec *ad* fratriarum pulcris-peplis-indutarum *ædes,*
nec ad Minervæ *templum* exiit, ubi quidem aliæ
385 Trojanæ pulcricomam tremendam deam placant;
sed ad turrim ivit magnam Ilii, quoniam audivit
premi Trojani, potentemque impetum esse Achivorum.
Ipsa jam ad murum festinans pervenit,

furenti similis; fert autem unà puerum nutrix.

390 Dixit mulier œconoma; concitusque-exiit domo Hector
eadem via retro bene-structos per vicos.
Quum ad-portas venisset, pertransiens magnam urbem,
Scæas (hac enim erat-ei egrediendum in-campum),
tunc uxor, quæ-magnam-attulerat-dotem, obvia venit currens,
395 Andromache, filia magnanimi Eetionis:
Eetion, qui habitabat sub Placo silvosa,
Thebe *in* Hypoplacia, Cilicibus viris imperans;
hujus vero filia nupserat Hectori ære-armato.
Quæ ipsi jam occurrit, unàque famula ibat cum-ipsa,
400 filium in sinu gestans tenellum, sic infantem,
Hectoriden amatum, similem stellæ pulcræ;
quem quidem Hector vocabat Scamandrium, at ceteri
Astyanactem: solus enim tutabatur Ilium Hector.
Et ille quidem subrisit, intuens filium tacite;
405 Andromache vero ipsi prope astabat lacrimas-fundens,
inque ejus hæsit manu, verbaque fecit et elocuta-est:

Mirifice, perdet te tua virtus; nec misereris
filiique infantis, et mei calamitosæ, quæ mox vidua
tui ero: mox enim te interficient Achivi,
410 omnes *simul* irruentes: mihi autem satius esset,
a-te destitutæ, terram subire: non enim amplius aliud
erit solatium, postquam tu mortem obieris,
sed mœrores. Nec mihi est pater et veneranda mater.
Etenim patrem meum interfecit divinus Achilles,
415 et urbem devastavit Cilicum bene-habitatam,
Theben portis-altis; interemitque Eetionem;
nec eum spoliavit; religioni enim duxit hoc animo:
sed eum combussit cum armis affabre-factis,
et tumulum super-*eum*-aggessit; circùm autem ulmos plantarunt
420 nymphæ Oreades, filiæ Jovis ægidem-tenentis.
Qui porro mihi septem fratres erant in ædibus,
hi quidem omnes uno migrarunt die in Orcum:
omnes enim interfecit pedibus-celer divinus Achilles,
boves inter pedes-trahentes et candidas oves.
425 Matrem autem, quæ regnabat sub Placo silvosa,
hanc postquam huc duxerat una cum ceteris opibus,
retro ille eam dimisit-liberatam, accepto infinito pretio:
patris autem in ædibus *eam* percussit Diana sagittis-gaudens.
Hector, at tu mihi es pater et veneranda mater,
430 et frater, tu vero mihi florens *juventa* maritus.
Sed age nunc miserere, et hic mane in turri,
ne puerum pupillum facias, viduamque uxorem:

exercitum autem siste apud caprificum, ubi potissimum
ascensu-facilis est urbs, et impeti-potest murus.
435 Ter enim hac venientes periculum-fecerunt fortissimi,
cum-copiis Ajaces duo, et percelebris Idomeneus,
et Atridæ, et Tydei fortis filius;
sive quis ipsis dixit vaticiniorum bene sciens,
sive etiam ipsorum animus *eos* impulit et jussit.

440 Hanc autem vicissim allocutus-est magnus galeam-motans Hector:
certe et mihi hæc omnia curæ-sunt, uxor: sed perquam graviter
verecundor Trojanos et Trojanas longa-pepla-trahentes,
si, ignavi instar, eminus *stans* devitem prælium:
nec me animus *ita* jubet, quoniam didici esse fortis
445 semper, et primos inter Trojanos pugnare,
tuens patrisque magnam gloriam, et meam ipsius.
Bene enim ego hoc scio in mente et in animo:
erit dies, quando olim peribit Ilium sacrum
et Priamus, et populus hastæ-fraxineæ-periti Priami.
450 Sed non mihi Trojanorum tantum curæ-est dolor in-posterum,
neque ipsius Hecubæ, nec Priami regis,
nec fratrum, qui multique et fortes
in pulvere ceciderint sub viris infestis,
quantum tui, quando aliquis Achivorum ære-loricatorum
455 lacrimabundam abduxerit, liberam diem eripiens,
atque in Argo vivens ab aliena *imperatam* telam texas,
atque aquam feras *ex fonte* Messeide, aut Hyperea,
valde invita: dura autem incumbet necessitas;
et aliquando quis dixerit, conspicatus lacrimas fundentem:
460 Hectoris hæc *est* uxor, qui præstantissimus-erat pugnando
Trojanorum equûm-domitorum, quando circa-Ilium pugnabant.
Sic aliquando quis dicet; tibi autem novus erit dolor
ex-desiderio talis mariti ad-depellendam servilem diem.
Sed me mortuum aggesta terra obtegat,
465 antequam tuumque clamorem tuamque abreptionem audierim!

Sic fatus, suum filium porrectis-manibus-petiit clarus Hector;
retro autem puer ad sinum bene-cinctæ nutricis
inclinatus-est clamans, patris cari aspectum exhorrescens,
timens æsque et cristam setis-equinis-horridam,
470 terribiliter a summa galea nutantem intuitus:
risit vero paterque carus, et veneranda mater.
Statim a capite galeam abstulit splendidus Hector,
et hanc quidem deposuit in terra collucentem:
atque ipse suum carum filium ut osculatus-fuerat, agitaratque manibus,
475 dixit precans Jovemque ceterosque deos:

Jupiter, ceterique dii, date et hunc fieri

filium meum, ut et ego *sum,* illustrem inter-Trojanos,
ita viribusque fortem, et Ilio potenter imperantem:
et olim quid *de eo* dicat: "Patre vero hic multo *est* fortior!"
480 ex pugna redeunte; referat autem spolia cruenta,
interfecto hoste viro, gaudeatque animo mater.

Sic fatus, uxoris dilectæ in manibus posuit
puerum suum; hæc vero ipsum fragranti excepit sinu,
lacrimabundum ridens: vir autem misertus-est intuitus,
485 manuque ipsam demulsit, verbaque dixit et elocuta-est:

Mira, ne mihi præter-modum tristeris animo!
non enim quis me præter fatum vir Orco demittet:
fatum vero, neminem arbitror, qui-effugerit, esse hominum,
neque ignavum, nec-vero fortem, quum primum natus-fuerit.
490 Sed in domum vadens tua ipsius opera cura,
telamque, columque; er ancillas jube
munus obire: bellum autem viris curæ-erit,
omnibus, mihi-vero præcipue, qui in-Ilio nati-sunt.

Sic igitur fatus, galeam sumsit splendidus Hector,
495 setis-equinis-comantem; uxor autem cara domum abiit
sæpe-respectans, uberem lacrimam defundens.
Statim autem deinde venit ad-ædes bene-habitatas
Hectoris virorum-occisoris, invenitque intus multas
ancillas; his vero fletum omnibus injecit.
500 Hæ quidem adhuc vivum flebant Hectorem sua in domo:
non enim amplius putabant reducem ex pugna
venturum, elapsum robur ac manus Achivorum.

Neque Paris moram-faciebat in altis ædibus:
sed is, postquam induit inclyta arma, varia ære,
505 properabat inde per urbem, pedibus velocibus fretus.
Ut vero quum aliquis stabulans equus, hordeo-pastus ad præsepe,
vinculo rupto currit per-campum *terram* pulsans,
consuetus lavari *de* pulcre-fluenti fluvio,
superbiens: alte vero caput fert, et jubæ circum
510 humeros motantur; ipse autem pulcritudine fretus, *quum sit,*
facile ipsum genua ferunt ad loca-consueta et pascua equorum:
sic filius Priami Paris a Pergami arce,
armis collucens, tanquam sol, incedebat
exsultans, veloces autem *eum* pedes ferebant; statimque post
515 Hectorem divinum invenit fratrem, quando jam erat
digressurus e loco, ubi cum-sua colloquebatur uxore.
Hunc prior allocutus-est Alexander divinæ-formæ:

Bone-frater, profecto valde jam te etiam properantem detineo,
remorans, nec veni tempore, ut jussisti.

520 Hunc autem respondens allocutus-est galeam-motans Hector:
mirifice, non ullus tibi vir qui æquus-justusque sit,
opus vituperarit bellicum, quandoquidem fortis es:
sed sponte remittisque *animum* et non vis *pugnare:* at meum cor
tristatur in animo, quando super te probra audio
525 a Trojanis, qui habent multum laborem tui gratia.
Sed eamus: hæc autem postea componemus, si quando Jupiter
dederit, cœlestibus diis sempiternis
craterem statuere liberum (*liberationis*) in ædibus,
Troja quando-expulerimus bene-ocreatos Achivos.

[TR1] "tun rcuit" → "tunc arcuit" (lacuna in text).
[TR2] "clamans;" → "clamans:"
[TR3] "filius" → "filius:"

Iliadis VII.—Hectoris et Ajacis pugna singularis. Cæsorum sepultura.

ARGUMENT: THE SINGLE COMBAT OF HECTOR AND AJAX.

The battle renewing with double ardour upon the return of Hector, Minerva is under apprehensions for the Greeks. Apollo, seeing her descend from Olympus, joins her near the Scaean gate. They agree to put off the general engagement for that day, and incite Hector to challenge the Greeks to a single combat. Nine of the princes accepting the challenge, the lot is cast and falls upon Ajax. These heroes, after several attacks, are parted by the night. The Trojans calling a council, Antenor purposes the delivery of Helen to the Greeks, to which Paris will not consent, but offers to restore them her riches. Priam sends a herald to make this offer, and to demand a truce for burning the dead, the last of which only is agreed to by Agamemnon. When the funerals are performed, the Greeks, pursuant to the advice of Nestor, erect a fortification to protect their fleet and camp, flanked with towers, and defended by a ditch and palisades. Neptune testifies his jealousy at this work, but is pacified by a promise from Jupiter. Both armies pass the night in feasting but Jupiter disheartens the Trojans with thunder, and other signs of his wrath.

The three and twentieth day ends with the duel of Hector and Ajax, the next day the truce is agreed; another is taken up in the funeral rites of the slain and one more in building the fortification before the ships. So that somewhat about three days is employed in this book. The scene lies wholly in the field.

TEXT:

1 Hæc fatus, portis properans-excessit splendidus Hector;

cumque-eo simul Alexander ivit frater: in animo vero
ambo ardebant bellare et pugnare.
Sicut autem deus nautis desiderantibus dat
5 ventum-secundum, quando defatigati-fuerint bene-politis abietibus
pontum agitantes, laboreque membra soluta-sunt:
sic utique hi Trojanis desiderantibus apparuerunt.

Tunc interfecerunt, hic quidem (*Paris*) filium Areithoi regis,
Arnæ habitantem Menesthium, quem claviger
10 genuit Areithous et Philomedusa magnis-oculis;
Hector autem Eioneum feriit hasta acuta
ad cervicem sub ora-galeæ ære-solida, solvitque membra.
Glaucus vero, Hippolochi filius, Lyciorum dux virorum,
Iphinoum feriit hasta in aspera pugna,
15 Dexiaden, equos insilientem veloces (*currum*),
in-humero: hic autem e curru humi cecidit, solutaque-sunt membra.

Hos vero ut vidit dea cæsiis-oculis Minerva
Argivos perimentes in aspera pugna,
descendit de Olympi verticibus concitata
20 Ilium ad sacram. Huic autem obvius properabat Apollo,
e Pergamo *eam* conspicatus, Trojanis vero cupiebat victoriam;
sibi-invicem autem hi occurrerunt apud fagum.
Hanc prior allocutus-est rex, Jovis filius, Apollo:

Cur tu rursus concitata, Jovis filia magni,
25 venisti ab Olympo, magnus autem te affectus impulit?
an ut jam Danais pugnæ ancipitem victoriam
des? quandom quidem minime Trojanorum pereuntium misereris.
Sed si mihi quid obtemperaveris, quod certe multo satius esset,
nunc quidem finiamus bellum et pugnam
30 hodie; posthac rursus pugnabunt, donec finem
Ilii invenerint: quandoquidem sic gratum erat animo
vobis deabus, evertere hanc urbem.

Hunc autem vicissim allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva
ita esto, Sagittans: eadem enim sentiens et ipsa
35 veni ab Olympo ad Trojanos et Achivos.
Verum age, quomodo cupisti prælium sedare virorum?

Hanc autem rursus allocutus-est rex, Jovis filius, Apollo:
Hectoris excitemus fortem animum equûm-domitoris,
si quem forte Danaorum provocabit, *quocum* solo solus
40 ex-adverso dimicet in gravi pugna:
hi autem si-probaverint, ære-ocreati Achivi,
solum *aliquem* incitent pugnare cum-Hectore divino.

Sic dixit; nec non-obsecuta-est dea cæsiis-oculis Minerva.
Horum autem Helenus, Priami carus filius, sensit animo

45 consilium, quod diis placuit consultantibus:
stetit vero juxta Hectorem procedens et ad eum verba dixit:
Hector, fili Priami, Jovi consilio par,
an mihi quid obsequeris? frater vero tibi sum:
ceteros quidem sedere-fac Trojanos et omnes Achivos,
50 ipse autem provoca Achivorum quicunque fortissimus,
ut-contra *te* dimicet in gravi pugna:
nondum enim tibi fatum mori et interitum attingere:
sic enim ego vocem audivi deorum immortalium.

Sic dixit; Hector vero gavisus-est valde, sermonem audiens:
55 et in medium procedens Trojanorum coercuit phalanges,
media hasta prehensa; illi autem resederunt omnes.
Sed Agamemno sedere-fecit bene-ocreatos Achivos:
atque Minerva etiam et argenteum-arcum-gerens Apollo
desederunt, avibus similes vulturibus,
60 fago super alta patris Jovis, ægidem-tenentis,
viris delectati. Horum vero ordines sedebant densi,
scutis et galeis et hastis horrentes.
Qualis autem Zephyri funditur super pontum horror
orientis primum, nigrescitque pontus sub illo;
65 tales quidem ordines sedebant Achivorumque Trojanorumque
in campo; Hector autem inter utrosque locutus-est:

Audite me, Trojani et bene-ocreati Achivi,
ut dicam, quæ me animus in pectoribus jubet.
Fœdera quidem Saturnius in-excelso-sedens non rata-fecit,
70 sed mala cogitans molitur utrisque;
donec vel vos Trojam bene-turritam ceperitis,
vel ipsi ad naves domiti-fueritis pontum-transeuntes.
Vobis quidem enim sunt viri-principes omnium-Achivorum;
quorum nunc, quemcunque animus mecum pugnare jubet,
75 huc prodeat ex omnibus, duellator ut-sit cum-Hectore divino.
Sic vero loquor, Jupiterque nobis testis adesto:
si forte me ille occiderit protensam-cuspidem-habente hasta,
arma *mihi* detracta ferat cavas ad naves,
corpus vero domum meam reddat, ut ignis me
80 Trojani et Trojanorum uxores participem-faciant mortuum.
Si autem ego illum interfecero, dederitque mihi gloriam Apollo,
arma *ei* detracta feram ad Ilium sacram,
et suspendam ad templum Apollinis longe-jaculantis:
at cadaver ad naves bonis-transtris-instructas reddam,
85 ut ei exsequias-faciant capite-comantes Achivi,
tumulumque ei aggerant ad latum Hellespontum;
et aliquando aliquis dicat etiam posterorum hominum,
in-navi multis-transtris-instructa navigans super nigrum pontum:

Viri quidem hic tumulus pridem defuncti,
90 quem olim fortissime-dimicantem occidit splendidus Hector.
Sic olim aliquis dicet: sed mea gloria nunquam peribit.

Sic dixit; illi autem omnes obmutuerunt silentio:
verecundabantur quidem renuere, timebant autem suscipere
Tandem vero Menelaus surrexit, et dixit,
95 jurgio probra-objectans, graviter autem ingemiscebat animo:

Væ mihi, jactatores, Achivæ, non-amplius Achivi!
certe jam opprobrium hæcce erunt gravissime,
si nullus Danaorum nunc Hectori obvius iverit.
Atqui vos quidem omnes aqua et terra fiatis,
100 sedentes hic singuli excordes, inglorii sic:
huic vero ego ipse armabor; verum superne
victoriæ termini positi-sunt in immortalibus diis.

Sic igitur fatus induebat arma pulcra.
Tunc tibi, Menelae, adfuisset vitæ finis
105 Hectoris in manibus, quoniam multo fortior erat:
nisi propere-exsurgentes *te* recepissent reges Achivorum;
ipseque Atrides, late-dominans Agamemno,
dextram prehendit manum, verbaque fecit et elocutus-est:

Insanis, Menelae Jovis-alumne: nec quicquam tibi opus-est
110 hac dementia; sed contine *te,* dolens licet;
neu velis præ contentione te fortiori cum-viro pugnare,
Hectore Priamide, quem extimescunt et alii:
et vero Achilles huic pugna in viros-clarante
horret occurrere, qui te multo *est* fortior.
115 Verum tu quidem nunc sede, te-conferens ad agmen sociorum;
huic autem duellatorem alium excitabunt Achivi.
Etiamsi intrepidusque est, etsi pugnæ est insatiabilis,
existimo eum libenter genu flexurum (*requieturum*), si effugerit
infesto e bello et gravi pugna.

120 Sic fatus flexit fratris præcordia heros,
decentia monens; ille autem paruit. Illius quidem postea
læti famuli ab humeris arma detraxerunt;
Nestor autem inter-Argivos surrexit et dixit:

Dii-boni! profecto ingens luctus Achivam terram invadit:
125 certe valde ploraverit senex equûm-agitator Peleus,
præstans Myrmidonum consiliator et concionator,
qui olim me interrogans valde lætabatur sua in domo,
omnium Argivorum inquirens genusque sobolemque.
Quos nunc si metu-trepidantes sub Hectore omnes audierit,
130 sæpe sane immortalibus caras (*suas*) manus attollet,
anima e membris ut-descendat domum Plutonis intro.

Utinam enim, Jupiterque pater et Minerva et Apollo,
essem-juvenis, sicut quando ad rapidum Celadontem pugnabant
congregati Pyliique et Arcades hastis-pugnantes,
135 Pheæ ad muros, Iardani circa fluenta.
Inter-illos autem Ereuthalion in-acie-primus stabat, par-deo vir,
arma gerens humeris Areïthoi regis:
divini Areïthoi, quem cognomento clavigerum
viri appellabant pulcreque-cinctæ mulieres,
140 quoniam non arcu pugnabat hastaque longa,
sed ferrea clava rumpebat phalanges.
Hunc Lycurgus interfecit dolo, neutiquam vi,
angusta in via, ubi quidem non clava ei exitium
arcebat ferrea; ante enim Lycurgus occupans
145 hasta medium transfodit; isque supinus solo allisus-est:
armisque interfectum-spoliavit, quæ ei dederat æreus Mars:
et ea quidem ipse postea gestabat in pugna Martis.
At postquam Lycurgus in ædibus senuerat,
dedit Ereuthalioni, dilecto famulo, gestanda:
150 illius hic arma ferens provocabat omnes fortissimos.
Hi autem valde tremebant et timebant, nec quisquam sustinebat:
verum me animus impulit audax, ut-pugnarem,
confidentia sua: natu autem minimus eram omnium;
et pugnabam cum-eo ego, deditque mihi gloriam Minerva.
155 Hunc vero procerissimum et fortissimum[TR1] interfeci virum:
multus enim jacebat extensus hinc atque illinc.
Utinam sic *nunc* pubescerem, visque mihi integrea esset:
ita cito haberet pugnam (*adversarium*) galeam-motans Hector.
Vestrum autem qui sunt[TR2] fortissimi omnium-Achivorum,
160 ne hi (*vos*) quidem alacriter parati-estis Hectori obviam ire.

Sic increpavit senex; ac statim novem omnes surrexerunt.
Surrexit multo primus quidem rex virorum Agamemno;
post hunc autem Tydides surrexit fortis Diomedes;
post hos autem Ajaces strenuam induti fortitudinem:
165 post hos vero Idomeneus, et armiger Idomenei
Meriones, par Marti homicidæ;
post hos autem Eurypylus, Evæmonis præclarus filius:
surrexit porro Thoas Andræmonides, et divinus Ulysses.
Omnes utique hi volebant pugnare cum-Hectore divino.
170 Inter-hos autem rursus dixit Gerenius eques Nestor:

Sortibus nunc sortimini prorsus, cuicunque sors obtigerit:
hic enim sane juvabit bene-ocreatos Achivos:
quin etiam ipse suum animum juvabit, si effugerit
infesto e bello et gravi pugna.

175 Sic dixit: illi autem sortem signaverunt *suam* quisque,

et injecerunt galeæ Agamemnonis Atridæ.
Populi vero supplicabant, diisque manus attollebant:
sic autem aliquis dicebat, intuens in cœlum latum:

Jupiter pater, *da* aut Ajacem sortiri, aut Tydei filium,
180 aut ipsum regem divitis-auro Mycenes.

Ita dicebant: concutiebatque *sortes* Gerenius eques Nestor;
exsiliit autem sors e-galea, quam volebant ipsi,
Ajacis; præco autem ferens per cœtum usquequaque,
ostendit, orsus-a-dextra, omnibus principibus Achivorum.
185 Hi autem non agnoscentes, renuerunt quisque.
Sed quum ad-illum pervenit, ferens per cœtum usquequaque,
qui ipsam inscriptam galeæ injecerat, splendidus Ajax,
hic porrexit manum; ille autem imposuit prope astans:
agnovit autem *Ajax* sortis signum conspicatus, gavisusque-est animo.
190 Hanc quidem ad pedem suum humi jecit, dixitque:

O amici, sane sors *est* mea; gaudeoque et ipse
ex-animo, quoniam puto *me* superaturum Hectorem divinum.
Verum agite, dum ego bellica arma induo,
interim vos supplicate Jovi Saturnio regi,
195 tacite vobiscum, ut ne Trojani audiant:
vel etiam palam, quandoquidem neminem timemus prorsus.
Non enim quisquam me vi volens nolentem summovebit,
nec-vero per-imperitiam *meam;* quippe nec me rudem adeo
spero in Salamine natum-esse educatumque.

200 Sic dixit; illi autem supplicabant Jovi Saturnio regi;
sic autem aliquis dixit, intuens in cœlum latum:

Jupiter pater, ab-Ida imperans, augustissime, maxime,
da victoriam Ajaci et præclaram gloriam ut-referat:
si vero et Hectorem diligis, et curam-geris ejus,
205 æqualem ambobus vim et gloriam præbe.

Sic dixerunt: Ajax autem armabatur splendido ære.
Sed postquam omnia circa corpus induerat arma,
concitus-ferebatur deinde, qualis ingens incedit Mars,
qui it in-bellum ad viros, quos Saturnius
210 animum-exedentis contentionis vi commisit pugnaturos:
talis utique Ajax progressus-est ingens, murus Achivorum,
subridens terribili vultu; infra autem pedibus
incedebat, late gradiens, quassans longæ-umbræ hastam.
Hunc autem et Argivi valde lætabantur aspicientes:
215 Trojanis autem tremor gravis subiit membra singulis,
Hectorique ipsi animus in præcordiis palpitabat:
sed nequaquam amplius poterat metu-refugere, nec regredi
retro virorum in turbam, quoniam provocarat ad-certamen.

Ajax autem prope accessit, ferens scutum instar turris,
220 æreum, septem-boum-pellibus-opertum, quod ei Tychius laborarat fabricans,
coriariorum longe optimus, in Hyla ædes habitans,
qui ei fecerat scutum varium, septem boum-pellibus-opertum,
taurorum præpinguium, sed octavum superduxerat æs.
Hoc ante pectus ferens Telamonius Ajax
225 stetit valde Hectorem prope, minitansque allocutus-est:

Hector, nunc sane manifesto scies cum-solo solus,
quales etiam Danais principes intersint,
etiam præter Achillem viros-perrumpentem, animo-leonis.
Sed ille quidem in navibus recurvis pontum-transeuntibus
230 jacet iram-fovens in-Agamemnonem, pastorem virorum:
nos autem sumus tales, qui tibi obviam-ire-possimus,
etiam multi: sed ordire pugnam et certamen.

Hunc autem vicissim allocutus-est magnus galeam-motans Hector:
Ajax, nobilissime, Telamonie, princeps virorum,
235 ne me, tanquam puerum imbecillem, tenta,
vel mulierem, quæ nescit bella opera.
Atqui ego bene scio pugnasque cædesque-virorum;
scio ad dextram, scio ad sinistram motare scutum
aridum, quæ mihi est strenua-virtus bellandi:
240 scio etiam irruere in pugnam equorum velocium,
scio in stataria *pugna* sævo delectari Marte.
Sed enim non te volo ferire, talis quum-sis,
clanculum observans, sed aperte, si assequi-potuero.

Dixit, et vibrans emisit longæ-umbræ[TR3] hastam,
245 et percussit Ajacis ingens scutum, septem-boum-pellibus-munitum,
summam ad æs, quod ocatvum erat in illo:
sex autem per plicaturas penetravit dissecans cuspis indomita;
in septima vero pelle hæsit. Secundus vicissim
Ajax nobilissimus emisit longam hastam,
250 et feriit Priamiden in clypeum undique æqualem.
Per clypeum quidem penetravit splendidum ingens hasta,
et per loricam affabre-factam infixa-est:
e-regione autem juxta ile discidit tunicam
hasta; ille vero inclinatus-est et evitavit fatum nigrum.
255 Hique educentes longas hastas cominus simul ambo
in-se-inciderunt, leonibus similes cruda-vorantibus,
vel suibus apris, quorum robur non imbecille.
Priamides quidem postea medium scutum feriit hasta;
neque rupit æs; reflexa-est autem ei cuspis.
260 Ajax vero clypeum pupugit insiliens; ac penitus
transivit hasta, percussitque illum irruentem,

cæsimque cervicem pervasit; ater autem subsiliit sanguis.
Verum ne sic quidem cessavit a-pugna galeam-motans Hector.
sed retrocedens lapidem prehendit manu robusta,
265 jacentem in campo, nigrum, asperumque magnumque;
eo percussit Ajacis ingens scutum septem-boum-pellibus munitum,
medium ad-umbonem, circumsonuitque æs.
Secundus autem Ajax, multo majorem lapidem tollens,
misit contortum, connisusque-est vi immensa;
270 et intus clypeum perfregit, percussum molari-veluti saxo,
læsitque ei cara genua; is autem supinus extensus-est,
scuto illisus; eum vero statim erexit Apollo.
Et jam ensibus cominus vulnerassent-se *invicem,*
nisi præcones, Jovis nuntii atque etiam hominum,
275 advenissent, alter Trojanorum, alter Achivorum, ære-loricatorum,
Talthybiusque et Idæus, prudentes ambo.
Medii autem inter-utrosque sceptra tenuerunt, dixitque sermonem
præco Idæus, prudentium consiliorum sciens:

Ne-amplius, filii dilecti, bellate, neu pugnate;
280 ambos enim vos diligit nubes-cogens Jupiter;
ambo autem *estis* bellatores: quod quidem et scimus omnes.
Nox vero jam adest: bonum etiam nocti parere.

Hunc autem respondens allocutus-est Telamonius Ajax:
Idæe, Hectorem hæc jubete loqui:
285 ipse enim ad-pugnam provocavit quosque fortissimos:
incipiat; atque ego valde parebo, ut quidem ipse *paruerit.*

Hunc autem vicissim allocutus-est magnus galeam-motans Hector:
Ajax, quandoquidem tibi dedit deus magnitudinemque vimque
et prudentiam, valde autem hasta Achivorum præstantissimus es:
290 nunc quidem cessemus a-pugna et certamine
hodie; posthac rursum pugnabimus, donec deus
nos dirimat, detque alterutri victoriam.
Nox vero jam est: bonum etiam nocti parere:
ut tuque lætos-facias omnes ad naves Achivos,
295 tuosque maxime amicos et socios, qui tibi sunt:
atque ego per urbem magnam Priami regis
Trojanos lætos-faciam et Trojanas longa-pepla-trahentes,
quæ pro-me supplicantes divinam intrabunt concionem.
Dona autem, age, mutuo inclyta demus ambo,
300 ut aliquis sic dicat Achivorumque Trojanorumque:
Et pugnarunt de contentione animos-exedenti,[TR4]
et iterum in amicitia discessere conciliati.

Sic igitur locutus dedit ensem argenteis-clavis-distinctum,
cum vaginaque, *ei* ferens, et scite-facto balteo;
305 Ajax vero cingulum dedit puniceo-colore splendidum.

Hi autem digressi, alter quidem ad populum Achivorum
ibat, alter vero ad Trojanorum turbam vadebat. Hi autem gavisi-sunt,
ut viderunt vivumque et incolumem advenientem,
Ajaxis quum-effugisset fortitudinem et manus invictas,
310 et duxerunt ad urbem, desperantes salvum esse.
Ajacem vero ex-altera-parte bene-ocreati Achivi
ad Agamemnonem divinum duxerunt, lætum victoria.

Hi autem quum jam in tentoriis Atridæ essent,
horum-causa bovem sacrificavit rex virorum Agamemno,
315 marem, quinquennem, præpotenti Saturnio.
Hunc excoriarunt et præpararunt, et eum dissecuerunt totum,
et in-frusta-parva-conciderunt scite, transfixeruntque verubus,[TR5]
et assarunt prudenter, extraxeruntque *igni* omnia.
Atque ubi cessarant ab-opere, apparantque convivium,
320 epulati-sunt, nec quicquam animus indiguit epuli æqui:
tergo autem Ajacem perpetuo honoravit
heros Atrides, late-dominans Agamemno.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
his senex omnium-primus texere cœpit consilium,
325 Nestor, cujus et antea optimum apparuerat consilium;
qui ipsis bene-cupiens concionatus-est et dixit:

Atridaque et ceteri principes omnium-Achivorum,
multi quidem mortui-sunt capite-comantes Achivi,
quorum nunc sanguinem atrum pulcre-fluentem circa Scamandrum
330 diffudit acer Mars, animæque ad-Orcum descenderunt.
Itaque te oportet pugnam quidem cum-aurora intermittere Achivorum,
nos vero congregati in-curribus-advehemus huc cadavera
bobus et mulis, ac comburemus ea
paullum a navibus, ut ossa filiis quisque
335 domum ferat, quando revertamur in-patriam terram;
tumulum autem circa pyram unum struamus, educta *terra,*
communem, e-campo; juxtaque te ipsum ædificemus statim
turres altas propugnaculum naviumque et *nostrum* ipsorum;
in ipsis autem portas faciamus bene coagmentatas,
340 ut per ipsas equestris via sit:
exterius vero profundam fodiamus prope fossam,
quæ equos et populum prohibeat circumducta,
ne-quando ingravescat bellum Trojanorum superborum.

Ita dixit; illi autem omnes approbarunt, reges.
345 Trojanorum item concio facta est Ilii in arce summa,
trepida, turbulenta, ad Priami fores.
His autem Antenor prudens incepit concionari:

Audite me, Trojani et Dardani, et socii,
ut dicam quæ me animus in pectoribus jubet.

350 Eia agite, Argivam Helenam et opes cum ipsa
reddamus Atridis abducendas: nunc autem fœdera fida
violantes pugnamus, quare nihil utile nobis.
[autumo effectum-iri, ubi non fecerimus ita.]

Ille quidem sic locutus consedit. Iis autem surrexit
355 divinus Alexander, Helenæ maritus pulcræ comis;
qui ad-ipsum, respondens, verba alata locutus-est:

Antenor, tu quidem non-jam mihi grata hæc dicis;
nosti et aliam sententiam meliorem hac excogitare:
sin autem revera hanc serio dicis,
360 utique jam tibi inde dii mentem ademerunt ipsi.
Atque ego Trojanos inter equûm-domitores dicam sententiam;
aperte autem profiteor, conjugem quidem non reddam;
opes vero quascunque abduxi ex Argo nostram domum,
omnes volo dare, atque etiam de-meo alias adjungere.

365 Ille quidem sic locutus consedit. Inter-eos autem surrexit
Dardanides Priamus, diis consiliarius par;
qui ipsis bene-cupiens concionatus-est et dixit:

Audite me, Trojani et Dardani, et socii,
ut dicam quæ me animus in pectoribus jubet.
370 Nunc quidem cœnam sumite per urbem, sicut antea,
et excubiarum mementote, et vigilate quisque:
mane autem Idæus eat cavas ad naves,
nuntiatum Atridis, Agamemnoni et Menelao,
sententiam Alexandri, cujus causa contentio exorta-est:
375 et vero hunc dicat prudentem sermonem, si forte velint
cessare a-bello horrisono, donec cadavera
combusserimus; postea iterum pugnabimus, donec deus
nos dirimat, detque alterutris victoriam.

Sic dixit: illi autem ei maxime auscultarunt, et paruerunt:
380 [cœnam inde sumserunt per exercitum in ordinibus;]
mane autem Idæus ivit cavas ad naves.
Illos vero invenit in concione, Danaos, ministros Martis,
navis ad puppim Agamemnonis; atque hic inter-eos,
stans in mediis, locutus-est, vocalis præco:

385 Atridaque et ceteri principes omnium-Achivorum,
jussit Priamusque et ceteri Trojani illustres,
dicere, si quidem vobis gratum et jucundum erit,
sententiam Alexandri, cujus causa contentio exorta-est;
opes quidem quascunque Alexander cavis in navibus
390 adduxit Trojam (utinam ante periisset!),
omnes vult dare, et etiam de-suo alias adjungere:
ingenuam autem uxorem Menelai gloriosi

negat *se* redditurum: profecto tamen Trojani hortantur:
et vero hunc jusserunt dicere sermonem, si forte velitis
395 cessare a-bello horrisono, donec mortuos
cremaverimus; postea iterum pugnabimus, donec deus
nos dirimat, detque alterutris victoriam.

Sic dixit: illi autem omnes obmutuerunt silentio.
Tandem vero inter-*eos*-locutus-est pugna strenuus Diomedes:

400 Ne quis nunc opes Alexandri accipiat,
neque Helenam: manifestum autem etiam *ei,* qui plane infans est,
quod jam Trojanis interitus termini imminent.

Sic dixit; illi autem omnes acclamabant, filii Achivorum,
sermonem admirati Diomedis equûm-domitoris.
405 Atque tum porro Idæum allocutus-est rex Agamemno:

Idæe, utique sententiam Achivorum ipse audis,
quemadmodum tibi respondeant: mihi autem itidem-placet sic;
sed de mortuis concremandis neutiquam recuso:
non enim ulla restrictio de-cadaveribus mortuis
410 fit, postquam occubuerint, *quin* igni *dato* placentur ocyus:
de-fœderibus vero Jupiter sciat, altitonans maritus Junonis.

Sic locutus, sceptrum sustulit omnibus diis;
retro vero Idæus ivit ad Ilium sacrum.
Sedebant autem in concione Trojani et Dardani,
415 omnes congregati, exspectantes, quando rediret
Idæus. Ille autem venit et nuntium exposuit,
stans in mediis. Hi vero accingebantur perquam celeriter,
ad-utrumque, et ad-cadavera advehenda, alii vero ad ligna.
Argivi autem ex-altera-parte bonis-transtris-instructis a navibus
420 properabant, et ad-cadavera advehenda, alii vero ad ligna.

Sol quidem dein recens percutiebat *radiis* arva,
ex tranquille-fluente profundo Oceano
cœlum ascendens; illi vero occurrebant sibi-invicem.
Tunc dignoscere difficile erat virum quemque *in mortuis:*
425 sed aqua abluentes tabum sanguinolentum,
lacrimas calidas fundentes, curribus imposuerunt.
Non-tamen sinebat flere Priamus magnus; illi autem silentio
cadavera rogo cumulatim-imponebant, mœrentes corde:
in igne vero quum-cremassent, redierunt ad Ilium sacrum.
430 Hoc eodem-modo ex-altera-parte bene-ocreati Achivi
cadavera rogo cumulatim-imponebant, mœrentes corde;
in igne vero quum-cremassent, redierunt cavas ad naves.

Quum nondum *esset* aurora, sed adhuc sublustris nox,
tum circa pyram lecta surrexit manus Achivorum,
435 tumulumque circa eam unum fecerunt, egesta *terra,*

omnibus-communem, e campo, juxtaque ipsum murum exstruxerunt,
turresque altas, propugnaculum naviumque et ipsorum:
in iis autem portas fecerunt bene coagmentatas,
ut per illas equestris via esset;
440 exterius autem profundam prope illum fossam foderunt,
latam, magnam; inque *ea* vallos defixerunt.
Sic quidem laborabant capite-comantes Achivi.

Ceterum dii, apud Jovem sedentes fulguratorem,
admirabundi-spectabant magnum opus Achivorum ære-loricatorum:
445 iis vero loqui orsus-est Neptunus, concussor-terræ:

Jupiter pater, num quis est mortalium in immensa terra,
qui adhuc immortalium mentem et consilium celebrabit?
non vides quod rursum capite-comantes Achivi
murum struxerint pro navibus, circùmque fossam
450 duxerint, nec diis dederint inclytas hecatombas?
hujus certe gloria erit, in-quantum *terræ* diffunditur dies;
illius vero obliviscentur, *exstructi* quando ego et Phœbus Apollo
heroi Laomedonti ædificavimus-urbem laborantes.

Hunc autem graviter indignatus allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
455 dii-boni, terræ-concussor late-potens, quale *hoc* dixisti?
alius aliquis deorum hanc reformidasset cogitationem,
qui te multo imbecillior *esset* manibusque animoque;
tua autem certe gloria *tibi* erit, in-quantum diffunditur dies.
Age vero, quum retro capite-comantes Achivi
460 abierint cum navibus dilectam in patriam terram,
murum deturbatum hunc quidem in mare totum demergito;
postea autem litus magnum arenis obtegito,
ut adeo ingens murus evanescat Achivorum.

Sic illi quidem talia inter se colloquebantur.
465 Occidit vero sol, absolutumque-erat opus Achivorum:
bovesque-mactabant per tentoria, et cœnam sumebant.
Naves autem e Lemno appulerant, vinum vehentes,
multæ, quas miserat Iasonides Eunëus,
quem peperit Hypsipyle sub Jasone, pastore virorum.
470 Seorsum autem Atridis, Agamemnoni et Menelao,
dederat Iasonides ferendum vinum, mille mensuras.
Inde igitur vinum-emebant capite-comantes Achivi,
alii qudem ære, alii autem splendido ferro,
alii autem pellibus, alii vero ipsis bobus,
475 alii denique mancipiis: apponebant autem convivium lætum.
Per-totam-noctem deinde capite-comantes Achivi
epulabantur, Troes vero *et ipsi* per urbem, et socii.
Pernox vero ipsis mala meditabatur providus Jupiter,
terribiliter tonans: illosque pallidus timor cepit:

480 vinum autem ex poculis in-terram fundebant, nec quisquam ausus-est
ante bibere, quam libasset præpotenti Saturnio.
Decubuerunt deinde, et somni donum ceperunt.

[TR1] "fortissimun" → "fortissimum"
[TR2] "quisunt" → "qui sunt"
[TR3] "longuæ umbræ" → "longæ umbræ"
[TR4] "animos-exedenti." → "animos-exedenti,"
[TR5] "transfixeruntqueverubus" → "transfixeruntque verubus".

Iliadis VIII.—Truncata pugna.

ARGUMENT: THE SECOND BATTLE, AND THE DISTRESS OF THE GREEKS.

Jupiter assembles a council of the deities, and threatens them with the pains of Tartarus if they assist either side: Minerva only obtains of him that she may direct the Greeks by her counsels. The armies join battle: Jupiter on Mount Ida weighs in his balances the fates of both, and affrights the Greeks with his thunders and lightnings. Nestor alone continues in the field in great danger: Diomed relieves him; whose exploits, and those of Hector, are excellently described. Juno endeavours to animate Neptune to the assistance of the Greeks, but in vain. The acts of Teucer, who is at length wounded by Hector, and carried off. Juno and Minerva prepare to aid the Grecians, but are restrained by Iris, sent from Jupiter. The night puts an end to the battle. Hector continues in the field, (the Greeks being driven to their fortifications before the ships,) and gives orders to keep the watch all night in the camp, to prevent the enemy from re-embarking and escaping by flight. They kindle fires through all the fields, and pass the night under arms.

The time of seven and twenty days is employed from the opening of the poem to the end of this book. The scene here (except of the celestial machines) lies in the field towards the seashore.

TEXT:

1 Aurora croceo-peplo-induta spargebatur totam per terram;
Jupiter autem deorum concionem habuit gaudens-fulmine,
summo *in* vertice multa-cacumina-habentis Olympi.
Ipse vero illis concionabatur, diique omnes subauscultabant:

5 Audite me, omnesque dii, omnesque deæ,
ut dicam quæ me animus in pectoribus jubet.
Ne qua igitur femina dea hoc, neu quis mas
tentet rescindere meum verbum: sed simul omnes
assentimini, ut celerrime perficiam hæc opera.

10 Quemcunque vero ego seorsum deorum volentem intellexero
profectum, ut-vel Trojanis auxilium-ferat, vel Danais,
sauciatus indecore redibit in-Olympum:
aut ipsum correptum projiciam in Tartarum tenebrosum,
procul valde, ubi profundissimum sub terra est barathrum,
15 ubi ferreæque portæ et æreum limen,
tantum infra Orcum, quantum cœlum est a terra:
cognoscet deinde, quanto sim deorum potentissimus omnium.
Verum age, periculum-facite, dii, ut sciatis omnes:
catenam auream de cœlo suspendite-et
20 omnes prehendentes-ex-ea-pendete dii, omnesque deæ:
at non traxeritis de cœlo in-terram
Jovem, summum ducem, ne si quidem valde multum laboraveritis.
Verum quando jam et ego lubens voluero trahere,
cum-ipsa terra *vos* traxerim, ipsoque mari;
25 catenam quidem dein circa cacumen Olympi
alligarim: illa autem sublimia omnia fuerint (*pependerint*).
Tantum ego superque sum deos, superque sum homines.

Sic dixit: hi autem omnes obmutuerunt silentio,
orationem admirati; valde enim minaciter concionatus-erat.
30 Tandem vero locuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:

O pater noster, Saturnie, summe regnantum,
bene et nos scimus, quod tibi potentia nescia cedere:
attamen Danaos lugemus bellicosos,
qui jam malo fato expleto perierint.
35 Verum enim-vero bello quidem abstinebimus, si tu jubes:
consilium vero Argivis suggeremus, quod proderit:
ut ne omnes pereant, irato te.

Hanc autem subridens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
bono-es-animo, Tritonia, dilecta filia: neutiquam ira
40 benevolæ *tibi* loquor; volo autem tibi mitis esse.

Sic fatus, sub curru alligavit æripedes equos,
celeriter-volantes, aureis jubis comantes:
aurum-autem ipse induit circa corpus: prehenditque scuticam
auream, scite-factam, suumque conscendit currum.
45 Et scutica-*eos*-percussit, ut-currerent: illi vero non inviti volabant
in-medio inter-terramque et cœlum stellatum.
Ad-Idam autem venit multis-fontibus-irriguam, matrem ferarum,
ad-Gargarum, ubi ei *sunt* ager-sacer altareque odoratum:
ibi equos stitit pater hominumque deorumque,
50 solutos de curru, caliginemque multam superfudit.
Ipse autem in verticibus sedit, gloria exsultans,
inspiciens Troumque urbem et naves Achivorum.

Illi vero cibum sumserunt, capite-comantes Achivi,
raptim per tentoria, ex eoque armabantur,
55 Trojani autem ex-altera-parte per urbem armabantur,
pauciores; promti-erant tamen etiam sic pugna contendere,
opera necessaria, proque liberis et pro uxoribus.
Omnes vero aperiebantur portæ, forasque ruebant copiæ,
peditesque equitesque: ingensque tumultus coortus-est.

60 Hi autem quum jam in locum unum congredientes venissent,
commiserunt scuta, commiserunt hastas et robur virorum
æreis-loricis-indutorum: ac clypei umbonibus-muniti
appropinquabant invicem, ingensque tumultus est-ortus.
Tum vero simul ejulatusque et jactantia erat virorum,
65 perdentiumque et pereuntium; fluebatque sanguine terra.

Quamdiu quidem mane erat, eet crescebat sacer dies,
tamdiu valde utrosque tela attingebant, cadebatque populus:
quum vero sol medium cœlum ascendisset,
tunc jam aureas pater tollebat lances;
70 imposuitque duo fata longe-sternentis mortis,
Troumque equûm-domitorum et Achivorum ære-loricatorum:
sustinuitque medias prehensas: inclinata-est autem fatalis dies Achivorum.
[Achivorum quidem fata in terra alma
desidebant; Troum vero, ad cœlum latum sublata-sunt.]
75 Ipse autem ex Ida magnum tonabat, ardensque
misit fulgur in exercitum Achivorum: illi autem conspicati
obstupuerunt, et omnes pallidus timor cepit.
Tum nec Idomeneus ausus-est manere, nec Agamemno,
nec duo Ajaces manserunt, ministri Martis:
80 Nestor autem solus mansit Gerenius, custos Achivorum,
minime volens, sed equus debilitatus-erat; quem percusserat sagitta
divinus Alexander, Helenæ vir pulcræ-comis,
summo in vertice, ubi quidem primi crines equorum
cranio innati-sunt: maxime vero letalis locus est.
85 Dolore-correptus autem se-erexit, sagitta vero in cerebrum pentrarat:
conturbabatque equos, volutans-se circa ferrum.
Dum senex equi funalis-lora abscindebat
gladio insurgens, interim Hectoris veloces equi
venerunt per turbam, audacem aurigam ferentes,
90 Hectorem: atque tunc ibi senex animam perdidisset,
nisi[TR1] ilico animadvertisset pugna strenuus Diomedes:
horrendum autem clamavit, adhortans Ulyssem:

Nobilissime Laertiade, sollertissime Ulysse,
quo fugis, tergo obverso, ignavi instar in turba?
95 *cave* ne-quis tibi fugienti tergo hastam infigat:

verum mane, ut a-sene propellamus ferocem virum.

Sic dixit: non tamen auscultavit multum-sustinens divinus Ulysses,
sed raptim-præteriit cavas ad naves Achivorum.
Tydides autem, solus licet esset, primis-pugnatoribus mixtus-est:
100 stetique ante equos Nelidæ senis,
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

O senex, profecto valde jam te juvenes premunt bellatores;
tua autem vis soluta-est, gravisque te senecta persequitur:
debilisque tibi *est* famulus, segnesque tibi equi.
105 Verum age, meos currus conscende, ut videas,
quales Trojani equi, periti per-campum
rapide valde huc et illuc insequi et fugere,
quos nuper ab Ænea cepi, artifices fugandi *hostes.*
Istos quidem *tuos* famuli curent: hos vero nos
110 Trojanos in equûm-domitores dirigamus, ut et Hector
sciat, an et mea hasta insanit in manibus.

Sic dixit: nec non-obsecutus-est Gerenius eques Nestor.
Nestoreas quidem inde equas famuli curabant
fortes, Stheneleusque et Eurymedon fortitudinis-amans.
115 Hi autem ambo Diomedis currum conscenderunt:
Nestor vero in manus sumsit habenas splendidas,
percussitque-scutica equos; celeriterque Hectorem prope fuerunt.
Hunc autem recta irruentem telo-petiit Tydei filius:
et ab-equo quidem aberravit; sed aurigam famulum,
120 filium magnanimi Thebæi, Eniopeum,
equorum habenas tenentem, percussit in-pectus juxta mammam:
decidid autem e curru, retrocesseruntque ejus equi
veloces: ipsius autem ibi soluta-est animaque roburque.
Hectori vero gravis dolor operuit animum propter-aurigam:
125 hunc quidem dein sivit, dolens licet de-sodale,
jacere: ipse autem aurigam quærebat audacem; nec amplius diu
equi indigebant rectore: statim enim invenit
Iphitiden Archeptolemum audacem, quem tunc equos
veloces conscendere-jussit, deditque ei habenas in manus.

130 Tunc interitus accidisset, et exitialia facinora edita-essent
et jam inclusi-fuissent *Trojani* in Ilio, velut agni,
nisi cito animadvertisset pater hominumque deorumque.
Tonans autem graviter, emisit candens fulmen,
et ante equos Diomedis dejecit in-terram:
135 terribilisque flamma exorta-est sulphuris ardentis;
atque equi territi consternabantur sub curru;
Nestori autem e manibus fugerunt habenæ splendidæ;
timuitque ille in animo, Diomedemque allocutus-est:

Tydide, age vero rursus, in-fugam dirige solidis-ungulis equos.
140 An non sentis, quod te a Jove non sequitur victoria?
nunc quidem enim huic Saturnius Jupiter gloriam præbet,
hodie; postea rursus etiam nobis, si voluerit,
dabit: homo autem nequaquam Jovis mentem impedierit,
ne valde quidem fortis; quoniam *ille* longe potentior est.

145 Huic autem respondit deinde pugna strenuus Diomedes:
profecto hæc omnia, senex, e re dixisti;
sed hic gravis dolor *mihi* cor et animum incessit:
Hector enim aliquando dicet, inter Trojanos concionans,
Tydides a me fugatus venit ad-naves.
150 Sic aliquando gloriabitur; tunc mihi dehiscat lata terra!

Huic autem respondit deinde Gerenius eques Nestor:
hei mihi, Tydei fili bellicosi, quale *hoc* dixisti!
Etsi enim te Hector ignavum et imbellem dixerit,
attamen non credent Trojani et Dardanidæ,
155 et Trojanorum uxores magnanimorum, clypeatorum,
quarum in pulvere dejecisti florentes-juventa maritos.

Sic igitur locutus in-fugam vertit solidis-ungulis equos,
retro per turbam; in *eos* autem Trojanique et Hector
cum clamore ingenti tela tristia fundebant.
160 Tum vero altum inclamavit magnus galeam-motans Hector.

Tydide, valde quidem te honorabant Danai celeribus-equis
sedeque, carnibusque, et plenis poculis:
nunc vero te ignominia-afficient; mulieris utique similis es.
Abi-in-malam-rem, timida pupa; quia non, cedente me,
165 turres nostras conscendes, nec mulieres
abduces in navibus: prius tibi dæmonem (*fatum*) dabo.

Sic dixit; Tydides autem in-utramque-partem cogitavit,
equosque convertere et contra pugnare, *an non.*
Ter quidem cogitavit in mente et in animo:
170 ter vero ab Idæis montibus intonuit providus Jupiter,
signum dans Trojanis, pugnæ alternantem victoriam *indicans.*
Hector autem Trojanos hortabatur, alte vociferans:

Trojani et Lycii et Dardani cominus-pugnantes,
viri estote, amici, mementote autem strenuæ fortitudinis.
175 Sentio vero, quod mihi lubens annuit Saturnius
victoriam et magnam gloriam, at Danais exitium:
stulti, qui quidem hos muros (*valli*) struxerunt,
infirmos, contemnendos, qui non robur meum arcebunt;
equi vero facile fossam transilient, quam-*illi*-foderunt.
180 Verum quando jam naves ad cavas pervenero,
memoria aliqua tum ignis ardentis esto,

ut igne naves incendero, interfecero autem et ipsos.
[Argivos apud naves, attonitos a fumo.]

Sic fatus, equos adhortatus est, dixitque:
185 Xantheque et tu, Podarge, et Æthon, Lampeque divine,
nunc mihi alimentorum-præmia rependite, quæ permulta
Andromache, filia magnanimi Eetionis,
vobis prioribus, suave triticum, apposuit,
[vinumque immiscens bibendum, quando animus jubebat,]
190 quam mihi, qui ei florentem *me* maritum profiteor esse.
Verum insequimini et festinate, si forte capiamus
clypeum Nestoreum, cujus nunc fama ad-cœlum pervenit,
totum aureum esse, ansasque et ipsum:
atque ab humeris Diomedis equûm-domitoris,
195 affabre-factum thoracem, quem Vulcanus laboravit fabricans.
Si hæc-duo ceperimus, speraverim Achivos
hac-ipsa-nocte naves conscensuros veloces.

Sic dixit glorians. Indignata-est autem veneranda Juno,
commovitque-se in solio, tremefecit latum Olympum:
200 et jam Neptunum, magnum deum, coram allocuta-est:

Dii boni, Terræ-quassator late-potens, nonne tibi quidem
pereuntium Danaorum miserescit in præcordiis animus?
qui tamen tibi ad Helicenque et Ægas dona ferunt
multaque et elegantia: tu vero ipsis cupias victoriam.
205 Siquidem enim velimus, quotquot Danais fautores *sumus,*
Trojanos repellere, et coercere late-sonantem Jovem,
illic sane tunc tristaretur sedens solus in Ida.

Hanc autem valde dolens allocutus-est rex Quassator-terræ:
Juno intrepida-dictis, qualem hunc sermonem dixisti!
210 Non equidem velim cum Jove Saturnio pugnare
nos alios, quoniam longe potentior est.

Sic hi quidem talia ad se-invicem loquebantur.
His autem (*Græcis*), quantum *spatii* inde-a navibus muri fossa seclusit,
repletum-est pariter equisque et viris scutatis,
215 coactis-in-angustum; cogebat vero eos veloci par Marti
Hector Priamides, quando ei Jupiter gloriam dedit.
Et jam concremasset igne ardenti naves æquales,
nisi in mente posuisset Agamemnoni veneranda Juno
ipsi studiose-properanti ocyus incitare Achivos.
220 Profectus-est autem ire ad tentoriaque et naves Achivorum,
purpureum magnum pallium tenens in manu robusta:
stetit vero in Ulyssis ingenti nave nigra,
quæ in medio erat, ut-exaudiretur-clamans in-utramque-partem,
[et ad Ajacis tentorium Telamonidæ,

225

et ad Achillis, qui quidem ad-extrema naves æquales
subduxerant, virtute freti et robore manuum;]
clamavit autem penetrabili-voce, Danaos vociferans:

Proh pudor, Argivi, turpia probra, facie *tantum* admirabiles:
quo abierunt gloriationes, quum profitebamur-nos esse fortissimos,
230 quas, quando in Lemno *eratis,* vana-jactantes proferebatis,
comedentes carnes multas boum prorsum-cornutorum,
bibentesque crateres coronatos vino,
Trojanorum pro centenisque ducenisque quemque
staturum in pugna? nunc autem ne uni-quidem pares sumus.
235 [Hectori, qui mox naves incendet igne ardenti.]
Jupiter pater, an ullum jam præpotentium regum
tali clade afflixisti, et eum magna gloria privasti?
non vero *me* unquam dico tuum perpulcrum altare
nave multis-transtris-instructa præteriisse, huc malo-fato-veniens;
240 sed in omnibus boum adipem et femora combussi,
cupiens Trojam bene-mœnitam exscindere.
At, Jupiter, hoc saltem mihi perfice votum;
nos ipsos saltem permitte effugere et evadere,
neu sic a-Trojanis sine interimi Achivos.

245 Sic dixit: hujus autem *deorum* pater misertus-est lacrimantis:
annuitque ei exercitum salvum fore, nec periturum.
Statim vero aquilam misit, certissimi-augurii inter volucres,
hinnulum tenentem unguibus, sobolem cervæ velocis;
juxta autem Jovis altare perpulcrum dejecit hinnulum,
250 ubi Panomphæo (*omnis ominis auctori*) Jovi sacrificabant Achivi.
Hi autem ut viderunt, quod a Jove venisset avis,
vehementius in Trojanos irruebant, recordabanturque pugnæ.

Tum nemo prior e-Danais, multi licet essent,
gloriatus-est, Tydiden ante, *se* agitasse veloces equos,
255 extraque fossam egisse, et contra pugnasse:
sed longe primus *ille* Trojanorum interemit virum armatum,
Phradmoniden Agelaum: hic quidem in-fugam verterat equos;
ei autem converso, dorso hastam infixit,
humeros inter, perque pectora transegit:
260 decidit autem de curru, sonitumque-dedere arma super ipso.

Post hunc autem Atridæ, Agamemno et Menelaus;
postque hos, Ajaces, strenuam induti fortitudinem;
postque hos Idomeneus, et armiger Idomenei,
Meriones, par Marti homicidæ;
265 postque hos Eurypylus, Evæmonis præclarus filius;
Teucer autem nonus venit, resilientes arcus tendens:
stetitque sub Ajacis scuto Telamonidæ.
Tum Ajax quidem submovebat scutum; atque ille heros

circumspiciens, posteaquam aliquem jaculatus in turba
270 vulneraverat, is quidem ibi cadens animam amittebat,
sed hic (*Teucer*) retro cedens, puer tanquam sub matrem, condebat-se
ad Ajacem: is vero eum scuto tegebat splendido.

Tum quem primum Trojanorum interfecit Teucer eximius?
Orsilochum quidem primum, et Ormenum et Ophelesten,
275 Dætoremque, Chromiumque, et parem-deo Lycophontem,
et Polyæmoniden Hamapaonem, et Melanippum,
[Omnes alium-super-alium dejecit-in terram almam.]
Eum autem conspicatus lætatus-est rex virorum Agamemno,
arcu a forti Trojanorum perdentem phalanges:
280 stetit autem prope eum vadens, et ipsum allocutus-est:

Teucer, carum caput, Telamonie, princeps virorum,
jaculare sic, si qua forte lux (*salus*) Danais fias,
patrique tuo Telamoni, qui te educavit, parvulus quum-esses,
et te, spurius licet sis, fovit sua in domo:
285 hunc, etiamsi procul absit, in-gloriam evehe.
Tibi autem ego edico, sicut et perfectum erit:
si mihi dederit Jupiterque ægidem-tenens, et Minerva,
Ilii evertere bene-ædificatam urbem,
primo tibi post me præmium-honorarium in manu ponam,
290 vel tripodem, vel duos equos cum-ipsis curribus,
vel mulierem, quæ tecum eumdem lectum conscendat.

Hunc autem respondens allocutus-est Teucer eximius:
Atrida illustrissime, cur me properantem et ipsum
incitas? neque enim certe, quanta potestas in-*me*-est,
295 cesso; sed ex quo Ilium versus repulimus ipsos,
ex eo jam sagittis exceptos viros interficio.
Octo jam emisi longis-hamis-instructas sagittas,
omnes autem in corpore fixæ-sunt Marte-concitatorum juvenum:
hunc vero nequeo percutere canem rabidum.

300 Dixit, et aliam sagittam a nervo misit
Hectorem contra, percutere autem ipsum cupiebat animus.
Et ab-eo quidem aberravit; sed eximium Gorgythionem,
filium fortem Priami, ad pectus percussit sagitta:
quem quidem ex-Æsyma ducta peperit mater,
305 pulcra Castianira, corpore similis deabus.
Papaver autem sicuti in-alteram-partem caput inflexit, in horto,
fructu gravatum humoribusque vernis:
sic *ille* in-alteram-partem inclinavit caput casside gravatum.

Teucer vero aliam sagittam a nervo misit
310 Hectorem contra, percutere autem ipsum cupiebat animus.
At ista etiam tunc aberravit: avertit enim *eam* Apollo;

sed Archeptolemum, audacem Hectoris aurigam,
ruentem ad-pugnam, percussit in-pectore juxta mammam:
decidit autem de curru, retrocesseruntque ejus equi
315 veloces: ipsius vero ibi soluta-est animaque roburque.
Hectori autem gravis dolor contexit mentem ob-aurigam:
hunc tamen inde reliquit, dolens licet de-sodali:
Cebrionen vero jussit fratrem, prope stantem,
equorum habenas capere: hic autem non inobsequens-fuit audito.
320 Ipse vero de curru humi desiliit splendente,
horribiliter vociferans; et saxum prehendit manu:
ivitque recta in-Teucrum, ferireque ipsum animus jubebat.
Hic quidem pharetra exemerat amaram sagittam,
posueratque in nervo: eum vero galeam-motans Hector
325 retro-ducentem *nervum,* ad humerum, ubi jugulum dirimit
cervicemque pectusque, maxime autem letalis-locus est,
ea-parte contra se nitentem percussit lapide aspero:
rupit autem ei nervum, obtorpuitque manus ad carpum:
constititque in-genua lapsus, arcus vero ei excidit manu.
330 Ajax autem non neglexit fratrem collapsum,
sed accurrens protexit, et ei scutum prætendit.
Hunc quidem postea subeuntes duo cari socii,
Mecisteus, Echii filius, et divinus Alastor,
naves ad cavas portarunt graviter gementem.

335 Rursus autem Trojanis Olympius robur excitavit;
illique recta ad-fossam profundam repulerunt Achivos.
Hector autem inter primos ibat, ferocia turgens.
Ut vero quum aliquis canis aprum silvestrem, vel leonem,
prehendat a-tergo, pedibus velocibus persequens,
340 ad-coxasque clunesque, convertentemque se-observat:
sic Hector insequebatur capite-comantes Achivos,
semper occidens eum-qui postremus *erat:* hi vero fugiebant.
At postquam perque vallos et fossam transierant
fugientes, multique domiti-erant Trojanorum sub manibus,
345 hi quidem jam apud naves continebantur manentes,
invicemque hortantes, et omnibus diis
manus attollentes, alta-voce precabantur unusquisque.
Hector vero undique-circumagebat pulcris-jubis equos,
Gorgonis oculos habens et hominum-perniciei Martis.

350 Hos autem conspicata, miserta-est dea candidis-ulnis Juno,
statimque Minervam verbis alatis allocuta-est:

Dii boni, ægidem-tenentis Jovis filia, nondum nos
pereuntes Danaos curabimus, in-extremo saltem?
qui jam malum fatum explentes perierint
355 viri unius impetu: is vero furit non-amplius tolerabiliter,

Hector Priamides, et sane mala multa fecit.

Hanc autem vicissim allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
utique hic quidem ferociam animamque perdidisset,
manibus sub Argivorum confectus in patria terra;
360 sed pater meus animis furit non probis,
durus, semper iniquus, mearum virium impeditor:
nec quicquam horum recordatur, quod ei valde sæpe filium *Herculem*
fatigatum servavi ab Eurysthei laboribus.
Certe is quidem flebat ad cœlum: sed me Jupiter
365 ei auxiliaturam de cœlo demisit.
Si enim ego hæc scivissem in mente prudenti;
quum eum ad Orcum validas-portas-habentem demisit,
ex Erebo ducturum canem horrendi Plutonis:
non *ille* effugisset Stygis aquæ ardua fluenta.
370 Nunc autem me quidem odit, Thetidis vero perfecit consilia,
quæ ei genua osculata-est, et prehendit manu mentum,
supplicans ut-honoraret Achillem urbium-eversorem.
Erit tamen, quando iterum dilectam *filiam*-cæsiis-oculis dicat.
Sed tu quidem nunc nobis juga solidis-ungulis equos,
375 dum ego, ingressa Jovis domum ægidem-tenentis,
armis ad bellum instruar, ut videam,
an de-nobis Priami filius, galeam-motans Hector,
gavisurus-sit, quando-apparebimus per belli semitas.
Certe aliquis et Trojanorum saturabit canes et alites
380 pinguedine et carnibus, stratus ad naves Achivorum.

Sic dixit: nec non-obsecuta-est dea candidis-ulnis Juno.
Hæc quidem accedens auro-phaleratos instruebat equos,
Juno, veneranda dea, filia magni Saturni.
Sed Minerva, filia Jovis ægidem-tenentis,
385 peplum laxatum-defluere-sivit pulcrum patris super pavimento,
varium, quem ipsa fecerat et elaborarat manibus;
atque loricam induta Jovis nubes-cogentis,
armis ad bellum armabatur lacrimosum.
Inque currus fulgidos pedibus conscendit, sumsitque hastam
390 gravem, magnam, validam, qua domat ordines virorum
heroum, quibuscunque irascitur præpotenti-patre-nata.
Juno autem scutica velociter urgebat inde equos:
sponte-sua vero portæ crepuerunt cœli, quas tenebant Horæ,
quibus commissum-est magnum cœlum Olympusque,
395 et ut-aperiant densam nubem, et ut-obdant.
Hac igitur *via* per eas stimulo-parentes dirigebant equos.

Jupiter autem pater ab-Ida ut vidit, iratus-est graviter:
Irimque excitavit, aureas-alas-habentem, nuntiaturam:

Vade, i, Iri velox, retro verte *eas,* neu sine adversus *me*

400 venire: non enim pulcre conferemur in-prælium.
Sic enim edico, quod et perfectum erit:
claudos-reddam iis sub curribus veloces equos;
ipsas vero de curru dejiciam, et currus confringam:
neque in decem vertentes annos
405 vulnera persanabunt, quæ corripiendo-inflixerit *iis* fulmen:
ut sciat Minerva, quando cum-suo patre pugnaverit.
Junoni autem non tantopere succenseo, neque irascor;
semper enim mihi solita-est infringere quicquid cogitarim.

Sic dixit: festinavit autem Iris cursu-procellas-æquans, nuntiatura;
410 ivitque ex Idæis montibus ad magnum Olympum.
Primis autem in-portis multas-convalles-habentis Olympi
occurrens detinuit *eas,* Jovisque ipsis dixit sermonem:

Quo tenditis? cur vobis in præcordiis furit animus?
non sinit Saturnius auxilium-ferre Argivis.
415 Sic enim minatus-est Saturni filius, si quidem perficiet:
claudos-redditurum se vobis sub curribus veloces equos,
vos ipsas vero de curru dejecturum, et currus confracturum:
neque in decem vertentes annos
vulnera persanabitis, quæ corripiendo-inflixerit *vobis* fulmen:
420 ut scias, Minerva, quando cum-tuo patre pugnaveris.
Junoni autem non tantopere succenset, neque irascitur:
semper enim ei solita-est infringere quicquid cogitarit.
Sed tu teterrima, canis inverecunda, si revera
audebis, Jovem contra ingentem hastam attollere.

425 Hæc quidem sic locuta abiit, pedibus velox Iris;
ac Minervam Juno *his* verbis allocuta-est:

Dii boni, ægidem-tenentis Jovis filia, non-amplius ego
nobis permitto, Jovem contra, mortalium causa pugnare:
quorum alius quidem intereat, alius autem vivat,
430 cuicunque contigerit: ille vero quæ sua-sunt cogitans in animo,
Trojanisque et Danais adjudicet, ut æquum *est.*

Sic igitur fata retro vertit solidis-ungulis equos.
His vero Horæ solverunt pulcris-jubis equos:
et eos quidem alligarunt ad divina præsepia:
435 currus autem inclinarunt ad parietes splendidos.
Ipsæ autem (*Juno et Minerva*) aureis in sellis-recubitoriis consederunt,
mixtim cum-aliis diis, suo mœstæ corde.

Jupiter autem pater ab-Ida pulcris-rotis currum et equos
ad-Olympum egit, deorumque pervenit ad-sedes.
440 Huic autem et equos solvit inclytus quassator-terræ (*Neptunus*);
currus vero in suggestibus posuit, linteum super-*eos* pandens.
Ipse autem aureum in thronum late-sonans Jupiter

consedit: eique sub pedibus magnus concutiebatur Olympus.
At solæ a Jove seorsum Minervaque et Juno
445 sedebant, nec quicquam ipsum alloquebantur, nec interrogabant:
sed ille cognovit sua in mente, dixitque:

Cur ita mœstæ-estis, Minervaque et Juno?
non diu quidem laborastis pugna in gloriosa
ut-perderetis Trojanos, in-quos odium vehemens cepistis.
450 Omnino, quæ *sunt* meæ vires et manus invictæ,
non me verterint quotquot dii sunt in Olympo.
Vobis autem prius tremor cepit splendidos artus,
quam pugnamque videretis, pugnæque graviora facinora.
Sic enim edico, quod et perfectum fuisset;
455 non in vestris curribus, percussæ fulmine,
retro in Olympum venissetis, ubi immortalium sedes est.

Sic dixit: illæ vero compressis-labris-gemebant, Minervaque et Juno:
propinquæ quidem *sibi* sedebant, malaque Trojanis meditabantur.
Ac Minerva tacita erat, nec quicquam dixit,
460 irata Jovi patri, ira autem ipsam atrox tenebat:
Junoni vero non continuit pectus iram, sed *eum* allocuta-est:

Terribilis Saturnie, quale hoc verbum dixisti!
Bene et nos scimus, quod tibi potentia *est* non imbecilla:
attamen Danaos lugemus bellicosos,
465 qui jam malum fatum explentes perierint.
[At certe bello quidem abstinebimus, si tu jubes:
consilium vero Argivis suggeremus, quod proderit,
ut ne omnes pereant, irato te.]

Hanc autem respondens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
470 *crastino* mane etiam magis præpotentem Saturnium
videbis, si volueris, magnis-oculis veneranda Juno,
perdentem Argivorum multum exercitum bellicosorum.
Non enim prius a-bello cessabit fortis Hector,
quam excitatus-fuerit ad naves velox-pedibus Pelides.
475 [die illo, quando hi quidem ad puppes pugnaturi-sunt
angustia in gravissima, de Patroclo occiso.]
Sic enim fatale est: tui vero ego non habeo-rationem
iratæ, nec si ultimos fines adieris
terræ et maris, ubi Iapetusque Saturnusque
480 sedentes, nec radiis supra-gradientis Solis
gaudent, nec ventis: profundus autem Tartarus circum *eos:*
ne-*tunc*-quidem, si illuc perveneris errabunda, (non) tui ego
iratæ ratinem-habeo; quoniam non te impudentius aliud.

Sic dixit: ei autem nihil respondit candidis-ulnis Juno.
485 Occidit vero in Oceanum splendidum lumen solis,

trahens noctem nigram super almam terram.
Trojanis quidem invitis occidit lux: sed Achivis
grata, exoptatissima, supervenit nox tenebrosa.

Trojanorum autem concionem habuit splendidus Hector,
490 seorsum a-navibus *eos* ducens fluvium ad vorticosum,
in puro, ubi a-cadaveribus *vacuus* perlucebat locus.
Ex equis vero quum-descendissent in terram, sermonem audiebant,
quem Hector dicebat Jovi carus: in manu autem
hastam tenebat undecim-cubitorum; prænitebat vero hastæ
495 cuspis ærea, *eam*que aureus ambibat annulus:
hac ille nixus verba ad-Trojanos fecit:

Audite me, Trojani et Dardani et socii:
modo credidi, navibusque perditis et omnibus Achivis,
retro *me* rediturum ad Ilium ventosam:
500 sed prius caligo supervenit, quæ nunc servavit maxime
Argivos et naves in litore maris.
Verum nunc quidem obsequamur nocti nigræ,
cœnasque instruamus: atque pulcris-jubis equos
solvite de curribus, ipsisque apponite pabulum:
505 ex urbe autem ducite boves et pingues oves
propere, vinumque suave advehite,
panemque e domibus; insuperque ligna multa colligite,
ut per-totam-noctem usque-ad auroram mane-genitam
accendamus ignes multos, splendorque ad cœlum perveniat:
510 ne-forte etiam per ncotem capite-comantes Achivi
fugere aggrediantur super lata dorsa maris.
Ne saltem sine-labore naves ascendant quieti:
sed ut aliquis (*quisque*) eorum telum (*vulnus*) etiam domi curet,
percussus vel sagitta, vel hasta acuta,
515 navem propere-inscendens; ut quis horreat etiam alius
Trojanis equûm-domitoribus inferre lamentabile bellum.
Præcones autem per urbem Jovi cari jubento,
pueros pubescentes, canosque-temporibus senes
congregari circa urbem a-diis-ædificatis in turribus;
520 teneræ autem feminæ in *suis* ædibus quæque
ignem magnum accendant; custodiaque aliqua firma sit,
ne insidiæ ingrediantur urbem, copiis absentibus.
Sic esto, Trojani magnanimi, ut dico:
sermoque, qui quidem nunc utilissimus, dictus esto;
525 alium mane Trojanos inter equûm-domitores dicam.
Vota-facio sperans Jovique ceterisque diis,
expulsurum *me* hinc canes funestis-fatis-adductos.
[quos Fata adduxerunt nigris in navibus.]
Verum enim-vero per noctem custodiamus nos ipsos:

530 mane autem sub-auroram cum armis, armati,
naves ad cavas excitemus acrem martem.
Videbo, si me Tydides fortis Diomedes
a navibus ad murum repellat, an ego illum
ære quum-occidero, spolia cruenta auferam.
535 Cras suam virtutem perspectam-dabit, si meam hastam
sustinuerit irruentem: sed in primis, puto,
jacebit vulneratus, multique circa ipsum socii,
sole orto in crastinum. Utinam enim ego ita
sim immortalis et expers-senectutis *per* dies omnes,
540 honorerque, sicut honoratur Minerva et Apollo,
ut jam dies hæc malum feret Argivis.

Sic Hector concionatus-est: Trojani autem acclamarunt.
Hique equos quidem solvebant sub jugo sudantes,
ligabantque loris apud currus suos unusquisque;
545 ex urbe autem adducebant boves et pingues oves
propere: vinumque suave advehebant,
panemque ex domibus, et insuper ligna multa colligebant.
Fecerunt autem immortalibus perfectas hecatombas.
Nidorem vero e campo venti ferebant ad-cœlum usque
550 dulcem: sed eum neutiquam dii beati acceperunt,
nec voluerunt: valde enim ipsis odio-fuit Ilium sacrum,
et Priamus et populus hastæ-fraxineæ-periti Priami.

Ipsi vero, altum cogitantes, in belli semita
sedebant per-totam-noctem; ignesque eis ardebant multi.
555 Sicut autem quando in cœlo stellæ lucidam circa lunam
apparent perdecoræ, quando utique est sine-vento æther,
[elucentque omnes speculæ, et cacumina summa,
et saltus, cœlitus autem aperitur immensus æther;]
omniaque[TR2] conspiciuntur astra; gaudet autem animo pastor:
560 tot in-medio navium et Xanthi fluentorum,
Trojanis accendentibus, ignes apparebant Ilium ante.
Mille in campo ignes ardebant: ad singulos autem
sedebant quinquaginta *viri,* ad-splendorem ignis ardentis.
Equi vero hordeum album comedentes et arincam,
565 stantes apud currus, pulcro-sedentem-in-solio Auroram exspectabant.

[TR1] "Nisi" → "nisi"
[TR2] "Omniaque" → "omniaque"

Iliadis IX.—Legatio ad Achillem. Preces.

ARGUMENT: THE EMBASSY TO ACHILLES.

Agamemnon, after the last day's defeat, proposes to the Greeks to quit the siege, and return to their country. Diomed opposes this, and Nestor seconds him, praising his wisdom and resolution. He orders the guard to be strengthened, and a council summoned to deliberate what measures are to be followed in this emergency. Agamemnon pursues this advice, and Nestor further prevails upon him to send ambassadors to Achilles, in order to move him to a reconciliation. Ulysses and Ajax are made choice of, who are accompanied by old Phoenix. They make, each of them, very moving and pressing speeches, but are rejected with roughness by Achilles, who notwithstanding retains Phoenix in his tent. The ambassadors return unsuccessfully to the camp, and the troops betake themselves to sleep.

This book, and the next following, take up the space of one night, which is the twenty-seventh from the beginning of the poem. The scene lies on the sea-shore, the station of the Grecian ships.

TEXT:

1 Ita quidem Trojani custodias agebant; sed Achivos
divinitus-immissa tenebat Fuga, Metus frigidi socia:
luctu vero intolerabili sauciati-erant omnes fortissimi.
Sicut autem venti duo pontum commovent piscosum,
5 Boreas et Zephyrus, qui e-Thracia spirant,
advenientes repentino: simulque et unda nigra
in-acervum-attollitur; multamque extra mare algam fundunt:
sic scindebatur animus in pectoribus Achivorum.

Atrides autem, dolore magno sauciatus cor,
10 Obibat, præcones acri-voce jubens
nominatim ad concionem vocare virum unumquemque,
neque clamare; ipse autem inter primos laborabat.
Sedebant inde in concione afflicti; atque Agamemno
surrexit lacrimas-fundens, ceu fons nigra-aqua (*profundus*),
15 qui ab excelsissima petra nigram fundit aquam;
sic ille graviter suspirans verba Argivis fecit:

O amici, Argivorum ductores et principes,
Jupiter me valde Saturnius malo irretivit gravi;
infestus, qui antea quidem mihi promisit et annuit,
20 Ilio exciso bene munito *me* rediturum;
nunc vero malam fraudem struxit, et me jubet
inglorium Argos redire, postquam multum perdidi populum.
Ita fere Jovi erit præpotenti placitum,
qui jam multarum urbium demolitus-est vertices,
25 atque adhuc demolietur: hujus enim potentia est maxima.
Verum agite, ut ego dixero, obsequamur omnes;

fugiamus cum navibus dilectam in patriam terram:
non enim jam Trojam capiemus latas-vias-habentem.

Sic dixit; illi vero omnes taciti facti-sunt silentio.
30 Diu autem muti erant afflicti filii Achivorum:
tandem vero inter-*eos*-locutus-est pugna strenuus Diomedes:

Atrida, tibi primum adversabor inconsulte-loquenti,
qua fas est, rex, in-concione: tu vero ne-quid irascaris.
Fortitudinem quidem mihi primum convellisti inter Danaos,
35 dicens *me* esse imbellem et sine-fortitudine: hæc autem omnia
sciunt Argivorum et juvenes et senes.
Tibi ver ex-duobus-alterum dedit Saturni filius versuti:
sceptro quidem tibi dedit honorari supra omnes;
fortitudinem autem non dedit, quæ potestas est maxima.
40 Mirifice, itane plane credis filios Achivorum
imbellesque esse et sine-fortitudine, ut dicis?
Si tamen tibi ipsi animus properat ad redeundum,
abi: patet tibi via, navesque tibi prope mare
stant, quæ te secutæ-sunt a-Mycenis valde multæ.
45 At alii manebunt capite-comantes Achivi,
donec Trojam everterimus. Sin vero et ipsi *volunt,*
fugiant cum navibus dilectam in patriam terram:
nos vero, ego Sthenelusque, pugnabimus, donec finem
Ilii invenerimus: cum (*favente*) deo enim venimus.

50 Sic dixit: illi vero omnes acclamarunt, filii Achivorum;
orationem admirati Diomedis equûm-domitoris.
Inter-eos autem surgens locutus-est eques Nestor:

Tydide, eximie quidem in pugna fortis es,
et consilio inter omnes æquales es optimus:
55 nemo tibi hanc sententiam vituperarit, quotquot *sunt* Achivi,
nec contra dixerit: sed non ad-finem pervenisti orationis.
Profectio etiam juvenis es, meusque vel filius esse-possis
minimus natu; tamen prudentia loqueris
Argivorum regibus, quoniam quod-decet dixisti.
60 Verum age, ego, qui te seniorem me-prædico esse,
eloquar et omnia persequar; neque aliquis mihi
sermonem improbaverit, ne rex quidem Agamemno.
Sine-gente, sine-lege, sine-lare est ille,
qui bellum amat intestinum, horrendum.
65 Verum enim-vero nunc quidem pareamus nocti nigræ,
cœnasque instruamus, custodes autem quique
excubanto ad fossam, quam-fodimus murum extra.
Juvenibus quidem hæc mando; ac deinde,
Atrida, tu quidem præcipe: tu enim supremus es.
70 Præbe convivium senibus: decet te, non *est* iniquum.

Plena *sunt* tibi vino tentoria, quod naves Achivorum
quotidianæ ex-Thracia per latum pontum advehunt:
omnis tibi est ad-excipiendum-apparatus; multisque imperas.[TR1]
Multis autem congregatis, illi obsequaris, qui optimum
75 consilium suaserit: valde enim opus *est* omnibus Achivis
consilio bono et prudenti, quoniam hostes prope naves
accendunt ignes multos: quisnam his lætetur?
nox autem hæc vel disperdet exercitum, vel servabit.

Sic dixit: illi vero ei valde auscultarunt ac paruerunt.
80 Et custodes cum armis propere-exierunt,
cum-copiis Nestoridesque Thrasymedes, pastor virorum,
et Ascalaphus et Ialmneus, filii Martis,
et Meriones, Aphareusque, Deipyrusque,
atque Creontis filius, Lycomedes divinus.
85 Septem erant duces custodum; centeni vero cum-singulis
juvenes simul ordine-ibant, longas hastas manibus tenentes:
atque in-medio fossæ et muri sedebant profecti:
ibi ignem accenderunt, apposueruntque cœnam unusquisque.

Atrides autem proceres frequentes duxit Achivorum
90 in tentorium; ipsisque apposuit gratum-animo convivium.
Hi autem ad cibos paratos appositos manus extendebant.
Ac quum potus et cibi desiderium exemissent,
illis senex omnium-primus texere cœpit consilium,
Nestor, cujus et antea optimum videbatur consilium:
95 qui ipsis bene-cupiens concionatus-est et dixit:

Atrida augustissime, rex virorum Agamemno,
in te quidem finiam, a-te autem incipiam, quoniam multorum
populorum es rex, et tibi Jupiter in-manus-dedit
sceptrumque et jura, ut ipsis consulas.
100 Ideo te oportet supra *omnes* dicere sententiam, atque audire,
perficere etiam alius *consilium,* quando aliquem animus jusserit
dicere in bonum: te autem penes-erit, quicquid præferatur.
Atque ego dicam, ut mihi videtur esse optimum.
Non enim aliquis sententiam alius meliorem hac excogitarit,
105 qualem ego sentio, et olim et etiam nunc,
inde-ex eo, quando, Jovis-alumne, Briseidem puellam
irati Achillis abiisti a-tentorio auferens:
nequaquam secundum nostram quidem sententiam. Valde enim tibi ego
multis dissuadebam: tu vero tuo magno animo (*iræ*)
110 cedens, virum fortissimum, quem vel immortales honorarunt,
contumelia-affecisti; ereptum enim habes præmium. Sed etiam nunc
deliberemus, quomodo ipsum placantes flectamus
donisque placidis, verbisque blandis.

Hunc autem rursum allocutus-est rex virorum Agamemno:

115 o senex, neutiquam in-falsum mea errata enumerasti.
Peccavi, neque ipse nego: pro multis autem
copiis est vir, quem Jupiter ex-animo dilexerit:
sicut nunc hunc honoravit, domuitque populum Achivorum.
Verum quoniam peccavi, animo pernicioso obsecutus,
120 rursum volo *eum* placare, dareque ingentia dona.
Vos autem inter omnes inclyta dona nominabo:
septem igni-non-admotos tripodes, decemque auri talenta,
splendidosque lebetes vigini, duodecimque equos
validos, in-cursu-victores, qui præmia pedibus (*cursu*) reportarunt.
125 Non sane pauper esset vir, cui tot contigerint,
neque inops valde-pretiosi auri, *possidens*
quot mihi tulerunt præmia *hi* solidis-ungulis equi.
Dabo et septem mulieres, præstantium operum scientes,
Lesbias: quas, quando Lesbum bene-habitatam cepit ipse,
130 delegi, quæ pulcritudine vincebant genus mulierum.
Has quidem ei dabo; interque *eas* erit, quam tunc abstuli
filiam Brisei, et magnum jusjurandum adjurabo,
nunquam ejus cubile *me* ascendisse, nec *ei* coiisse,
qua mos hominum est virorum et mulierum.
135 Hæc quidem statim omnia aderunt; si vero porro
urbem magnam Priami dii dederint *nobis* evertere,
navem abunde auro et ære congesto-impleat,
ingressus, quando dividemus prædam Achivi.
Trojanas autem mulieres viginti ipse deligat,
140 quæ post Argivam Helenam pulcerrimæ sint.
Quodsi vero Argos pervenerimus Achaicum, uber agri;
tum gener mihi sit; honoraboque ipsum pariter Oresti,
qui mihi carissimus nutritur rerum-copia in magna.
Tres autem mihi sunt filiæ in domo bene-constructa,
145 Chrysothemis, et Laodice, et Iphianassa:
harum quam velit, dilectam sine-sponsalibus ducat
in domum Pelei: ego vero dotalia-dona addam
multa valde, quot adhuc nemo suæ addidit filiæ.
Septem porro ei dabo bene-habitatas urbes,
150 Cardamylen, Enopenque, et Iren herbosam,
Pherasque divinas, et Antheam profundis-pratis,
pulcramque Æpeam, et Pedasum vitiferam.
Omnes autem prope mare *sunt,* ultimæ ad-Pylum arenosam:
et viri inhabitant pecudibus-, bobus-abundantes,
155 qui ipsum donis, dei instar, honorabunt,
et ejus sub sceptro pinguia solvent jura (*tributa*).
Hæc ei præstiterim, si-cessarit ab ira.
Exorari-se-sinat! Pluto est implacabilis et inexorabilis,
quare etiam hominibus *est* deorum odiosissimus omnium:

160 atque mihi cedat, quatenus major-imperio sum,
et quatenus natu majorem me-prædico esse.

Huic autem respondit deinde Gerenius eques Nestor:
Atrida augustissime, rex virorum Agamemno,
dona quidem neutiquam spernenda das Achilli regi:
165 sed agite, delectos excitemus, qui celerrime
eant ad tentorium Pelidæ Achillis.
Quin age, hos ego spectabo, ipsi autem pareant.
Phœnix quidem primum, Jovi dilectus, sit-dux:
ac deinceps *eat* Ajaxque magnus, et divinus Ulysses:
170 præconum autem Odiusque et Eurybates simul sequantur.
Ferte vero manibus aquam, linguisque-favere jubete,
ut Jovi Saturnio supplicemus, si forte misereatur.

Sic dixit: his autem omnibus gratam sententiam dixit.
Ilico præcones quidem aquam in manus fuderunt,
175 juvenes autem crateras coronaverunt vino:
distribueruntque inde omnibus, auspicati poculis.
Ac postquam libarant, biberantque, quantum voluit animus
properabant e tentorio Agamemnonis Atridæ.
Illis autem multa mandavit Gerenius eques Nestor,
180 oculos-vertens in unumquemque, Ulyssem autem maxime,
obsecrans eniti, ut flecterent eximium Peliden.

Hi autem iverunt juxta litus multum-strepentis maris,
permulta vota-faciens terram-cingenti Neptuno,
facile ut-flecterent magnos animos Æacidæ.
185 Myrmidonum vero ad tentoriaque et naves pervenerunt:
illumque invenerunt animum oblectantem cithara arguta,
pulcra, affabre-facta, superne autem argenteum jugum erat:
quam ceperat e spoliis, urbe Eetionis eversa:
hac is animam oblectabat, canebatque clara-gesta virorum.
190 Patroclus autem ei solus e-regione sedebat silentio,
exspectans Æaciden, quando desineret canere.
Hi vero[TR2] progressi-sunt ulterius: præibat autem divinus Ulysses:
steteruntque ante ipsum; attonitus autem exsiliit Achilles,
ipsa cum cithara, relicta sede, in-qua sederat[TR3]
195 modoque eodem Patroclus, postquam vidit viros, surrexit.
Eos et dextra-prehendens compellavit pedibus velox Achilles:

Salvete: sane amici viri venistis (certe aliqua magna necessitas *adest*),
qui mihi, irato licet, Achivorum gratissimi estis.

Sic fatus, ulterius duxit *eos* divinus Achilles;
200 sedereque-fecit in sellis-recubitoriis, stragulisque purpureis;
statim autem Patroclum allocutus-est, qui-prope erat.

Majorem jam craterem, Menœtii fili, appone,

meraciusque misce, poculum autem para unicuique:
hi enim carissimi viri meo sunt-sub tecto.

205 Sic dixit: Patroclus autem dilecto obsecutus-est socio.
Atque ipse vas-carnarium magnum imposuit in ignis splendore,
inque *illo* tergum posuit ovis et pinguis capræ,
in*jecit*que porci saginati tergum, florens pinguedine.
Ipsi autem tenebat *carnes* Automedon, secabatque divinus Achilles:
210 et eas quidem scite dividebat, et verubus transfigebat:
ignem autem Menœtiades accendebat magnum, smilis-deo vir.
Ac postquam ignis deflagrarat et flamma elanguerat,
prunas stravit-et verua desuper extendit:
inspersitque *carnes* sale sacro, fulcris elevans.
215 Ac postquam assarat et in mensas-coquinarias fuderat,
Patroclus quidem panem acceptum distribuit in-mensa,
pulcris in canistris: sed carnes distribuit Achilles.
Ipse autem e-regione sedebat Ulyssis divini,
ad-parietem alterum: diis autem sacrificare jussit
220 Patroclum, suum socium: is vero in ignem jecit primitias.
Hi autem in cibos paratus appositos manus extendebant.
Ac quum potus et cibi desiderium exemissent,
innuit Ajax Phœnici: animadvertit autem divinus Ulysses,
impletoque vino poculo, propinavit Achilli:

225 Salve, Achille! epularum quidem æquarum non indigentes *sumus,*
tum in tentorio Agamemnonis Atridæ,
tum etiam hic nunc: adsunt enim animo-grata multa
ad-epulandum: at non *jam* convivii amabilis opera sunt-curæ:
sed valde magnam cladem, Jovis-alumne, inspicientes
230 timemus; in dubio autem *est* servandæne, an perituræ-sint
naves bonis-transtris, nisi tu indueris fortitudinem.
Prope enim naves et murum castra posuerunt
Trojani superbi et e-longinquo-vocati socii,
accendentes ignes multos per exercitum: nec amplius aiunt
235 *se* prohibitum-iri, sed in naves nigras incasuros.
Jupiter autem ipsis Saturnius dextera signa ostendens
fulgurat: Hector vero valde fortitudine turgens,
furit terribiliter, fretus Jove, nec quicquam veretur
homines, nec deos: ingens enim ipsum rabies subiit.
240 Precatur autem, citissime ut-appareat Aurora divina:
affirmat enim navium *se* abscissurum summa rostra,
ipsasque incensurum pernicioso igni; atque Achivos
interfecturum ad ipsas, agitatos a fumo.
Hæc graviter timeo in mente, ne ei minas
245 exsequantur dii; nobisque jam fatale sit
perire in Troja, longe ab-Argo equos-pascente.

Verum surge, si cogitas, quamvis sero, filios Achivorum
attritos defendere a Trojanorum impetu.
Ipsi tibi postea dolor erit, neque ullus modus
250 acceptæ *jam* cladis est medelam inveniendi: sed longe ante
considera, quomodo Danais arceas funestam diem.
O bone, profecto tibi pater præcipiebat Peleus
die illo, quum te e Phthia Agamemnoni misit:
Fili mi, fortitudinem quidem Minervaque et Juno
255 dabunt, si voluerint; tu vero ingentes animos
contine in pectoribus; humanitas enim melior:
desine autem a-contentione mala-operante, ut te magis
honorent Argivorum et juvenes et senes.
Sic præcipiebat senex; tu vero oblivisceris. At etiam nunc
260 cessa, mitteque iram tristem: tibi vero Agamemno
digna dona dat, si-desieris ab-ira.
Age vero, tu quidem me audi, egoque tibi recensebo,
quot tibi in tentoriis promiserit dona Agamemno:
septem igni-non-admotos tripodes, decemque auri talenta,
265 splendidosque lebetes viginti, duodecimque equos
validos, in-cursu-victores, qui præmia pedibus reportarunt.
Non sane pauper esset vir, cui tot contigerint,
neque inops valde-pretiosi auri, *possidens*
quot Agamemnonis equi præmia pedibus reportarunt.
270 Dabit et septem mulieres præstantium operum scientes,
Lesbias; quas, quando Lesbum bene-habitatam cepisti ipse,
delegit, quæ tam pulcritudine vincebant genus mulierum.
Has quidem tibi dabit, interque *eas* erit, quam tunc abstulit
filiam Brisei: et magnum jusjurandum adjurabit,
275 nunquam ejus cubile *se* ascendisse, nec *ei* coiisse,
qua mos est, rex, et virorum et mulierum.
Hæc quidem statim omnia aderunt; si vero porro
urbem magnam Priami dii dederint *nobis* evertere,
navem abunde auro et ære congesto-impleas,
280 ingressus, quando dividemus prædam Achivi.
Trojanas autem mulieres viginti ipse deligas,
quæ post Argivam Helenam pulcerrimæ fuerint.
Quodsi vero Argos pervenerimus Achaicum, uber agri,
tum gener ei sis: honorabitque te pariter Oresti,
285 qui ei carissimus nutritur rerum-copia in magna.
Tres autem ei sunt filiæ in domo bene-constructa,
Chrysothemis, et Laodice, et Iphianassa:
harum quam velis, dilectam sine-sponsalibus ducas
in domum Pelei: ille autem dotalia-dona addet
290 multa valde, quot adhuc nemo suæ addidit filiæ.
Septem vero tibi dabit bene-habitatas urbes,

Cardamylen, Enopenque, et Iram herbosam,
Pherasque divinas et Antheam profundis-pratis
pulcramque Æpeam, et Pedasum vitiferam.
295 Omnes autem prope mare *sunt,* ultimæ ad-Pylam arenosam:
in *iis* autem viri habitant pecudibus-, bovibus-abundantes,
qui te donis, dei instar, honorabunt,
et tibi sub sceptro pinguia solvent jura (*tributa*).
Hæc tibi præstabit, si-desieris ab-ira.
300 Si vero tibi Atrides quidem invisus-est ex-animo magis,
ipse et ejus dona: at tu ceteros tamen universos-Achivos
attritos miserere in exercitu, qui te, dei instar,
honorabunt: certe enim apud-ipsos valde magnam gloriam tuleris.
Nunc enim Hectorem interfeceris, qui valde tibi prope venerit,
305 rabiem habens perniciosam: quippe neminem putat parem
sibi esse Danaorum, quos huc naves vexerunt.

Hunc autem respondens allocutus-est pedibus velox Achilles:
Nobilissime Laertiade, sollertia-pollens Ulysses,
oportet sane hanc sententiam aperte eloqui,
310 quemadmodum vere sentioque, et ut perfectum erit,
ut ne mihi obstrepatis assidentes aliunde alius.
Inimicus enim mihi ille æque-atque Inferni portæ,
qui aliud quidem occultat in animo, aliud vero dicit.
Sed ego dicam, ut mihi videtur esse optimum:
315 nec mihi Atriden Agamemnonem persuasurum puto,
neque alios Danaos; quippe haud ulla gratia fuit
pugnandi hostibus cum viris assidue semper.
Æqua pars *datur* cessanti, ac si acriter aliquis pugnet:
inque eodem honore *est* tum ignavus, tum etiam fortis:
320 occumbit æque et iners vir, et qui multum laboravit.
Nec quidquam mihi præ-*aliis*-fuit, quando pertuleram mala animo,
semper meam animam objectans pugnæ.
Sicut autem avis implumibus pullis affert
escam, quando ceperit; male autem ei est ipsi:
325 sic et ego multas quidem insomnes noctes duxi,
dies autem cruentos exegi pugnans,
cur-viris prælians, uxorum gratia vestrarum.
Duodecim vero cum navibus urbes vastavi hominum,
pedester vero undecim aio *me vastasse* per Troicum-agrum glebosum:
330 his ex omnibus opes multas et pretiosas
abstuli, et omnia ferens Agamemnoni dabam
Atridæ; is vero remanens apud naves veloces,
accipiens, pauca dividebat, pleraque autem tenebat *ipse.*
Alia vero optimatibus dabat munera, et regibus:
335 istis quidem *ea* firma manent; a-me vero solo Achivorum
abstulit, habetque uxorem *meam* animo-gratam; cui concumbens

oblectetur. Cur autem oportet bellum cum-Trojanis
Argivos? cur vero exercitum adduxit huc congregatum
Atrides? an non Helenæ causa pulcræ-comis?
340 an soli diligunt uxores *suas* articulate-loquentium hominum
Atridæ? quum, quisquis vir bonus et prudens,
suam ipsius amet et curet: ut et ego hanc
ex animo amabam, captiva quamvis esset.
Nunc autem, postquam e manibus præmium eripuit et me fraudavit,
345 ne me tentet, probe gnarum; nec mihi persuadebit.
Verum, Ulysse, tecum et aliis cum-regibus
cogitet a-navibus ut-propellat hostilem ignem.
Sane quidem jam permulta fecit sine me,
ac jam murum ædificavit, et duxit fossam prope ipsum
350 latam, magnam, inque *ea* vallos defixit;
sed ne sic quidem potest vim Hectoris homicidæ
sustinere. Dum vero ego inter Achivos pugnabam,
non voluit pugnam procul-a mœnibus ciere Hector,
sed quantum ad Scæasque portas et fagum, progrediebatur:
355 ibi olim *me* solum mansit, vix autem meum effugit impetum.[TR4]
Nunc vero, quoniam nolo pugnare cum-Hectore divino,
cras, sacris Jovi factis et omnibus diis,
oneratas bene naves postquam in mare deduxero,
videbis, si volueris, et si tibi hæc curæ-fuerint,
360 bene mane Hellespontum super piscosum vehentes
naves meas, inque *ipsis* viros remigandi cupidos:
ac si prosperam-navigationem dederit inclytus Terræ-concussor,
die fere tertio in-Phthiam glebosam pervenero.
Sunt autem mihi permulta, quæ reliqui, huc malo-fato-veniens:
365 aliud vero hinc aurum et æs rubrum,
et feminas pulcre-cinctas, canumque ferrum
abducam, quæ sortitus-sum: præmium autem mihi que dedit,
ipse *mihi* insultans abstulit rex Agamemno
Atrides: (ei omnia referto, ut mando,
370 palam: ut ei alii indignentur Achivi,
si quem forte, Danaorum adhuc sperat *se* fraudaturum,
semper impudentia indutus;) nec mihi quidem
ausit, proterve-audax licet sit, faciem intueri;
nec omnino cum-eo consilia communicabo, nec factum *ullum:*
375 nam jam me decepit et offendit, nec adhuc rursus
fallet verbis: satis autem ei *sit:* verum quietus
pereat: nam ei mentem exemit providus Jupiter.
Invisa autem mihi ejus dona, æstimoque eum nihili.
Nec si mihi deciesque et vicies tanta daret,
380 quanta ei nunc sunt, et si alicunde alia accederent:
nec quanta Orchomenum adveniunt, nec quanta Thebas

Ægyptias, ubi plurimæ in domibus opes jacent;
quæ centum portas habent, duceni autem per unamquamque
viri egrediuntur cum equis et curribus:
385 nec si mihi tanta daret, quanta *sunt* arenaque pulvisque,
ne sic quidem jam animum meum flexerit Agamemno,
antequam totam mihi luerit acerbam contumeliam.
Filiam autem non ducam Agamemnonis Atridæ:
ne si quidem aurea cum-Venere pulcritudine certaret,
390 operibusque Minervæ cæsiæ-oculis par-esset,
ne sic quidem eam ducam; ipse vero Achivorum alium eligat,
qui ei conveniat, et qui major-imperio sit.
Si enim jam me servarint dii, et domum venero,
Peleus mihi deinceps uxorem desponsabit ipse.
395 Multæ Achivæ sunt per Hellademque Phthiamque,
filiæ principum, qui urbes tuentur:
harum quam voluero, dilectam faciam uxorem.
Illic autem mihi plurimum appetit animus virilis,
ducta legitima uxore, apta conjuge,
400 possessionibus frui, quas senex conquisivit Peleus:
non enim mihi vitæ æquiparandum, ne quantas quidem opes aiunt
Ilium possedisse, bene-habitatam urbem,
antehac in pace, priusquam advenissent filii Achivorum:
nec quantas lapideum limen jaculatoris intus continet
405 Phœbi Apollinis, Pytho in saxosa.
Prædando-parabiles enim *sunt* bovesque et pingues oves,
parabiles etiam tripodesque et equorum flava capita:
hominis vero anima ut-redeat, nec retrahi potest,
neque prendi, postquam *semel* transierit septum dentium.
410 Mater enim me dicit dea, Thetis argenteis-pedibus,
duplicia fata ferre mortis ad-finem.
Si hic manens Trojanorum urbem circa-pugnavero,
periit quidem mihi reditus, sed gloria immortalis erit:
sin autem domum reversus-fuero, dilectam in patriam terram,
415 periit mihi gloria bona, diuturnum vero mihi ævum
erit, nec me cito finis mortis deprehenderit.
Quin etiam ceteris ego suaserim
domum navigare: quia jam-non invenietis finem
Ilii excelsæ: valde enim ipsam late-sonans Jupiter
420 manu sua protegit, confiduntque viri.
Sed vos quidem profecti principibus Achivorum
nuntium renuntiate: hoc enim munus est senum (*consiliatorum*):
ut aliud excogitent in mentibus consilium melius,
quod ipsis navesque servet et populum Achivorum
425 navibus in cavis: quoniam non ipsis hoc expeditum *est,*
quod nunc excogitarunt, me iram-fovente.

Phœnix autem hic apud nos manens cubet:
ut me in navibus dilectam in patriam sequatur
cras, si voluerit; vi autem neutiquam eum abducam.

430 Sic dixit: illi autem omnes obmutuerunt silentio
sermonem admirati: admodum enim vehementer recusarat.
Tandem vero locutus-est senex equûm-agitator Phœnix,
lacrimas effundens; valde enim timebat navibus Achivorum:

Si quidem jam reditum in animo, illustris Achille,
435 versaris, neque omnino defendere a-navibus velocibus
ignem vis edacem, quoniam ira incidit *tuo* animo:
quomodo tandem a te, care fili, hic relinquar
solus? Tecum autem me misit senex equûm-agitator Peleus
die illo, quando te e Phthia Agamemnoni misit
440 puerum, nondum peritum æqui (*omnibus æque gravis*) belli,
nec concionum, ubi etiam viri præclari fiunt.
Propterea me misit, ut-docerem *te* ista omnia,
verborumque orator ut-esses, actorque operum.
Quare deinceps a te, dilecte fili, nolim
445 relinqui, ne si quidem mihi promitteret deus ipse,
senectute abrasa, facturum *me* juvenem pubescentem:
qualis *eram* quum primum reliqui Hellada pulcras-mulieres-habentem,
fugiens jurgia patris Amyntoris Ormenidæ,
qui mihi de pellice irascebatur pulcra-comis,
450 quam ipse diligebat, sed ignominia-afficiebat uxorem,
matrem meam: hæc autem semper me supplex-orabat *prehensis* genibus,
pellici prius-miscerer, ut odio-haberet senem.
Huic parui, et feci: pater autem meus statim sentiens,
multa imprecatus-est, horrendasque invocabat Furias,
455 ne-unquam genibus suis imponeretur dilectus filius,
ex me genitus; dii autem ratas-fecerunt imprecationes,
Jupiterque infernus, et veneranda Proserpina.
Hunc ego moliebar occidere acuto ferro,
sed aliquid immortalium fregit iram, qui in animo
460 populi *mihi* posuit famam et convicia multa hominum,
ut ne patris-occisor inter Achivos appellarer.
Tunc mihi non-amplius omnino sustinuit in præcordiis animus,
patre irato, in ædibus versari.
Certe quidem multum amici et cognati, circum *me* qui erant,
465 ibi orantes retinebant *me* in ædibus:
multasque pingues oves et pedes-trahentes *cornibus*-camuris boves
jugulabant; multi autem sues florentes pinguedine
assandi extendebantur per flammam Vulcani:
multumque ex doliis vinum bibebatur senis.

470 Per-novem autem me circa ipsum noctes dormiebant:
hi quidem per-vices custodias habebant; nec unquam exstinguebatur
ignis, alter quidem in porticu bene-monitæ aulæ,
alter autem in vestibulo, ante thalami fores.
Sed quando tandem decima mihi advenit nox tenebrosa,
475 tunc ego thalami fores sollerter junctas
frangens exivi, et transilii septum aulæ
facile, latens custodesque viros, famulasque mulieres.
Fugiebam deinde procul, per Hellada spatiosam:
in-Phthiamque perveni glebosam, matrem ovium,
480 ad Peleum regem: is autem me lubens suscepit,
et me dilexit, ut pater suum filium dilexerit
unicum, in-senecta-natum, amplis in possessionibus;
et me divitem fecit, multumque mihi dedit populum:
incolebam autem extremam-oram Phthiæ, Dolopibus imperans.
485 Et te tantum feci (*usque huc educavi*), diis par Achille,
ex animo diligens: qui non volebas cum alio
nec ad convivium ire, nec in ædibus *tuis* cibum-sumere;
ante quam te meis ego genibus impositum
obsonioque satiassem ante-secato, et vino *tibi* admoto:
490 sæpe mihi rigasti ad pectora vestem
vino, ex-ore-ejectans in infantia molesta.
Sic in te permulta passus-sum, et multa laboravi,
hæc cogitans, quod mihi nequaquam dii prolem (*votum prolis*) perficiebant
ex me *ipso:* sed te filium, diis par Achille,
495 adoptabam, ut a-me aliquando indignam perniciem propulsares.
Verum, Achille, doma animum magnum: nec te oportet
immisericors pectus habere: flecti-vero-solent et dii ipsi,
quorum-tamen et major virtus *est* honorque potentiaque.
Atque hos quidem sacrificiis, et votis placidis,
500 libamineque, nidoreque, flectunt homines
supplicantes, quando quis transgressus-fuerit et peccarit.
Etenim Preces sunt Jovis filiæ magni,
claudæque, rugosæque, strabæque oculis:
quæ etiam a-tergo Noxam curant sequi.
505 Noxa vero robustaque est, et pedibus-integris; ideo omnes
longe præcurrit, antevertitque omnem per terram,
lædens homines: hæ vero medentur postmodo.
Qui quidem reverebitur filias Jovis propius accedentes,
hunc valde juvant, et exaudiunt precantem:
510 qui vero renuerit, et obstinate recusaverit,
precantur tum quidem hæ Jovem Saturnium adeuntes,
eum ut-Noxa simul sequatur, quo læsus pœnas-luat.
Sed, Achille, da et tu Jovis filias sequi

honorem, qui aliorum utique flectit mentes fortium.
515 Si enim non dona ferret, aliaque in-futurum *non* nominaret
Atrides, sed semper pertinaciter iratus-esset,
non equidem te ira abjecta hortarer
Argivis auxiliari, indigentibus quantumvis:
nunc vero simul et in-præsenti multa dat, aliqua in-posterum pollicetur,
520 virosque supplicatum *ad te* misit præstantissimos,
electos per populum Achaicum, quique tibi ipsi
amicissimi Argivorum: horum ne tu orationem asperneris,
neu pedes (*iter frustres*): prius vero haud reprehendum, *te* ira-exarsisse.
Sic et priscorum audivimus laudes virorum
525 heroum, quando aliquem vehemens ira occupasset:
donisque-placabiles erant, exorabilesque verbis.
Memini hoc factum ego vetus, neutiquam recens,
quale fuerit; inter vos autem narrabo omnes amicos.
Curetesque pugnabant et Ætoli fortiter-prœlium-sustinentes
530 circa urbem Calydona, et se-mutuo interficiebant:
Ætoli quidem defendentes Calydona amœnam;
Curetes autem, *hanc* vastare ardentes bello.
Etenim his malum aureo-solio-sedens Diana excitavit,
irata, quod sibi non sacra-post-fruges-collectas in-fœcundo agro
535 Œneus fecisset: ceteri vero dii epulati-erant hecatombas;
soli tamen non fecerat Jovis filiæ magni,
sivi oblitus-erat, sive non advertit: errabat autem multum animo.
Illa vero irata, Jovis genus, Sagittis-gaudens,
immisit silvestrem aprum, candidis-dentibus,
540 qui damna multa patravit frequentans Œnei agrum:
multas vero ille alias-super-alias humi prostravit arbores altas
cum-ipsis radicibus, et ipsis floribus pomorum.
Hunc autem filius Œnei occidit Meleager,
multis ex urbibus venatoribus viris congregatis,
545 et canibus; non enim domitus-fuisset paucis hominibus;
tantus erat, multosque *adeo* rogum ascendere-fecit tristem.
Illa vero ipsi (*Diana Meleagro*) excitavit magnum tumultum et bellum,
pro suis capite et pelle hirsuta,
Curetesque inter et Ætolos magnanimos.
550 Quamdiu igitur Meleager Marti-carus pugnabat,
tamdiu Curetibus male erat: nec poterant
extra murum manere, multi quamvis essent.
At quando jam Meleagrum subiit ira, quæ et aliorum
turgidam-reddit in pectoribus mentem, firmiter licet sapientium:
555 nempe ille, matri suæ Althææ iratus corde,
jacebat apud legitimam uxorem, pulcram Cleopatram,
filiam Marpessæ pulcris-talis, Evenines,
Idæque, qui fortissimus terrestrium fuit virorum,

eorum-qui tunc-erant; (utique contra deum sumserat arcum
560 Phœbum Apollinem , pulcris-talis-præditæ gratia nymphæ:
hanc autem tunc in ædibus pater et veneranda mater
Alcyonen vocabant cognomine, quoniam ipsius
mater, Alcyonis luctuosæ fatum habens,
flebat, quando ipsam sagittans rapuit Phœbus Apollo.)
565 huic is (*Meleager*) accubabat, iram cruciantem coquens,
propter diras matris iratus, quæ quidem diis
multum dolens supplicabat, fraternæ cædis *causa:*
multum autem et terram almam manibus verberabat,
invocans Plutonem et venerabilem Proserpinam,
570 in-genua considens, rigabantur autem lacrimis sinus,
filio ut-darent mortem; hanc vero in-tenebris-vagans Furia
exaudivit ex-Erebo, implacabile cor habens:
horum vero confestim circa portas tumultus et strepitus ortus-est,
turribus ictis; illum autem supplices-orabant senes
575 Ætolorum, mittebantque deorum sacerdotes lectissimos,
ut-exiret et propulsaret *hostes,* polliciti magnum donum:
ubi pinguissimus *erat* ager Calydonis amœnæ,
ibi eum jusserunt locum perpulcrum eligere,
quinquaginta-jugerum: dimidium quidem, vitiferi-soli;
580 dimidium autem, non-consiti arabilis agri, sibi-separare.
Multum autem eum implorabat senex equûm-agitator Œneus,
limine conscenso altum-tectum-habentis thalami,
quatiens conglutinatos asseres, suppliciter-orans filium:
multumque eum sorores et veneranda mater
585 orabant; ille vero magis recusabat: multum etiam socii,
qui ei optimi et amicissimi erant omnium:
sed ne sic quidem ejus animum in pectoribus flectebant,
antequam *ipse* thalamus frequenter percuteretur; illi autem turres
conscendebant, Curetes, et incendebant magnam urbem.
590 Ac tum demum Meleagrum pulcre-cincta uxor
orabat lugens, et ei recensuit omnia
mala, quæcunque hominibus fiunt, quorum urbs capta sit:
viros quidem occidunt, urbem autem ignis destruit,
liberosque alii abducunt, et profunde-succinctas mulieres.[TR5]
595 Hujus autem *tum* motus-est animus audientis sæva facta:
profectusque-est ire, corporeque arma induit splendentia.
Sic ille quidem ab-Ætolis propulsavit malam diem,
cedens suo animo: ei autem non-deinceps dona persolverunt
multaque et pulcra: malum tamen depulit etiam sic.
600 Atqui tu ne mihi ista cogites in-animo, neu te dæmon
istuc vertat, amice: pejus autem esset,
navibus incensis *demum te* ferre-auxilium: sed *nunc* pro donis
veni: æque enim te ac-deum honorabunt Achivi.

Si vero sine donis pugnam viros-perdentem inieris,
605 non-tum æque honoratus eris, bellum quamvis propulsaveris.

Hunc autem respondens allocutus-est pedibus velox Achilles:
Phœnix, pater senex, Jovis-alumne, minime mihi hoc
opus honore; puto enim *me* honoratum-fore Jovis voluntate,
qui *honor* me habebit apud naves recurvas, dum spiritus
610 in pectoribus maneat et mihi mea genua moveantur.
Aliud autem tibi dicam, tu vero in animo reconde tuo;
ne mihi turba animum, flens et mœrens,
Atridæ heroi gratificans: neutiquam te oportet
istum amare, ut ne mihi odio-fias *te* amanti;
615 decet te mecum eum angere, qui me angat:
æqualiter mecum regna, et dimidium sortire honoris.
Isti autem renuntiabunt: tu vero hic cubato remanens
lecto in molli: simul autem cum-aurora illucescente
consultabimus, an redeamus ad nostra, an maneamus.

620 Dixit, et Patroclo (hic) superciliis annuit tacite,
Phœnici ut-sterneret densum lectum, ut citissime
e tentorio de-reditu cogitarent. Inter hos autem Ajax
par-deo Telamonius verba fecit:

Nobilissime Laertiade, sollertia-pollens Ulysses,
625 abeamus: non enim mihi videtur sermonis *nostri* exitus
hac quidem via perfectum-iri; renuntiare autem citissime
oportet responsum Danais, etiamsi non lætum sit,
qui fere nunc sedent exspectantes. Sed Achilles
trucem in pectoribus reposuit superbum animum:
630 durus *est,* nec rationem-habet amicitiæ sodalium,
illius, qua eum apud naves honorabamus supra ceteros:
immisericors! Atque aliquis (*multi*) etiam pro-fratre occisoris
pretium, vel pro-suo filio accepit occiso;
et is quidem (*occisor*) in civitate manet ibi, multis persolutis;
635 alterius autem sedatur cor et animus elatus,
pretio accepto: tibi vero implacabilemque durumque
animum in pectoribus dii posuerunt, gratia puellæ
unius. Nunc tamen tibi septem præbemus eximie præstantissimas,
aliaque multa præter has: tu vero propitium indue animum,
640 reverere ac *tuam* domum: sub-eodem-tecto tecum sumus
e cœtu Danaorum, studemusque tibi supra alios
carissimique esse et amicissimi *omnium,* quotquot *sunt* Achivi.

Hunc autem respondens allocutus-est pedibus velox Achilles:
Ajax nobilissime, Telamonie, princeps virorum,
645 omnia fere mihi ex animo visus-es dixisse;
sed mihi tumet cor ira, quoties illorum
recordor, ut me inhonorum inter Argivos fecit

Atrides, tanquam aliquem contemtibilem inquilinum.
Sed vos abite, et nuntium renuntiate:
650 non enim ante de-pugna cogitabo sanguinolenta,
quam filius Priami bellicos, Hector divinus,
Myrmidonum at tentoriaque et naves venerit,
interficiens Argivos, incendatque igne naves.
Circa vero meum tentorium et navem nigram
655 Hectorem, quantumvis ardentem, a-pugna destiturum puto.

Sic dixit: illi vero unusquisque, accepto poculo duplici,
libatione-facta, ad naves redierunt: præibat autem Ulysses.
Patroclus vero sociis et ancillis imperavit,
Phœnici sternere densum lectum quam celerrime.
660 Hæ autem obedientes straverunt lectu, ut imperavit,
pellesque-ovillas, stragulamque, linique subtilem florem.
Ibi senex cubuit, et auroram divinam exspectabat.
Atque Achilles dormiit in-recessu tentorii bene-compacti:
huic autem accubuit mulier, quam e-Lesbo duxerat,
665 Phorbantis filia, Diomede pulcris-genis.
Patroclus autem ex-altera-parte cubuit: juxtaque ipsum
Iphis pulcre-cincta, quam ei dederat divinus Achilles,
Scyron quum-cepisset altam, Enyei urbem.

Illi vero postquam in tentoria Atridæ venerant,
670 eos quidem aureis poculis filii Achivorum
excipiebant aliunde alius assurgentes, interrogabantque;
primus autem interrogavit rex virorum Agamemno:

Dic age mihi, o laudatissime Ulysses, ingens gloria Achivorum:
utrumne vult a-navibus propulsare hostilem ignem,
675 an recusavit, iraque adhuc tenet superbum animum?

Hunc autem allocutus-est multa-sustinens divinus Ulysses:
Atrida augustissime, rex virorum Agamemno,
ille quidem non vult restinguere iram, sed adhuc magis
impletur animo: te autem aspernatur et tua dona.
680 Ipsum te consultare inter Argivos jubet,
quomodo navesque serves et exercitum Achivorum:
ipse vero minatus-est, cum aurora illucescente
naves bonis-transtris in-mare *se* deducturum utrinque-recurvas;
atque etiam ceteris dixit *se* suadere,
685 domum ut-navigent: quia jam-non, *inquit,* invenietis finem
Ilii excelsæ: valde enim ipsam late-sonans Jupiter
manu sua protegit, confiduntque viri.
Sic dixit; adsunt etiam hi, eadem dicturi, qui me secuti-sunt,
Ajax et præcones duo, prudentes ambo.
690 Phœnix vero illic senex cubavit: sic enim *ille* jussit,
ut se in navibus dilectam in patriam sequatur

cras, si voluerit: vi autem neutiquam eum abducet.

Sic dixit: illi autem omnes obmutuerunt silentio.
[sermonem admirati: admodum enim graviter dixerat.]
695 Diu autem muti erant afflicti filii Achivorum:
tandem vero locutus-est pugna strenuus Diomedes:

Atrida augustissime, rex virorum Agamemno,
utinam non orasses eximium Peliden,
infinita dona dans (*promittens*): is vero insolens est etiam alias;
700 nunc autem eum multo magis in-insolentiam conjecisti.
Verum illum quidem missum-faciamus, sive abeat,
sive maneat: tunc vero rursum pugnabit, quando ipsum
animus in pectoribus jusserit, et deus *eum* incitaverit.
Sed agite, sicut ego dixero, obsequamur omnes:
705 nunc quitem cubitum-ite, refecti vestro corde
cibo et vino: hoc enim robur est et vis.
At postquam illuxerit pulcra roseis-digitis Aurora,
ocyus ante naves siste copiasque-pedestres et equos,
adhortans; et vero ipse inter primos pugna.

710 Sic dixit: illi autem omnes assensi-sunt reges,
orationem admirati Diomedis equûm-domitoris.
Et tunc libatione-facta iverunt ad *suum* tentorium unusquisque:
ibi autem cubuerunt, et somni donum ceperunt.

[TR1] "imperas" → "imperas."
[TR2] "Hivero" → "Hi vero".
[TR3] "sedera" → "sederat"
[TR4] "impetum" → "impetum."
[TR5] "mulieres" → "mulieres."

Iliadis X.—Dolonia.

ARGUMENT: THE NIGHT-ADVENTURE OF DIOMED AND ULYSSES.

Upon the refusal of Achilles to return to the army, the distress of Agamemnon is described in the most lively manner. He takes no rest that night, but passes through the camp, awaking the leaders, and contriving all possible methods for the public safety. Menelaus, Nestor, Ulysses, and Diomed are employed in raising the rest of the captains. They call a council of war, and determine to send scouts into the enemies' camp, to learn their posture, and discover their intentions. Diomed undertakes this hazardous enterprise, and makes choice of Ulysses for his companion. In their passage they surprise Dolon, whom Hector had sent on a like design to the camp of the Grecians. From him they are informed of the situation of the Trojan and auxiliary forces, and particularly of

Rhesus, and the Thracians who were lately arrived. They pass on with success; kill Rhesus, with several of his officers, and seize the famous horses of that prince, with which they return in triumph to the camp.

The same night continues; the scene lies in the two camps.

TEXT:

1 Ceteri quidem ad naves principes omnium-Achivorum
dormiebant per-totam-noctem, molli domiti somno:
at non Atriden Agamemnonem, pastorem populorum,
somnus tenebat dulcis, multa animo volventem.
5 Ut vero quum fulgurat maritus Junonis pulcræ-comis,
parans vel multum imbrem immensum, vel grandinem,
vel nives, quando nix velut-polline-conspergit arva,
vel alicubi belli magnum os amari:
sic crebro in pectoribus suspirabat Agamemno,
10 imo ex corde: tremebant autem ei præcordia intus.
Nempe quoties in campum Trojanum prospiceret,
mirabatur ignes multos, qui ardebant pro Ilio,
tibiarum fistularum sonum tumultumque hominum:
verum quoties in navesque videret et exercitum Achivorum,
15 multos ex capite radicitus vellebat capillos
supremo Jovi (*mala sua exprobrans*); valde autem gemebat generosum cor.
Hæc vero ei in animo optima visa-est sententia,
Nestorem primum Neleium adire virorum,
si quod cum eo consilium probum struere-posset,
20 quod mala-depulsurum ab-omnibus Danais esset.
Erectus autem induit circa pectora tunicam,
pedibusque sub nitidis ligavit pulcros calceos,
et deinde autem fuscam circumdedit-sibi pellem leonis,
fulvi, magni, talarem: sumsitque hastam.

25 Eodem ipso-modo Menelaum tenebat tremor; nec enim illi
somnus in palpebris insidebat, *metuenti* ne-quid paterentur
Argivi, qui quidem sua gratia latum per mare
venerant ad Trojam, bellum audax molientes.
Pelle-pardi quidem primum tergum latum texit
30 varia, tum galeam capiti sublatam
imposuit æream, hastamque cepit manu robusta.
Profectus-est autem ire excitatum suum fratrem, qui summum cunctos
in-Argivos imperium-habebat, deique instar honorabatur a-populo.
Hunc autem invenit circum humeros ponentem arma pulcra,
35 navis ad puppim: ei autem gratus fuit veniens.
Hunc prior allocutus-est pugna strenuus Menelaus:[TR1]

Quid ita, care-frater, arma-induis? an aliquem sociorum
hortari-vis, Trojanos exploraturum? at pervehementer
timeo, ne nullus tibi promittat hoc opus,
40 viros infestos ut-speculetur solus accedens
noctem per almam: aliquis admodum audax-animo fuerit.

Hunc autem respondens allocutus-est rex Agamemno:
opus *est* consilio mihi et tibi, Jovis-alumne o Menelae,
prudenti, quod eximat-periculo et servet
45 Argivos et naves, quandoquidem Jovis mutatus-est animus.
Hectoreis quidem magis animum adjecit sacris:
nondum enim vidi, nec audivi qui-diceret,
virum unum tanta ardua in *uno* die molitum-esse,
quanta Hector fecit, Jovi carus, in-filios Achivorum,
50 sic (*sine divino auxilio*), nec deæ filius dilectus, nec dei.
Opera vero fecit, quæ puto curæ-fore Argivis
diu et in-longum *tempus:* tanta enim mala struxit Achivis.
Sed i nunc, Ajacem et Idomeneum voca,
cito currens ad naves: ego vero ad Nestorem divinum
55 vadam, et hortabor ut-surgat: si velit
ire ad custodum sacram cohortem, et consilium-dare.
Illi enim potissimum obsequentur: ejus enim filius
præest custodibus, et Idomenei armiger,
Meriones: his enim *hoc* commisimus maxime.

60 Huic autem respondit deinde pugna strenuus Menelaus:
quomodo igitur mihi verbis mandas et jubes?
ibine maneam cum illis, præstolans donec veneris;
an curram ad te iterum, quando probe illis mandavero?

Hunc autem rursus allocutus-est rex virorum Agamemno:
65 ibi mane, ne-forte aberremus alter-ab-altero,
euntes: multæ enim per exercitum sunt viæ.
Clama autem, quaqua iveris, et vigilare jube,
a-patre ex stirpe *sua* compellans virum quemque,
omnes honorifice-nominans; neu superbias animo;
70 sed *nos* etiam ipsi laboremus: sic fere nobis
Jupiter nascentibus immisit ærumnam gravem.

Sic fatus, dimisit fratrem, quum-diligenter mandasset.
Atque ipse profectus-est ire ad Nestorem, pastorem virorum:
hunc autem invenit ad tentorium et navem nigram,
75 lecto in molli: juxtaque *eum* arma varia jacebant,
scutum, et duæ hastæ, splendidaque galea:
prope autem balteus jacebat totus-variegatus, quo senex
cingebatur, quando ad pugnam viros-perdentem armaretur,
populum ducens: quoniam nondum cedebat senectuti tristi.
80 Erectus autem in cubitum, capiteque levato,

Atriden allocutus-est, et interrogabat *hoc* sermone:

Quisnam *es qui* ita inter naves per exercitum vadis solus,
noctem per tenebrosam, quando dormiunt mortales ceteri?
[an aliquem custodum quærens, an aliquem sodalium?]
85 Loquere, neu tacitus ad me accede: quid vero tibi opus?

Huic autem respondit deinde rex virorum Agamemno:
o Nestore Nelide, ingens gloria Achivorum,
agnosces Atriden Agamemnonem, quem supra omnes
Jupiter conjecit in-labores perpetuo, quoad spiritus
90 in pectoribus maneat, et mihi cara genua moveantur.
Erro ita, quoniam non mihi in oculis dulcis somnus
insidet, sed curæ-est bellum et calamitates Achivorum.
Vehementer enim de-Danais timeo, nec mihi cor
firmum, sed mente-sum-attonita: cor autem mihi extra
95 pectora exsilit, tremuntque subtus splendida membra.
Sed si quid agere-cogitas, quandoquidem nec te somnus capit,
age ad custodes descendamus, ut videamus,
ne illi, labore defessi, atque etiam somno *domiti,*
obdormiant, at excubiarum prorsus obliti sint.
100 Infesti autem viri prope sedent, nec scimus
an-forte etiam per noctem in-animo-habeant pugnare.

Huic autem respondit deinde Gerenius eques Nestor:
Atrida augustissime, rex virorum Agamemno,
non certe Hectori omnia cogitata providus Jupiter
105 perficiet, quanta fere sperat: sed ipsum credo
curis laboraturum etiam pluribus, si forte Achilles
ab ira gravi converterit suum cor.
Te vero maxime sequar ego: insuper etiam excitemus alios,
et Tydiden hasta-inclytum, et Ulyssem,
110 et Ajacem *Oilei* velocem, et Phylei fortem filium.
Quin si quis et hosce adiens vocaret,
paremque-deo Ajacem *Telamonium* et Idomeneum regem!
horum enim naves absunt longissime, nec valde prope.
At carus quamvis sit et venerandus, Menelaum
115 objurgabo (etiamsi mihi succenseas), nec celabo;
quoniam-ita dormit, tibique soli permisit laborare.
Nunc debebat apud omnes principes laborare,
suppliciter-orans: necessitas enim urget non-jam tolerabilis.

Hunc autem rursus allocutus-est rex virorum Agamemno:
120 o senex, alias quidem te *eum* etiam accusare hortabar:
sæpe enim remittitque et non vult laborare,
nec pigritiæ cedens, neque insipientiæ mentis,
sed meque respiciens, et meum exspectans impulsum.
Nunc vero me prior multo surrexit, et mihi astitit:

125 *atque* eum quidem ego præmisi, vocatum quos tu quæris.
Verum eamus: illos vero inveniemus ante portas
inter custodes: ibi enim eos monui ut-congregarentur.

Huic autem respondit deinde Gerenius eques Nestor:
ita nemo ei succensebit, neque non-obsequetur
130 Argivorum, quando aliquem impulerit et hortatus-fuerit.

Sic locutus, induit circa pectora tunicam,
pedibusque sub nitidis ligavit pulcros calceos;
circumque *se* lænam fibula connexuit puniceam,
duplicem, amplam; crispa autem supra-*eam*-florebat lanugo.
135 Sumsit inde validam hastam, præfixam acuto ære;
profectusque-est ire ad naves Achivorum ære-loricatorum.
Primum deinde Ulyssem, Jovi consilio parem,
e somni excitavit Gerenius eques Nestor,
vociferans: illi autem continuo ad animum accessit vox;
140 exivitque tentorio, et ad ipsos verba dixit:

Cur sic ad naves per exercitum soli erratis
noctem per almam? qualis jam necessitas adeo urget?

Huic autem respondit deinde Gerenius eques Nestor:
nobilissime Laertiade, sollertia-pollens Ulysse,
145 ne indigneris: tantus enim dolor oppressit Achivos.
Sed sequere, ut et alium excitemus, quemcunque convenit
consilia agitare, vel fugiendi, vel pugnandi.

Sic dixit: ille vero in-tentorium reversus, ingeniosus Ulysses,
varium circa humeros scutum posuit, ibatque post eos.
150 Iverunt autem ad Tydiden Diomedem: eumque invenerunt
extra tentorium cum armis; circumque socii
dormiebant, sub capitibusque habebant clypeos: hastæ vero ipsis
erectæ in hastili-extremo fixæ-erant; longeque æs
splendebat, velut fulgur patris Jovis. Atque ipse heros
155 dormiebat, substrataque erat *ei* pellis bovis agrestis;
sed sub capite tapes extensus-erat splendidus.
Hunc juxta-stans excitavit Gerenius eques Nestor,
calcando pede movens, ursitque, objurgavitque aperte:

Surge, Tydei fili: quid per-totam-noctem somnum ducis?
160 non audis, ut Trojani in tumulo campi
sedent prope naves, exiguumque adhuc spatium *eos a nobis* distinet?

Sic dixit: ille vero e somno valde celeriter exsiliit,
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

Durissimus es, senex; tu quidem a-labore nunquam cessas.
165 An-non et alii sunt juniores filii Achivorum,
qui deinde unumquemque excitem regum,
quaquaversum obeuntes? tu vero intractabilis es, senex.

Hunc autem rursus allocutus-est Gerenius eques Nestor:
profecto hæc omnia, amice, recte dixisti.
170 Sunt quidem mihi filii eximii, sunt etiam viri,
ac multi, quorum aliquis obiens *alios* vocare-posset:
verum valde magna necessitas oppressit Achivos.
Nunc enim sane *res* omnibus in novaculæ sita-est acie,
utrum valde triste exitium *fiat* Achivis, an vita.
175 Verum i nunc, Ajacem *Oilei* velocem, et Phylei filium
excita (tu enim es junior), si mei misereris.

Sic dixit: is vero circa humeros induit-sibi pellem leonis
fulvi, magni, talarem; cepitque hastam;
profectusque-est ire; eosque illinc excitatos duxit heros.

180 Quum vero jam ad custodes congregatos pervenissent,
neutiquam dormientes custodum duces invenerunt;
sed vigilanter cum armis sedebant omnes.
Sicut autem canes circum oves difficulter-custodiunt in caula,
feram audientes ferocem, quæ per silvam
185 veniat de montibus, multusque strepitus super ea
virorum *est* et canum: atque ipsis somnus periit:
sic horum suavis somnus a palpebris perierat,
per-noctem excubias-agentibus tristem: ad-campum enim semper
conversi-erant, si-quando Trojanos audirent invadentes.
190 Hos autem senex gavisus-est conspicatus, confirmavitque oratione:
[et ipsos compellans verbis alatis allocutus-est:]

Ita nunc, cari filii, excubias agite: ne quem somnus
capiat, ne gaudium fiamus hostibus.

Sic locutus, fossam transiit: illi vero simul sequebantur,
195 Argivorum reges, quotquot vocati-erant ad-consilium.
Cum his autem Meriones et Nestoris clarus filius
iverunt: ipsi enim *eos* vocarant, ut-secum-consultarent.
Fossam autem transgressi depressam, consederunt
in puro *loco,* ubi per-corpora apparebat spatium *vacuum,*
200 quæ-ceciderant: unde retro conversus-fuerat ingens Hector,
perditis Argivis, quum tandem nox *omnes* circumtegeret.
Ibi considentes, sermonem invicem dicebant.
His autem sermones incepit Gerenius eques Nestor:

O amici, an-non jam aliquis vir confidat suo ipsius
205 animo audaci, ad Trojanos magnanimos
ut-eat? si quem forte hostium capiat in-extremo-*exercitu*-versantem,
vel aliquam forte etiam famam inter Trojanos percipiat
de iis quæ *illi* consultent inter se: utrum cogitent
istic manere apud naves procul, an ad-urbem
210 retro reversuri-sint, quandoquidem domuerint Achivos.

Hæc fortasse omnia audierit, et rursum ad nos redeat
incolumis; magna certe ei sub-cœlo gloria esset
universos apud homines; et ei præmium erit egregium.
Quotquot enim ad-naves imperant principes,
215 horum omnium ei singuli ovem dabunt nigram,
feminam, agnum-ubere-alentem; cui quidem possessio nulla similis;
semper autem in conviviis et epulis aderit.

Sic dixit: illi vero omnes obmutuerunt silentio.
Inter-hos autem jam locutus-est pugna strenuus Diomedes.

220 Nestor, me impellit cor et animus fortis
virorum infestorum ingredi exercitum prope quum-sint,
Trojanorum; sed si quis me vir simul sequatur et alius,
magis (*major*) fiducia et plus-audaciæ erit.
Duobus simul euntibus, etiam alter ante alterum animadvertit,
225 quomodo commodum sit *factu:* solus vero *unus,* etiamsi animadverterit,
tamen ei tardiorque animus, debiliusque consilium.

Sic dixit: illi (*illorum*) vero volebant Diomedem multi sequi:
volebant Ajaces duo, ministri Martis;
volebat Meriones; valde autem volebat Nestoris filius:
230 volebat autem Atrides, hasta-inclytus Menelaus;
volebat audax Ulysses penetrare in-turbam
Trojanorum; semper enim ei in præcordiis animus audebat.
Inter-hos autem jam locutus-est rex virorum Agamemno:

Tydide Diomedes, meo carissime animo,
235 eum quidem sane socium eliges, quem volueris,
eorum-qui-adsunt fortissimum; quandoquidem promti-sunt multi.
Neque tu, verecundatus tuo animo, fortiorem quidem
relinquas, sed ignaviorem comitem eligas, pudori cedens,
ad genus respiciens, ne si quidem imperio-major sit.

240 Sic dixit: timuit autem de flavo Menelao.
Inter-eos autem rursus locutus-est pugna strenuus Diomedes:

Si quidem revera socium jubetis me ipsum eligere,
quomodo tunc Ulyssis ego divini obliviscar?
cujus eximie quidem prudens cor, et animus fortis
245 in omnibus laboribus; amatque ipsum Pallas Minerva.
Eo certe comitante, etiam ex igne ardenti
ambo redierimus, quoniam egregie-scit animadvertere.

Hunc autem vicissim allocutus-est audax divinus Ulysses[TR2]
Tydide, neu me admodum lauda, neu quicquam vitupera;
250 scientes enim hæc inter Argivos loqueris.
Sed eamus; valde enim nox præcipitat, propeque *est* aurora;
stellæ autem jam processerunt, præteriitque plus noctis
duabus partibus, tertia autem adhuc pars reliqua-est.

Sic locuti, armis horrendis se-induerunt.
255 Tydidæ quidem dedit bellum-sustinens Thrasymedes
ensem ancipitem (suus autem apud naves relictus-erat)
et scutum; et ei galeam capiti circumposuit
taurinam, et cono-carentem et -crista, quæ χαταῖτυξ (*humilis fabricâ*)
vocatur, tueturque caput florentium juvenum.
260 Meriones autem Ulyssi dedit arcum atque pharetram,
et ensem; et ei galeam capiti circumposuit,
ex-pelle factam; multis autem intus loris
illigata-erat firmiter; extrinsecus vero candidi dentes
albos-dentes-habentis apri frequentes tenebant hinc et illinc,
265 bene et scite: in-media autem condensata-lana aptata-erat.
Hanc *galeam* quondam ex Eleone Amyntori Ormenidæ
ademerat Autolycus, solidam domum quum-perfregisset:
Scandiam autem dederat Cytherio Amphidamanti;
Amphidamas vero Molo dedit, hospitale-munus ut-esset;
270 hic autem Merioni dedit suo filio gestandam:
ac tunc demum Ulyssis texit caput circumposita.

Hi vero, postquam armis horrendis se-induerant,
profecti-sunt ire, reliquerunt autem illic omnes principes.
His vero dextram misit ardeam prope viam
275 Pallas Minerva; ii tamen *eam* non viderunt oculis,
noctem per tenebrosam, sed clangentem audierunt.
Gavisus-est autem de-ave Ulysses, precatusque-est Minervam:

Audi me, ægidem-tenentis Jovis filia, quæ mihi semper
in omnibus laboribus astas, nec te lateo
280 vadens: nunc rursus maxime me dilige, Minerva:
da autem rursus ad naves *nos* gloriam-adeptos reverti,
patrato magno facinore, quod quidem Trojanis curam-injiciat.

Secundus deinde precatus-est pugna strenuus Diomedes:
audi nunc et me, Jovis filia, indomita:
285 comitare me, sicut quum patrem comitabaris Tydeum divinum
ad Thebas, quando pro Achivis legatus ivit;
hos autem ad Asopum reliquerat, ære-loricatos Achivos;
at ipse placidam orationem ferebat Cadmeis
illuc: sed retro abiens valde ardua edidit facinora,
290 tecum (*te favente*), diva dea, quando ei benevola astabas.
Sic nunc mihi lubens asta, et me serva.
Tibi autem ego sacrificabo juvencam anniculam, lata-fronte,
indomitam, quam nondum sub jugum duxit vir:
hanc tibi ego sacrificabo, auro cornibus circumfuso.

295 Sic dixerunt precantes: eosque audivit Pallas Minerva.
Hi autem postquam precati-sunt Jovis filiam magni,
profecti-sunt ire, veluti leones duo, per noctem nigram,

per stragem, per cadavera, perque arma et atrum cruorem.

Verum nec Trojanos fortes sivit Hector
300 dormire, sed simul convocavit omnes principes,
quotquot erant Trojanorum ductores atque moderatores:
his ille convocatis prudens struebat consilium:

Quis mihi hoc opus pollicitus perfecerit,
præmio super magno? merces vero ei sufficiens erit;
305 dabo enim currumque duosque arduis-cervicibus equos,
qui præstantissimi fuerint veloces apud naves Achivorum,
ei quicunque ausus-fuerit (sibique *et* ipsi gloriam reportarit)
ad-naves veloces prope accedere, et explorare
utrum custodiantur naves veloces, sicut antea:
310 an jam, *Achivi,* manibus sub nostris domiti,
de-fuga consilium-agitent inter se, nec velint
noctu excubias-agere, labore fatigati gravi.

Sic dixit: illi vero omnes obmutuerunt silentio.
Erat autem quidam inter Trojanos Dolon, Eumedis filius;
315 præconis divini, dives-auri, dives-æris;
qui specie quidem erat turpis, at pedibus-velox;
atque is solus *filius* erat inter quinque sorores.
Qui quidem tunc Trojanisque et Hectori sermonem dixit:

Hector, me impellit cor et animus fortis
320 ad-naves veloces prope accedere, et explorare.
Verum age, mihi sceptrum attolle, et mihi jura,
vere *te mihi* illosque equos et currus varios ære
daturum, qui ferunt eximium Peliden.
Tibi vero ego non vanus speculator ero, nec infra exspectationem.
325 Eousque enim in exercitum *hostium* penetrabo, donec venero
ad-navem Agamemnoniam, ubi forte erunt principes
consilia agitantes, vel fugiendi, vel pugnandi.

Sic dixit: ille vero in manibus sceptrum sumsit, et ei juravit:
sciat nunc Jupiter ipse, altitonans maritus Junonis,
330 non sane istis equis vir vehetur alius
Trojanorum: sed te dico perpetuo *iis* gavisurum.

Sic dixit, atque perjurium juravit: illum tamen incitavit.
Protinus vero *Dolon* circa humeros posuit curvos arcus;
induitque exterius pellem cani lupi,
335 capitique im*posuit* de-mustelæ-pelle galeam; cepitque acutum jaculum,
profectusque-est ire ad naves ab exercitu: nec erat
venturus a navibus retro, Hectori nuntium ut-referat.
Sed quum jam equorumque et virorum reliquisset cœtum,
ibat per viam acer. Hunc autem animadvertit accedentem
340 nobilis Ulyssis, Diomedemque allocutus-est:

Iste certe, Diomedes ab exercitu *Trojano* venit vir,
haud scio, an navibus explorator nostris,
an aliquod spoliaturus corporum mortuorum.
Verum sinamus ipsum primum præterire *nos* per-campum
345 paululum: deinde vero ipsum aggredientes capiamus
celeriter: sin nos præverterit pedibus,
semper ipsum ad naves ab exercitu compelle
hasta impetens, ne-forte ad urbem effugiat.

Sic igitur locuti, extra viam inter cadavera
350 reclinati-sunt: ille vero celeriter prætercurrit imprudentia.
Sed quum jam abesset *tantum,* quantum sulci sunt
mularum: (hæ enim bobus præstantiores sunt
ad-trahendum in-novali profundo compactile aratrum;)
illi quidem incurrebant: hi vero constitit strepitu audito:
355 sperabat enim in animo, *se* revocaturos socios
e Trojanis venire, rursus Hectore jubente.
Sed quando jam aberant hastæ-jactum, vel etiam minus,
sensit viros hostiles, velociaque genua movit,
ut-fugeret: illi autem confestim *eum* persequi festinarunt.
360 Sicut vero quum acutis-dentibus duos canes, periti venationis,
aut hinnulum, aut leporem urgent constanter usque
locum per silvosum; ille autem præcurrit clamans:
sic hunc Tydides atque urbium-vastator Ulysses
a-populo *suo* interclusum persequebantur constanter usque.
365 Sed quando jam mox esset mixturus-se custodibus,
fugiens ad naves, tum vero robur injecit Minerva
Tydidæ, ut ne-quis Achivorum ære-loricatorum
priorem-se gloriaretur *eum* vulnerasse, ipse vero secundus veniret.
Hasta autem impetens allocutus-est *eum* fortis Diomedes:

370 Vel mane, vel te hasta assequar; nec te puto
diu mea a manu *inferendam* evitaturum certam mortem.

Dixit, et hastam emisit, volens autem aberravit ab-homine:
dexterumque supra humerum bene-politæ hastæ cuspis
in terra fixa-est: ille vero constitit, trepidavitque
375 crepitans-dentibus (stridor autem per os fiebat dentium),
pallidus præ timore. Hi vero anhelantes *eum* assequuti-sunt,
manibusque prenderunt: ille autem lacrimans verbum dixit:

Vivum-me-capite, atque ego me redimam: est enim domi
mihi æsque, aurumque, et ægre-laboratum ferrum:
380 ex-his vobis donabit pater infinitum pretium-liberationis,
si me vivum audierit *esse* apud naves Achivorum.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
confide, nec quicquam tibi mors obversetur-animo:

sed age, mihi hoc dic, et vere narra;
385 quonam sic ad naves ab exercitu vadis solus,
noctem per tenebrosam, quando dormiunt mortales ceteri?
an aliquod spoliaturus corporum mortuorum?
an te Hector misit perspeculatum singula
naves ad cavas? an te ipsum animus impulit?

390 Huic autem respondit dein Dolon, subtusque *ei* tremebant genua:
Multo mihi cum-damno animum seduxit Hector,
qui mihi Pelidæ eximii solidis-ungulis equos
se daturum annuit, et currus varios ære.
Jussit autem me euntem, celerem per noctem nigram.
395 ad-viros infestos prope accedere, et explorare,
utrumne custodiantur naves veloces, sicuti antea;
an jam, manibus sub nostris domiti,
de-fuga consilium-agitetis inter vos, nec velitis
noctu excubias-agere, labore fatigati gravi.

400 Hunc autem subridens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
profecto tibi magna dona appetebat animus,
equos Æacidæ bellicosi: hi vero difficiles *sunt*
viris certe mortalibus domitu, et equitatu,
alii quidem atque Achilli, quem immortalis peperit mater
405 Verum age mihi hoc dic, et vere narra:
ubi nunc huc profectus liquisti Hectorem, pastorem virorum?
ubi vero ei arma jacent Martia? ubi ejus *sunt* equi?
quomodo ceterorum Trojanorum excubiæque et contubernia?
[quæque consultent inter se, *narra;* utrumne cogitent
410 illic manere prope naves procul, an ad-urbem
rursus redituri-sint, quandoquidem domuerunt Achivos?]

Hunc autem rursus allocutus-est Dolon, Eumedis filius:
atqui ego tibi hæc valde vere narrabo:
Hector quidem inter eos, qui consiliarii sunt,
415 consilia agitat, divini ad sepulcrum Ili,
seorsum a strepitu: excubias vero quas quæris, heros,
nullæ certæ tuentur exercitum, neque custodiunt.
Quotquot enim Trojanorum ignis foci *sunt, adhos ii* quibus necessitas *est,*
hi vigilant, excubiasque-agere hortantur
420 inter-se: at contra e-multis-locis-convocati socii
dormiunt; Trojanis enim permittunt custodiam;
non enim ipsis liberi prope sedent, neque uxores.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
quonam-modo nunc, Trojanis permixti equûm-domitoribus
425 dormiunt, an seorsum? expone mihi *hoc,* ut sciam.

Huic autem respondit deinde Dolon, Eumedis filius:
atqui ego etiam hæc valde vere narrabo.
Ad mare quidem Cares et Pæones curvis-arcubus-armati,
et Leleges, et Caucones, divinique Pelasgi.
430 At Thymbram vero *locum* sortiti-sunt Lyci, Mysique superbi,
et Phryges equûm-domitores, et Mæones bellatores-equestres.
Sed cur me hæc percontamini singula?
si enim jam cupitis Trojanorum penetrare in-turbam
Thraces hi seorsum *sunt* novi-advenæ, extremi ceterorum;
435 inter ipsos autem Rhesus rex, filius Eionei.
Cujus quidem pulcerrimos equos vidi atque maximos:
candidiores *sunt* nive, cursu autem ventis pares;
currus vero ei auroque et argento scite elaboratus-est:
arma autem aurea, ingentia, mirabile visu,
440 venit habens: quæ quidem neutiquam mortalibus convenit
viris ferre, sed immortalibus diis.
At me nunc quidem navibus admovete velocibus,
aut me ligatum, relinquite hic rigido vinculo,
donec redieritis, et experti-fueritis-de-me,
445 utrum ad veritatem dixerim apud vos, an etiam secus.

Ilum autem torve intuens allocutus-est fortis Diomedes:
ne vero mihi effugium, Dolon, meditare animo,
bona quamquam nuntiasti, quum veneris manus in nostras.
Si enim te nunc pretio-liberarimus, aut dimiserimus,
450 certe et posthac venies celeres ad naves Achivorum,
aut speculaturus, aut aperte pugnaturus:
sin autem meis sub manibus domitus vitam amiseris,
non-amplius posthac tu nocumentum unquam eris Argivis.

Dixit, et ille quidem eum erat, mentum manu crassa
455 prehendens, supplex-oraturus: is autem cervicem mediam percussit,
ense insurgens; et ambos incidit nervos,
loquentisque adeo illius caput pulveri mistum-est.
Ejus autem de-mustelæ-pelle galeam a-capite detraxerunt,
et pellem-lupi, et arcus resilientes, et hastam longam:
460 et hæc-quidem Minervæ prædatrici divinus Ulysses
in-altum sustulit manu, et precans verbum dixit:

Gaude, dea, hisce; te enim primam in Olympo
omnium mortalium invocabimus: sed et insuper
deduc *nos* ad Thracum virorum equosque et contubernia.

465 Sic igitur dixit, et *ista* a-se in-altum sublata
posuit super myricam; conspicuumque signum apposuit,
convellens arundines, myricæque late-frondentes ramos;
ne laterent *eos* redeuntes celerem per noctem nigram.
Ipsi autem ibant ulterius, perque arma et atrum cruorem;

470 statimque ad Thracum virorum cohortem pervenerunt euntes.
Illi autem dormiebant labore fatigati, armaque illis
pulcra juxta ipsos humi deposita-erant, scite, ut-decebat,
triplici-ordine: et juxta eos singulorum bijuges (*bini*) equi.
Rhesus autem in medio dormiebat; juxtaque ipsum veloces equi
475 ex orbe-currus extremo loris ligati-erant.
Hunc autem Ulysses prior conspicatus Diomedi ostendit:

Is tibi, Diomedes, vir *est,* ii vero tibi equi,
quos nobis significavit Dolon, quem occidimus nos.
Verum age jam, exsere validum robur: neque te oportet
480 stare inanem cum armis; sed solve equos:
aut tu viros occide, eruntque-curæ mihi equi.

Sic dixit: illi autem inspiravit robur cæsiis-oculis Minerva:
interficiebatque circumquaque, horumque gemitus ortus-est fœdus,
ense percussorum: rubescebatque sanguine terra.
485 Sicut autem leo pecudibus incustoditis superveniens,
capris, vel ovibus, mala machinans irruit:
sic quidem Thracas viros invadebat Tydei filius,
donec duodecim interfecisset: at ingeniosus Ulysses,
quemcunque Tydides ense percussisset astans,
490 hunc Ulysses pone prehensum pede extrahebat,
hæc cogitans in animo, ut pulcris-jubis equi
facile transirent, neu tremiscerent animo
super-cadavera gradientes; insueti-erant enim adhuc eorum.
Sed quum jam regem assequutus-esset Tydei filius,
495 hunc decimum-tertium dulci anima privavit,
suspirantem: malum enim somnium capiti institit.
[illa nocte, Œnidae filus, per consilium Minervæ.]
Interea vero audax Ulysses solvebat solidis-ungulis equos
colligavitque loris, et eduxit e-turba,
500 arcu percutiens, quia non scuticam splendidam
varia ex sella *currus* cogitarat manibus sumere:
sibilavit autem deinde, significans Diomedi divino.

At is meditabatur manens, quid audacius patraret;
an ipse currum prehensum, ubi varia arma jacebant,
505 temone extraheret, exportaretve in-altum sublatum;
an-potius adhuc pluribus Thracibus animam eriperet.
Dum ille hæc volvebat in mente, interim Minerva
prope astans allocutus-est Diomedem divinum:

Reditus jam memento, magnanimi Tydei fili,
510 naves ad cavas: ne et fugatus *eo* venias;
ne forte quis etiam Trojanos excitet deus alius.

Sic dixit: ille vero sensit deæ vocem locutæ;

confestimque equos conscendit: verberabat autem Ulysses
arcu; hique volabant celeres ad naves Achivorum.

515 Nec-vero irritam-speculationem egerat argenteo-Arcu Apollo,
ut vidit Minervam Tydei filium comitantem:
ei irascens, Trojanorum ingressus-est magnum exercitum;
excitavitque Thracum consiliarium Hippocoontem,
Rhesi consobrinum fortem. Hic vero e somno exsiliens,
520 ut vidit locum vacuum, ubi steterant veloces equi,
virosque palpitantes inter fœdas strages,
ejulavitque ilico, carumque voce-ciebat sodalem.
Troum autem clangorque et immensus ortus-est tumultus
irruentium simul; spectabantque-admirabundi ardua facinora,
525 quæ viri quum-patrassent, abierant cavas ad naves.

Illi vero quum jam *eo* pervenissent, ubi speculatorem Hectoris occiderant,
ibi Ulysses quidem cohibuit, Jovi carus, veloces equos;
Tydides vero in-terram desiliens, spolia cruenta
in manibus Ulyssi posuit: conscenditque equos.
530 Percussit autem equos, ii vero non inviti volabant.
[naves ad cavas: illuc enim *ire* gratum erat animo.]
Nestor autem primus sonitum audivit, dixitque:

O amici, Argivorum ductores et principes,
mentiar, an verum dicam? jubet autem me *dicere* animus.
535 Equorum mihi pedibus-velocium sonitus aures circumferit.
Utinam vero Ulyssesque et fortis Diomedes
huc protinus e Trojanis agant solidis-ungulis equos:
sed graviter timeo in mente, ne-quid passi-sint
Argivorum illi fortissimi a Trojanorum turba.

540 Nondum totus dictus-erat sermo, quum advenerunt ipsi.
Et illi quidem descenderunt in terram: hi vero gavisi
dextris salutabant, verbisque blandis.
Primus autem interrogabat Gerenius eques Nestor:

Dic age mihi, o laudatissime Ulysse, ingens gloria Achivorum,
545 quomodo hosce equos ceperitis: penetrantes in-turbam
Trojanorum? an aliquis illos præbuit deus obviam-veniens?
profecto vehementer radiis similes solis!
Semper quidem Trojanis immisceor, neque certe aio
manere-me apud naves, senex licet sim bellator:
550 attamen nondum tales equos vidi, neque animadverti.
Sed aliquem vobis puto dedisse deum obvium-factum:
ambos enim vos diligit nubes-cogens Jupiter,
filiaque ægidem-tenentis Jovis, cæsiis-oculis Minerva.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:

555 o Nestor Neleide, ingens gloria Achivorum;
facile deus quidem volens etiam meliores, quam hi *sunt,*
equos donaverit, quoniam multo potentiores sunt *dii.*
Equi autem hi, senex, novi-advenæ, de-quibus quæris,
Thracii *sunt:* qui autem ipsos regebat *eum* strenuus Diomedes
560 occidit, juxtaque socios duodecim omnes principes.
Decimum-tertium autem speculatorem interfecimus prope naves,
quem quidem, explorator exercitus ut-esset nostri,
Hectorque miserat et alii Trojani illustres.

Sic fatus, fossam transcendere-fecit solidis-ungulis equos,
565 gaudio-exsultans; unaque ceteri ibant gaudentes Achivi.
Hi autem quum ad Tydidæ tentorium bene-structum pervenissent,
equos quidem alligarunt scite-sectis loris
præsepe ad equinum, ubi quidem Diomedis equi
stabant veloces-pedibus, dulce triticum edentes.
570 Navis autem in puppi spolia cruenta Dolonis
posuit Ulysses, donec sacrum pararent Minervæ.
Ipsi vero sudorem multum abluebant mari,
ingressi, cruraque, et cervicem, circa et femora.
Ac postquam ipsis unda maris sudorem multum
575 abluerat a corpore, et recreati-erant suo corde,
in solia-balneatoria ingressi bene-polita, lavabant.
Inde lauti et uncti pingui oleo,
epulis assidebant; e cratere autem Minervæ
pleno haustum libabant dulce vinum.

[TR1] "Menelaus" → "Menelaus:"
[TR2] "Ulysses" → "Ulysses."

Iliadis XI.—Agamemnonis principatus.

ARGUMENT: THE THIRD BATTLE, AND THE ACTS OF AGAMEMNON.

Agamemnon, having armed himself, leads the Grecians to battle; Hector prepares the Trojans to receive them, while Jupiter, Juno, and Minerva give the signals of war. Agamemnon bears all before him and Hector is commanded by Jupiter (who sends Iris for that purpose) to decline the engagement, till the king shall be wounded and retire from the field. He then makes a great slaughter of the enemy. Ulysses and Diomed put a stop to him for a time but the latter, being wounded by Paris, is obliged to desert his companion, who is encompassed by the Trojans, wounded, and in the utmost danger, till Menelaus and Ajax rescue him. Hector comes against Ajax, but that hero alone opposes multitudes, and rallies the Greeks. In the meantime Machaon, in the other wing of the army, is pierced with an arrow by Paris, and carried from the fight in

Nestor's chariot. Achilles (who overlooked the action from his ship) sent Patroclus to inquire which of the Greeks was wounded in that manner; Nestor entertains him in his tent with an account of the accidents of the day, and a long recital of some former wars which he remembered, tending to put Patroclus upon persuading Achilles to fight for his countrymen, or at least to permit him to do it, clad in Achilles' armour. Patroclus, on his return, meets Eurypylus also wounded, and assists him in that distress.

This book opens with the eight and-twentieth day of the poem, and the same day, with its various actions and adventures is extended through the twelfth, thirteenth, fourteenth, fifteenth, sixteenth, seventeenth, and part of the eighteenth books. The scene lies in the field near the monument of Ilus.

TEXT:

1 Aurora autem e lectis a pulcro Tithono
surgebat, ut immortalibus lucem ferret ac mortalibus:
Jupiter vero Discordiam misit celeres ad naves Achivorum
luctuosam, belli signum in manibus habentem.
5 Stetit autem *ea* in Ulyssis ingenti navi nigra,
quæ in medio erat, ut exaudiatur-clamans in-utramque-partem,
et ad Ajacis tentoria Telamonii,
et ad Achillis: qui ad-extrema-latera naves æquales
subduxerant, virtute freti et robore manuum.
10 Illic stans clamavit dea altumque horrendumque,
intentissima-voce, Achivisque magnum robur injecit cuique
in-cor, indesinenter ut-bellarent et pugnarent.
[His autem statim bellum dulcius factum est, quam redire
in navibus cavis dilectam in patriam terram.]

15 Atrides vero clamavit et accingi jussit
Argivos; atque ipse induit splendidum æs.
Ocreas quidem primum circa tibias posuit
pulcras, argenteis fibulis apte-junctas:
deinde autem loricam circa pectora induebat,
20 quem olim ei Cinyras dedit, hospitale-munus ut-esset.[TR1]
Audiebatur enim ad Cyprum *usque* magna fama, quod Achivi
ad Trojam navibus navigaturi essent:
quamobrem ei hunc dedit, gratificans regi.
Atque hujus decem quidem virgæ erant nigri cyani,
25 duodecim autem auri, et viginti stanni:
cærulei vero dracones erecti-erant ad collum,
tres ab-utraque-parte, arcubus similes, quos Saturnius
in nube fixit, ostentum articulate-loquentibus hominibus.
Circa humeros autem sibi-jecit ensem: in eo vero clavi
30 aurei collucebant; at circùm vagina erat

argentea, aureis loris apta.
Sustulit autem totum-hominem-operiens, pervarium scutum validum,
pulcrum, circum quod orbes decem ærei erant:
inque eo umbones erant viginti, ex-stanno
35 candidi, et in mediis erat *unus* ex-nigro cyano.
Super eo autem Gorgo trux-oculis in-margine-facta-erat,
horrendum spectans; et circum, Terrorque et Fuga.
Ex eo argento-inductum lorum erat (*exibat*); ac supra istud
cæruleus sinuabatur draco, capitaque ei erant
40 tria *collis* in-orbem-curvatis, una cervice enata.
Capiti vero conis-circumdatam galeam imposuit, quatuor-conis-,
setis-equinis-instructam: horrendum autem crista desuper nutabat.
Sumsit inde validas hastas duas, munitas ære,
acutas: longe autem æs ab ipsis ad-cœlum usque
45 splendebat; insuperque sonitum-edidere (*tonarunt*) Minervaque et Juno,
honorantes regem divitis-auro Mycenes.

Aurigæ deinde suo præcipiebat unusquisque,
equos bene ex ordine ut-teneret illic ad fossam:
ipsi vero pedibus, cum armis, loricati
50 alacres-ruebant: immensus vero clamor ortus-est ante auroram.
Et anteverterunt multum equites (*currus*), ad fossam instructi;
equites vero paullo post-sequebantur; in *iis* autem tumultum
concitavit malum Saturnius, ex-altoque demisit rores
sanguine madidos ex æthere, quod esset
55 multa fortia capita Orco demissurus.

Troes vero rursus ex-altera-parte *erupere* super tumulo campi,
Hectoremque circa magnum, et eximium Polydamantem,
Æneamque, qui in-Trojanis ut deus honorabatur a populo,
tresque Antenoridas, Polybum et Agenorem divinum,
60 juvenemque Acamantem, similem immortalibus.
Hecto vero inter primos ferebat clypeum undique æqualem.
Qualis autem e nubibus apparet exitialis stella,
aliquando collucens, interdum vero rursus subit nubes opacas:
sic Hector modo quidem inter primos apparebat,
65 modo autem inter extremos, imperans; totus vero ære
splendebat, veluti fulgur patris Jovis ægidem-tenentis.

Illi autem, velut messores oppositi invicem
sulcum *metendo* ducunt, viri locupletis per agrum,
tritici, vel hordei; ac manipuli crebri cadunt;
70 sic Trojani et Achivi in se-invicem insilientes
cædebant; neutrique recordabantur perniciosæ fugæ:
paria autem in-pugna capita ferebant: ipsi vero, luporum instar,
ruebant. Discordia utique gaudebat luctuosa aspiciens;
sola enim deorum aderat pugnantibus:

75 at ceteri non illis aderant dii, sed quieti
suis in ædibus sedebant, ubi singulis
domus pulcræ ædificatæ-erant per valles Olympi.
Omnes autem accusabant atras-nubes-cogentem Saturnium,
eo-quod Trojanis volebat gloriam præbere.
80 Horum quidem nullam rationem-habebat pater: sed seorsum abscedens
a-ceteris procul sedebat, gloria exsultans,
inspiciens Trojanorumque urbem et naves Achivorum,
ærisque fulgorem, interimentesque, intereuntesque.

Quamdiu quidem mane erat et crescebat sacer dies,
85 tamdiu valde utrosque tela attingebant, cadebatque populus:
quo-tempore vero lignator vir apparavit prandium
montis in saltibus, postquam satiaverat manus
cædendo arbores altas, satietasque eum cepit animo,
cibique dulci circum præcordia desiderium occupat:
90 tunc sua virtute Danai perfregerunt phalanges,
adhortantes socios per ordines. In *iis* autem Agamemno
primus insiliit; interfecitque virum Bianorem, pastorem hominum,
ipsum, dein vero socium, Oileum agitatorem-equorum.
Nempe hic ab equis desiliens, *ipsi* adversus stetit;
95 hunc autem recta irruentem in-fronte acuta hasta
percussit, nec galea hastam ei cohibuit ære-gravis,
sed per ipsam penetravit et os, cerebrumque
intus totum concussum-est: domuit vero ipsum irruentem.
Et hos quidem reliquit illic rex virorum Agamemno,
100 pectoribus totis-apparentes, quum exuerit *ipsis* tunicas:
atque ipse ivit Isumque et Antiphum interfecturus,
filios duos Priami, nothum et legitimum, ambos
in uno curru stantes: nothus quidem aurigabatur,
Antiphus autem pugnabat inclytus: quos olim Achilles
105 Idæ in jugis ligaverat frondibus-teneris, viminibus,
pascentes apud oves nactus; et liberavit pretio.
Jam vero Atrides late-imperans Agamemno
horum alterum supra mammam ad pectus feriit hasta:
Antiphum autem ad aurem percussit ense, dejecitque curru.
110 Festinans vero ab iis detrahebat arma pulcra,
eos agnoscens: etenim ipsos antea apud naves celeres
viderat, quando *eos* ex Ida duxerat pedibus velox Achilles.
Sicut autem leo cervæ velocis parvulos hinnulos
facile confringit, correptos validis dentibus,
115 veniens ad lustrum, teneramque ipsis animam aufert;
illa vero, quamvis sit valde prope, non potest ipsis
opitulari; ipsam enim eam tremor vehemens subit;
confestimque fugit per querceta densa et silvam,
festinans, sudans, violentæ feræ ab impetu:

120 sic igitur illis nemo potuit arcere perniciem
Trojanorum, sed et ipsi sub Argivis percellebantur.

Porro ille Pisandrumque et Hippolochum fortem,
filios Antimachi bellicosi, qui potissimum,
auro ab-Alexandro accepto, splendidis donis,
125 non sinebat *Trojanos* Helenam reddere flavo Menelao:
hujus jam duos filios cepit rex Agamemno,
in uno curru stantes, simulque agebant veloces equos:
nam iis e manibus fugerant habenæ splendidæ,
ipsique turbati sunt: ille vero contra ruit, ceu leo,
130 Atrides: hi autem de curru supplices-orabant:

Vivos-cape, Atrei fili, tu vero digna accipe pretia-liberationis:
multæ autem in Antimachi ædibus opes jacent,
æsque, aurumque, varieque-elaboratum ferrum:
ex-his tibi donaverit pater infinitum liberationis-pretium,
135 si nos vivos audierit *esse* apud naves Achivorum.

Sic hi flentes allocuti-sunt regem
blandis verbis: non-blandam vero vocem audiverunt:

Si igitur Antimachi bellicosi filii estis,
qui quondam in Trojanorum concione Menelaum jubebat,
140 legatum profectum cum pari-deo Ulysse,
illic interfici, nec dimitti rursum ad Achivos:
nunc profecto *vestri* patris indignam luetis injuriam.

Dixit, et Pisandrum quidem ab equis dejecit humi,
hasta percussum ad pectus; ille autem supinus solo allisus-est.
145 Hippolochus vero desiliit, quem porro humi interfecit,
manibus gladio abscissis, et cervice amputata:
mortariique instar proturbavit volvendum per turbam.
Hos quidem reliquit: ipse vero, ubi plurimæ turbabantur phalanges,
illuc irruebat, simulque alii bene-ocreati Achivi.
150 Pedites quidem pedites interficiebant, fugientes necessitate,
equites vero equites (sub ipsis autem excitatus-est pulvis
e campo, quem excitabant grave-strepentes pedes equorum),
ære invadentes. At rex Agamemno
semper cædens insequebatur, Argivos adhortans.
155 Ut vero quum ignis edax in incæduam inciderit silvam,
et quoquoversus contorquens ventus *eum* differt, ac rami
curm stirpibus cadunt, impulsi ignis impetu:
sic sub Atrida Agamemnone cadebant capita
Trojanorum fugientium, multique arduis-cervicibus equi
160 vacuos currus cum-strepitu-rapiebant per pugnæ semitas,
aurigas desiderantes eximios: illi vero in terra
jacebant, vulturibus longe gratiores, quam uxoribus.

Hectorem vero extra tela subduxit Jupiter extraque pulverem,
extraque virûm cædem, extraque sanguinem, extraque tumultum;
165 Atrides autem insequebatur, vehementer Danaos adhortans.
Isti autem ad Ili sepulcrum veteris Dardanidæ,
medium per campum, juxta caprificum ruebant,
cupidi urbis; hic vero clamans sequebatur usque,
Atrides, cruoreque-pulveri-mixto fœdabatur manibus invictis.
170 Sed quum jam ad-Scæasque portas et fagum venissent,
ibi tandem constiterunt et alii-alios exspectabant.
Alii vero adhuc per medium campum fugabantur, boum instar
quas leo territas-fugavit, invadens nocte intempesta,
omnes; sed uni apparet certum exitium:
175 hujus cervicem fregit, correptæ validis dentibus,
primum; deinde etiam et sanguinem et viscera omnia haurit;
sic hos Atrides insequebatur rex Agamemno,
semper occidens postremum: illi autem fugiebant,
multique et (*vel*) proni et (*vel*) supini excidebant curribus,
180 Atridæ sub manibus; supra-modum enim proruebat hasta.
At quum jam forte esset ad urbem altumque murum
perventurus, tum vero pater hominumque deorumque
Idæ in cacuminibus resedit scaturientis,
de-cœlo descendens: tenebat autem fulgur in manibus;
185 Irin vero excitavit aureas-alas-habentem, nuntiaturum:

Vade age, Iri velox, hoc Hectori verbum dic.
Quamdiu quidem videat Agamemnonem, pastorem virorum,
irruentem inter primos-pugnatores, perdentem ordines virorum,
tamdiu *ipse quidem* recedat, ceterum autem populum hortetur
190 pugnare cum-hostibus per asperum prælium.
Sed postquam *iste* vel hasta percussus, vel ictus sagitta,
in currum saliet: tunc ei robur immittam,
ut-cædat, donec ad-naves bonis-transtris-instructas pervenerit,
occideritque sol, et tenebræ sacræ supervenerint.

195 Sic dixit: nec non-obsecuta-est pedibus-ut-ventus velox Iris,[TR2]
descendit autem de Idæis montibus Ilium versus sacram;
invenitque filium Priami bellicosi, Hectorem divinum,
stantem inque equis et curribus coagmentatis;
prope vero astans allocuta-est pedibus velox Iris:

200 Hector, fili Priami, Jovi consilio par,
Jupiter me pater demisit, tibi hæc ut-loquerer.
Quamdiu quidem videas Agamemnonem, pastorem virorum,
irruentem inter primos-pugnatores, perdentem ordines virorum,
tamdiu cede pugna, ceterum autem populum hortare
205 pugnare cum-hostibus per asperum prælium.
Sed postquam *iste* vel hasta percussus, vel ictus sagitta,

in currum saliet, tunc tibi robur immittet,
ut-cædas, donec ad-naves bonis-transtris-instructas perveneris,
occideritque sol, et tenebræ sacræ supervenerint.

210 Hæc quidem sic locuta abiit, pedibus velox Iris.
Hector autem de curribus cum armis desiliit humum,
vibransque acutas hastas, per exercitum ibat quoquoversum,
concitans ad-pugnandum: suscitavitque prælium grave.
Illi vero conversi sunt *a fuga,* et adversi steterunt Achivis;
215 Argivi autem ex-altera-parte corroborarunt phalanges:
restitutaque-est pugna; et stetere adversi: in *iis* vero Agamemno
primus irruit; cupiit autem longe pugnare-ante omnes.

Dicite nunc mihi, Musæ, cœlestes domos tenentes,
quisnam tum primus Agamemnoni obvius venerit,
220 seu ipsorum Trojanorum, seu inclytorum sociorum.

Iphidamas Antenorides, fortisque magnusque,
qui fuit-educatus in Thracia glebosa, matre ovium:
Cisseus hunc educavit in ædibus *suis* parvulum,
avus-maternus, qui genuit Theano pulcris-genis.
225 Ac postquam pubertatis gloriosæ pervenit ad-mensuram,
illic eum detinuit; deditque ei (is) filiam suam;
ductâ autem, e thalamo fama secutus-est Achivorum,
cum duodecim navibus recurvis, quæ eum sequebantur:
has quidem deinde in Percote reliquit, naves æquales:
230 atque ipse pedes (*pedestri itinere*) ad Ilium venerat;
qui nunc Atridæ Agamemnoni obvius venit.
Illi autem ut jam prope erant alterum-alter invadentes,
Atrides quidem aberravit, et ei aversa-est hasta.
Iphidamas vero ad zonam, loricam subter, *illum*
235 percussit; et ipse cum-nisu-impressit *hastam,* robusta manu fretus:
nec perforavit balteum pervarium, sed longe ante
argento occurrens, plumbi instar, retusa-est hastæ-cuspis.
Et hanc quidem manu prehensam late-dominans Agamemno
trahebat ad se promtus, veluti leo: eque manu ejus
240 evulsit: ipsi autem ense feriit cervicem, solvitque membra.
Sic is quidem illic lapsus dormivit æreum somnum,
miserandus, procul-a ducta uxore, civibus auxilians,
ingenua, cujus nondum gratiam perceperat, multa vero dederat:
primum centum boves dederat, dein autem mille promiserat
245 capras simul et oves, quæ ei innumeræ pascebantur.
Tum vero Atrides Agamemno *eum* interfectum-spoliavit;
abiitque ferens per turbam Achivorum arma pulcra.

Hunc autem ut vidit Coon, præclarus inter-viros,
major-natu Antenorides, vehemens ei dolor
250 oculos cooperuit, ob-fratrem prostratum.

Stetit vero oblique cum hasta, latens Agamemnonem divinum,
percussitque eum in brachio medio, cubitum infra;
in-contrariamque-partem perrupit splendidæ hastæ cuspis.
Cohorruit autem inde rex virorum Agamemno;
255 at ne sic quidem cessavit a-pugna atque prælio:
sed irruit in-Coonem, tenens ventis-altam (*velocem*) hastam.
Nempe ille Iphidamanta fratrem et ejusdem-patris
trahebat pede festinans, et inclamabat quosque fortissimos:
illum autem trahentem per turbam sub clypeo umbone-munito
260 vulneravit *Agamemno* hastili ærato, solvitque *ei* membra;
ejusque super Iphidamante caput abscidit astans.
Illic Antenoris filii, sub Atrida rege
fatum explentes, descenderunt in domum Orci.

Sic hic alterorum obibat ordines virorum,
265 *pugnans* hastaque, enseque, magnisque saxis,
quamdiu ei sanguis adhuc calidus exsiliebat e vulnere:
at postquam vulnus siccatum-est, cessavitque sanguis,
acuti dolores subierunt robur Atridæ.
Ut vero quum parturientem tenet *doloris* telum acutum mulierem,
270 acerbum, quod quidem immittunt partuum-præsides Ilithyæ,
Junonis filiæ, amaros dolos habentes (*regentes*):
sic acuti dolores subierunt robur Atridæ.
In currum autem insiliit, et aurigæ præcepit
naves ad cavas currum-agere; cruciabatur enim corde.
275 Clamavit autem intentissima-voce Danais vociferans:

O amici, Argivorum ductores atque principes,
vos quidem nunc a-navibus arcete pontum-transeuntibus
prælium grave; quoniam non me providus Jupiter
sivit cum-Trojanis per-totum-diem pugnare.

280 Sic dixit: auriga autem flagellabat pulcris-jubis equos
naves versus cavas: hi autem non inviti volabant;
spumabantque pectoribus, aspergebanturque subtus pulvere,
laborantem regem a-prælio serosum ferentes.

Hector vero, ut vidit Agamemnonem abeuntem,
285 Trojanosque et Lycios hortabatur, alte vociferans:

Trojani, et Lycii, et Dardani cominus-pugnantes,
viri estote, amici, et mementote impetuosæ fortitudinis.
Abiit vir ille-fortissimus, mihique magnam gloriam dedit
Jupiter Saturnius: sed recta impellite solidis-ungulis equos
290 in-fortes Danaos, ut ampliorem gloriam referatis.

Sic locutus, concitavit robur et animum unius-cujusque.
Ut vero quando aliquis venator canes candidis-dentibus
instigat in silvestrem suem aprum, vel leonem:

sic in Achivos instigabat Trojanos magnanimos
295 Hector Priamides, hominum-perniciei par Marti.
Ipse autem inter primos magnis animis gradiebatur:
irruebatque in-prælium, desuper-flanti similis procellæ,
quæ desiliens violaceum pontum concitat.

Tunc quem primum, quem vero ultimum interfecit
300 Hector Priamides, quando ei Jupiter gloriam dedit?

Asæum quidem primum, et Autonoum, et Opiten,
et Dolopem Clytiden, et Opheltium, et Agelaum,
Æsymnumque, Orumque, et Hipponoum bellicosum.
Hos quidem ille principes Danaorum interfecit; ac deinde
305 plebem: veluti quum nubes Zephyrus agitet
velocis Noti, ingenti vortice-imbrifero verberans:
creber autem tumidus fluctus volvitur, in-altumque spuma
spargitur a venti multivago flatu:
sic igitur crebra capita sub Hectore domabantur virorum.

310 Tum vero exitium fuisset, et ineluctabiles res perpetratæ-essent,
et sane in naves incidissent fugientes Achivi,
nisi Tydiden Diomedem hortatus-fuisset Ulysses:

Tydide, quid passi obliti-sumus impetuosæ fortitudinis?
verum age, huc *adsis,* amice; prope me sta: certe enim probrum
315 erit, si naves ceperit galeam-motans Hector.

Eum autem respondens allocutus-est fortis Diomedes:
certe ego manebo et sustinebo: sed parum
nostri erit usus; quoniam nubes-cogens Jupiter
Trojanis jam mavult dare victoriam, quam nobis.

320 Dixit, et Thymbræum quidem ab equis dejecit humum,
hasta percussum ad mammam sinistram: atque Ulysses
deo-parem famulum, Molionem, illius regis.
Hos quidem dein liquerunt, quando *eos* a-pugna cessare fecerant,
ipsi autem per turbam euntes turbabant, sicut quando apri-duo
325 in canes venaticos magnis nimis irruunt:
sic *hi* perdebant Trojanos conversi-*a-fuga*-ruentes: atque Achivi
læte respirabant, qui-fugerant Hectorem divinum.

Tunc *iidem* cepere currumque et viros-duos, populi-fortissimos,
filios duos Meropis Percosii, qui supra omnes
330 norat vaticinandi-artes, nec suos filios sinebat
proficisci ad bellum viros-perdens: illi vero ei neutiquam
paruerunt; Fata enim *eos* ducebant nigræ mortis.
Hos quidem Tydides, hasta-inclytus Diomedes,
animo et vita privatos, inclytis armis spoliavit:
335 Hippodamum vero Ulysses et Hyperochum interfecit.

Tunc illis ex æquali pugnam tendit Saturnius,

ex Ida despiciens: hi vero sese-invicem occidebant.
Ac-quidem Tydei filius Agastrophum vulneravit hasta
Pæoniden heroem, ad coxam: non enim qui equi
340 prope erant ad-profugiendum: erraverat autem valde animo.
Hos enim famulus seorsum tenebat; sed ipse, pedes
ruebat per primos-pugnatores, donec caram perdidit animam.
Hector vero statim *hos* vidit per ordines, ruebatque in ipsos
cum-clangore: simulque Trojanorum sequebantur phalanges.
345 Illum autem conspicatus cohorruit pugna strenuus Diomedes,
statimque Ulyssem allocutus-est prope stantem.

In-nos jam hæc pernicies volvitur, ingens Hector:
verum age jam stemus et arceamus sustinentes.

Dixit, et vibratam emisit longa-umbra hastam,
350 et percussit, neque aberravit, collimans, in-caput,
summam juxta galeam: excussum vero-est ab ære æs,
nec pervenit ad-cutem pulcram: prohibuit enim galea,
triplex, alta-crista, quam ei dederat Phœbus Apollo.
Hector vero velociter procul recurrit, immistusque-est turbæ;
355 constititque in-genua lapsus, et sustentabat-se manu robusta
in-terra: atque oculos nigra nox circumobruit.
Dum vero Tydides ad hastæ currebat jactum (*locum jactus, repetitum eam*),
longe per primos-pugnatores, ubi ei defixa-fuerat in-terram,
interea Hector respiravit, et rursus in currum insiliens,
360 egit in turbam, et evitavit mortem nigram.
Hasta autem irruens allocutus-est *eum* fortis Diomedes:

Rursum nunc effugisti mortem, canis: certe tibi prope
venerat malum; jam autem denuo te eripuit Phœbus Apollo,
cui certe vota-facis, proficiscens in stridorem jaculorum.
365 Verum tandem te conficiam, etiam posterius occurrens,
si forte aliquis et mihi deorum adjutor est:
nunc autem alios persequar, quemcunque deprehenderim.

Dixit, et Pæoniden hasta-inclytum interfectum-spoliabat.[TR3]
At Alexander, Helenæ maritus comas-pulcras-habentis,
370 in-Tydiden arcum tendebat, pastorem virorum,
columnam *sibi* prætentam-habens, a-viris-exstructum ad sepulcrum,
Ili Dardanidæ, prisci senis-honorati.
Atque hic loricam Agastrophi fortis
detrahebat a pectore penitus-variegatam, clypeumque ab-humeris,
375 et cassidem gravem: hic vero arcus cornu retraxit,
et percussit (nec ei irritum telum effugit manu)
plantam dextri pedis: eamque transadigens sagitta
in terram defixa-est: hic autem valde suaviter ridens,
ex insidiis exsiliit, et glorians verbum dixit:

380 Vulneratus-es, nec irritum telum effugit: utinam tibi,
imum in ile jaculatus, vitam eripuissem:
sic et Trojani respirassent a-calamitate,
qui te horrent, leonem velut balantes capræ.

Hunc autem non territus allocutus-est fortis Diomedes:
385 sagittarie, conviciator, cornu (*arcu*) clare, puellarum-spectator,
si quidem jam adversus cum armis periculum-faceres,
non tibi profuturus-esset arcus et crebræ sagittæ:
nunc vero perstricta *mihi* planta pedis, gloriaris inaniter.
Non curo, *perinde* ac-si me mulier percussisset, aut puer insipiens:
390 leve enim *est* telum viri imbellis, nullius-pretii.
Certe aliter a me, etiam si vel paululum attigerit,
acutum telum exit, et exanimem statim reddit:
illiusque, uxoris quidem ambæ-laceratæ sunt genæ,
liberique orbi; ipse autem sanguine terram rubefaciens
395 putrescit: alites vero circa *eum* plures *sunt,* quam mulieres.

Sic dixit: hunc autem Ulysses hasta-inclytus prope veniens
protexit; is vero a-tergo desidens, telum velox
ex pede traxit: dolor autem per corpus ivit gravis.
In currum inde ascendit, et aurigæ præcepit
400 naves versus cavas ut ageret: dolebat enim corde.

Solusque-restitit Ulysses hasta-inclytus, nec quisquam apud ipsum
Argivorum manebat, quoniam timor ceperat omnes:
ingemiscensque dixit ad suum magnum animum:[TR4]

Hei mihi! quid mihi accidet? ingens quidem malum, si fugero,
405 multitudinem metuens: illud autem pejus, si interceptus-fuero
solus: ceteros autem Danaos in-fugam vertit Saturnius.
Sed cur mihi hæc meus disserit animus?
novi enim, quod ignavi quidem recedunt a-pugna:
qui vero strenuus-est in prælio, hunc omnino oportet
410 stare constanter, sive feriatur, sive feriat alium.

Dum is hæc versabat in mente et in animo,
interim Trojanorum ordines supervenere clypeatorum;
concluseruntque in medio, intra se pestem *suam* (*Ulyssem*) collocantes.
Ut vero quando in-caprum undique canes florentesque juvenes
415 incitate-feruntur, ille vero prodit alto ex fruticeto,
acuens album dentem in incurvis malis;
undique autem *in eum* impetum-faciunt; ac stridor dentium
suboritur: illi vero sustinent protinus, horrendus licet sit:
sic tunc undique in Ulyssem, Jovi carum, incitate-ferebantur
420 Trojani. Ille vero primum quidem egregium Deiopiten
vulneravit super humerum, insiliens acuta hasta:
ac deinde Thoonem, et Ennomum interfecit:

Chersidamantem autem deinceps, ab equis desilientem,
hasta ad umbilicum, sub clypeo umbone-munito,
425 vulneravit: is vero in pulverem delapsus, prehendit terram palma.
Hos quidem reliquit: sed Hippasiden Charopem vulneravit hasta,
germanum-fratrem generosi Soci.
Huic autem auxiliaturus Socus venit, par-deo vir:
stetitque valde prope accedens, et eum sermone allocutus-est:

430 O Ulysse laudatissime, dolorum insatiabilis atque laboris,
hodie vel duobus gloriabere-super Hippasidis,
tales viros si-interfeceris, et arma spoliaris;
vel *tu* mea sub hasta ictus animam perdes.

Sic locutus, percussit *eum* ad clypeum undique æqualem
435 per clypeum quidem penetravit splendidum fortis hasta,
et per loricam affabre-factam infixa-est:
omnemque a costis cutem abstulit; nec tamen sivit
Pallas Minerva *eam* misceri visceribus viri.
Sensit autem Ulysses, quod sibi nequaquam telum in letalem *locum* venisset:
440 retroque cedens Socum sermone allocutus est:

Vah! miser, profecto jam te assequitur grave exitium.
Nempe me cessare-fecisti cum Trojanis pugnam;
tibi vero ego hic aio cædem et mortem nigram
die hoc futuram-esse: meaque sub hasta domitum,
445 gloriam mihi daturum, animam vero Plutoni equis-insignibus.

Dixit, et ille quidem in-fugam retro conversus abibat;
ei autem converso, tergo hastam infixit
humerorum in-medio, perque pectora trajecit:
fragoremque-edidit cadens; et insultavit *illi* divinus Ulysses:

450 O Soce, Hippasi fili bellicosi, equûm-domitoris,
occupavit te finis mortis deprehendens, nec effugisti.
Vah! miser, non quidem tibi pater et veneranda mater
oculos deducent mortuo videlicet, sed alites
cruda-vorantes *te* diripient alis crebris circum verberantes:
455 sed ubi *ego* mortuus-fuero, justa-facient mihi divini Achivi.

Sic fatus, Soci bellicosi validam hastam
eque cute *sua* traxit, et clypeo umbone-munito:
sanguis autem ei extracta *hasta* erumpebat, angebatque animam.
Trojani vero magnanimi ut viderunt sanguinem Ulyssis,
460 cohortantes *se* per turbam, in ipsum omnes iverunt.
Verum is retrocedebat, inclamabatque socios:
ter quidem tum clamavit, quantum caput capiebat viri;
ter autem audivit clamantem Marti-carus Menelaus:
confstimque Ajacem allocutus-est prope stantem:

465 Ajax nobilissime, Telamonie, princeps virorum,
circa me Ulyssis audentis-animo venit clamor,
ei similis, ac-si eum violenter-urgerent solum
Trojani, interclusum in acri pugna.
Verum eamus in turbam; opitulari enim *est* melius.
470 Timeo, ne-quid patiatur inter Trojanos solus-relictus,
strenuus quum-sit; magnumque desiderium Danaos subeat.

Sic fatus, ipse quidem præibat, ille vero una sequebatur par-deo vir.
Invenerunt inde Ulyssem Jovi carum; circaque ipsum
Trojani simul-ibant, sicut fulvi thoes in-montibus
475 circa cervum cornutum vulneratum, quem vulneravit vir
sagitta a nervo *missa:* huic quidem evaserat pedibus
fugiens, quamdiu sanguis tepidus et genua movebantur:
sed postquam eum domuerit velox sagitta,
cruda-vorantes eum thoes in montibus dilaniant,
480 in nemore umbroso: atque leonem adducit fortuna
exitialem: thoes quidem diffugiunt, atque hic *eo* vescitur:
sic tunc circa Ulyssem bellicosum, versutum,
Trojani simul-ibant multique et validi: sed ille heros
ruens sua hasta propulsabat crudelem diem.
485 Ajax vero prope accessit, ferens scutum, velut turrim;
stetitque juxta: Trojani autem territi-diffugerunt alio alius.
Atque hunc Menelaus Mavortius eduxit e-turba
manu tenens, donec famulus prope egisset equos.

Ajax autem Trojanis insiliens interfecit Doryclum
490 Priamiden, nothum filium; deinde Pandocum vulneravit;
vulneravit et Lysandrum, et Pyrasum, et Pylarten.
Ut vero quum inundans flumen in-campum decurrit
torrens de montibus, depressus ab-Jovis imbre,
multasque quercus aridas, multasque larices
495 secum-rapit, multumque limum in mare projicit:
sic obibat turbans campum tunc splendidus Ajax,
concidens equosque et viros. Necdum Hector
audierat, quum pugnæ in sinistra-parte præliaretur totius,
ripas juxta fluvii Scamandri; ubi maxime
500 virorum cadebant capita, clamorque immensus exortus-erat,
Nestoremque circa magnum, et Mavortium Idomeneum.
Hector inter hos versabatur, ardua patrans
hastaque equestrique-virtute; juvenumque vastabat phalanges.
Necdum *tamen* cessissent de-via divini Achivi,
505 nisi Alexander, Helenæ maritus comas-pulcras-habentis,
cessare-fecisset a-strenue-pugnando Machaona, pastorem virorum,
sagitta tribus-hamis percussum ad dextrum humerum.
De-hoc nempe pertimuerunt robur spirantes Achivi,

ne-forte eum, pugna inclinata, interficerent.
510 Statim autem Idomeneus allocutus-est Nestorem divinum:

O Nestor Nelide, magna gloria Achivorum,
age, tuos currus conscende, juxtaque Machaon
ascendat: ad navesque celerrime dirige solidis-ungulis equos.
Medicus enim vir multis æquiparandus *est* aliis.
515 [sagittisque excidendis, et mitibus pharmacis inspergendis.]

Sic dixit: nec non-obsecutus-est Gerenius eques Nestor.
Statim autem suos currus conscendit; juxtaque Machaon
ascendit, Æsculapii filius eximii medici:
scuticaque verberabat equos; hi vero non inviti volabant
520 naves versus cavas; eo enim *ire* gratum *iis* erat animo.

Cebriones vero Trojanos turbatos animadvertit,
Hectorem juxta-in-*curru*-stans, et ad hunc *ea* verba dixit:

Hector, nos quidem hic versamur-inter Danaos,
in-extremitate pugnæ horrisonæ: verum ceteri
525 Trojani turbantur promiscue, equique et ipsi.
Ajax autem turbat *eos* Telamonius; bene vero ipsum novi:
latum enim circa humeros gerit scutum: sed et nos
illuc equosque et currum dirigamus, ubi maxime
equites peditesque, perniciosum certamen exhibentes,
530 mutuo-se occidunt; clamor autem immensus exortus-est.

Sic igitur fatus, verberavit pulcris-jubis equos
scutica arguta: illi autem verbera sentientes,
velociter agebant celerem currum inter Trojanos et Achivos,
calcantes cadaveraque et scuta: sanguine autem axis
535 subtus totus fœdabatur et ambitus qui *erant* circa sellam-currus,
quos ab equinis ungulis guttæ aspergebant,
aliæque a canthis. Ille autem cupiebat ingredi turbam
virorum, perrumpereque, insiliens; tumultumque
immisit malum Danais, parumque cessabat ab-hasta *vibranda.*
540 Atque hic alterorum obibat ordines virorum
pugnans hastaque, enseque, magnisque saxis:
Ajacis autem vitabat pugnam Telamonii.
[Jupiter enim ei irascebatur, si cum-fortiori viro pugnaret.]

Jupiter vero Pater Ajaci in-alto-sedens metum incussit:
545 stetit vero *hic* attonitus, in-tergumque scutum rejecit septem bubulis-pellibus-munitum:
territus autem recessit, circumspectans in turba, feræ similis,
subinde-se-convertens, lente genua alternans.
Ut vero fulvum leonem boum a stabulo
rapide-abigebant canesque et viri rustici,
550 qui ipsum non sinunt boum pinguedinem eripere,

per-totam-noctem vigilantes: ille autem carnium cupidus,
recta-irruit: sed nihil proficit: frequentia enim jacula
adversa volant audacibus a manibus,
incensæque faces, quas horrens-recedit, incitatus licet:
555 mane autem seorsum abiit afflicto animo:
sic Ajax tunc a Trojanis afflictus corde
abiit, admodum invitus; valde enim timebat navibus Achivorum.
Ut vero quum asinus agrum præteriens prævaluit pueris
tardus, in-quem jam permulti baculi circum fracti-sunt,
560 tondetque ingressus altam segetem: illi autem pueri
verberant baculis; vis vero infirma *est* ipsorum;
vixque expulerunt, quando quidem se-saturarit pabulo:
sic tum inde Ajacem magnum, Telamonium filium
Trojani magnanimi et e-longinquo-vocati socii,
565 percutientes hastilibus medium scutum, usque sequebantur.
Ajax vero, nunc quidem meminerat impetuosæ fortitudinis,
retro conversus, et cohibebat phalanges
Trojanorum equûm-domitorum: nunc vero vertebat-se ad-fugam;
omnes autem prohibuit *quominus* celeres ad naves irent;
570 ipse vero Trojanorum et Achivorum furebat in-medio
stans; at jacula audacibus a manibus,
alia quidem in scuto magno figebantur, impetu-acta adversa;
multa vero et in-medio-spatio, antequam corpus candidum attingerent,
in terra stabant, cupientia corpore se-saturare.

575 Hunc autem ut vidit Evæmonis præclarus filius,
Eurypylus, crebris oppressum jaculis;
stetit juxta eum accedens, et jaculatus-est hasta splendida,
et percussit Phausiaden Apisaonem, pastorem virorum,
in-jecur subter præcordia, continuoque genua *ei* solvit:
580 Eurypylus autem insiliit, et auferebat arma ab humeris.
Hunc autem ut animadvertit Alexander divinæ-formæ
arma auferentem Apisaonis, statim arcum
adduxit in Eurypylum, et ei percussit femur sagitta
dextrum: fracta-est autem arundo, et gravavit femur.
585 Retro autem sociorum ad agmen recedebat, mortem evitans,
vociferatusque-est alta-voce, Danaos inclamans:

O amici, Argivorum ductores atque principes,
consistite conversi, et arcete sævum diem
ab-Ajace, qui telis obruitur: nec ipsum opinor
590 evasurum ex pugna horrisona; sed omnino contra
consistite, circum Ajacem magnum, Telamonium filium.

Sic dixit Eurypylus vulneratus: illi autem juxta ipsum
propinqui constiterunt, scuta humeris inclinantes,
hastas elevantes. His autem obvius ivit Ajax:

595 stetitque conversus, quando venerat ad-agmen sociorum.
Sic hi quidem pugnabant instar ignis ardentis.

Nestorem vero e prælio ferebant Neleiæ equæ
sudantes; ducebantque Machaonem, pastorem virorum.
Hunc autem prospiciens agnovit pedibus-celer divinus Achilles:
600 stabant enim in extrema ingenti navi,
intuens laborem gravem, fugamque lacrimosam.
Statim vero socium suum Patroclum allocutus-est,
clamans e navi: ille autem ex-tentorio ut-audivit,
prodiit par Marti: mali autem *hoc* ei fuit principium.
605 Hunc prior allocutus-est Menœtii validus filius:

Cur me vocas, Achille? quid autem tibi opus *est* me?
Hunc vero respondens allocutus-est pedibus velox Achilles:

Nobilis Menœtiade, meo carissime animo,
nunc puto ad genua mea constituros Achivos
610 supplicantes: necessitas enim venit non-amplius tolerabilis.
Sed i nunc, Patrocle Jovi care, Nestorem interroga,
quemnam hunc ducat vulneratum e prælio:
certe quidem a-tergo Machaoni omnino similis-videtur
Asclepiadæ, sed non vidi vultum hominis:
615 equi enim me præterierunt ulterius properantes.

Sic dixit: Patroclus autem dilecto obsecutus-est socio,
profectusque-est currens præterque tentoria et naves Achivorum.

Illi vero quum jam ad-tentorium Nelidæ pervenissent,
ipsi quidem descenderunt in terram almam:
620 equas autem Eurymedon famulus solvit senis
e curru: ipsi vero sudorem exsiccabant a-tunicis,
stantes ad ventum in litore maris; ac deinde
in-tentorium profecti, in sellis-recubitoriis consederunt.
Iis autem parabat potionem-mixtam comis-pulcris Hecamede,
625 quam abduxerat e Tenedo senex, quum *eam* diripuit Achilles,
filiam Arsinoi magnanimi, quam ei Achivi
electam-dederunt, quoniam consilio præstabat omnibus:
hæc eis primum quidem apposuit mensam
pulcram, pedibus-cyaneis, bene-politam: ac super ea *posuit*
630 æream lancem; et in *ea* cepam, potioni *aptum* obsonium,
ac mel recens, juxtaque farinæ sacræ fructum:
juxta etiam poculum perpulcrum, quod domo attulerat senex,
aureis clavis transfixum; ansæ autem ejus
quatuor erant, binæque columbæ circum singulas
635 aureæ pascebantur; duoque infra fundi erant.
Alius quidem *senex* laborans (*ægre*) submovisset a-mensa,
plenum quando-erat: Nestor vero senex sine-labore tollebat.

In hoc ipsis miscuit mulier, similis deabus,
vino Pramnio, insuper autem caprinum rasit caseum
640 radula ærea, superque farinas albas inspersit;
et bibere jussit, postquam appararat potionem-mixtam.
Illi autem postquam bibentes exemerant peraridam sitim,
sermonibus delectabantur inter se colloquentes:
Patroclus vero foribus astitit, par-deo vir.
645 Hunc autem[TR5] conspicatus senex a sede surrexit splendida,
introque duxit manu prehensum, et considere jussit:
Patroclus autem contra renuebat, dixitque verba:

Non sedendi-tempus est, senex Jovis-alumne, nec mihi persuadebis.
Venerandus, reverendus *est,* qui me misit sciscitatum,
650 quemnam hunc ducas vulneratum: quin et ipse
agnosco; videoque Machaonem, pastorem virorum.
Nunc vero rem dicturus, nuntius redibo Achilli;
bene autem tu nosti, senex Jovis-alumne, qualis ille
difficilis vir; cito vel insontem culpaverit.

655 Huic autem respondit deinde Gerenius eques Nestor:
quid tandem sic Achilles miseratur filios Achivorum,
qui jam telis vulnerati-sunt? neque novit
luctus quantum excitatum-sit per exercitum: nam fortissimi
in navibus jacent, eminus-cominusque-vulnerati.
660 Percussus-est quidem Tydides, fortis Diomedes;
vulneratus-est Ulysses hasta-inclytus, et Agamemno:
[percussusque et Eurypylus ad femur sagitta:]
hunc autem alterum ego modo abduxi e bello,
sagitta a nervo percussum. At Achilles,
665 strenuus quum-sit, Danaorum non curam-agit nec miseretur.
An exspectat, donec jam naves veloces prope mare,
Argivis invitis (*frustra resistentibus*), igne hostili comburantur,
ipsique interficiamur alii-super-alios? non enim mea vis
est, qualis antea erat in agilibus membris.
670 Utinam sic pubescerem, roburque mihi firmum esset,
sicut quando inter-Eleos et nos certamen ortum-est
de boum-abactione, quando ego interfeci Itymoneum,
fortem Hyperochiden, qui in Elide habitabat,
pignora auferens. Ille vero vim-propulsans a-suis bobus,
675 percussus-est inter primos mea a manu, jaculo;
et concidit, virique trepidi-diffugerunt agrestes.
Prædam autem ex campo coegimus valde multam,
quinquaginta boum armenta, totidem greges ovium,
tot suum greges, tot greges latos caprarum:
680 equasque flavas centum et quinquaginta,
omnes feminas; multis etiam pulli suberant.

Et hæc quidem abegimus Pylum Neleïum intro,
nocturni, in urbem: lætatus-est autem animo Neleus,
quoniam mihi contigere multa, juveni ad-bellum profecto.
685 Præcones autem argute-edixerunt, cum aurora illucescente,
illi ut-advenirent, quibus debitum deberetur in Elide divina:
ac congregati Pyliorum principes viri
dividebant: multis enim Epei debitum debebant, *potentiores,*
quia nos, pauci, *ab iis* male-habiti in Pylo eramus.
690 Veniens enim *nos* afllixerat vis Herculea (*Hercules*),
superioribus annis: interfectique-fuerant quotquot optimi.
Duodecim enim Nelei eximii filii eramus,
quorum solus relictus-sum; ceteri autem omnes perierunt.
His animo-elati Epei ære-loricati,
695 nos insultantes, iniqua moliti-erant.
Sed senex armentumque boum et gregem magnum ovium
sibi-exemit, electis trecentis, atque pastoribus.
Etenim ipsi debitum magnum debebatur in Elide divina,
quatuor in-cursu-victores equi cum-ipsis curribus,
700 qui-ierant ad præmia *reportanda;* de tripode enim erant
cursu-certaturi; eos autem illic rex virorum Augeas
detinuerat; atque aurigam dimiserat, tristem ob-equos.
Ob-hæc senex dicta iratus atque facta,
exemit-sibi admodum multa, sed reliqua in populum dedit.
705 [dividenda, ne-quis ab-eo fraudatus abiret æqua *portione*.]
Nos quidem hæc singula administrabamus, perque urbem
faciebamus sacra diis: illi vero tertio die omnes
venerunt simul ipsique multi et solidis-ungulis equi,
cum-universis-copiis: cumque ipsis Moliones-duo arma-induerant,
710 pueri adhuc, nondum perquam scientes impetuosæ fortitudinis.
Est autem quædam Thryoessa urbs, ardua altitudo,
procul ad Alpheum, extrema Pyli arenosi:
hanc obsidebant, evertendæ cupidi.
Sed quum totum campum transissent, nobis Minerva
715 nuntia venit currens ab Olympo, ut-armaremur,
nocturna, nec invitum per Pylum populum congregavit,
sed valde incitatos-cupiditate pugnandi. Sed-non me Neleus
sinebat armari, abscondit autem mihi equos:
nonum enim omnino me existimabat scire bellica opera.
720 Verum etiam sic inter-equites insignis-eram nostros,
pedes licet essem, quoniam sic *me* duxit ad-pugnam Minerva.
Est autem quidam fluvius Minyeius, in mare *se* projiciens,
prope Arenen, ubi exspectavimus Auroram divinam
equites Pyliorum; sed affluebant *interea* agmina peditum.
725 Inde cum-universis copiis, (cum) armis armati,
meridiani pervenimus ad-sacrum fluentum Alphei.

Ibi Jovi quum-fecissemus præpotenti sacra pulcra,
taurumque Alpheo, taurum autem Neptuno *sacrificassemus,*
ac Minervæ oculis-cæsiis bovem gregalem,
730 cœnam deinde sumsimus per exercitum in turmis:
et dormivimus in armis suis quisque
cirucm fluenta fluvii. Sed magnanimi Epei
circumstabant jam urbem, vastare *eam* cupientes:
sed ipsis ante apparuit magnum opus Martis.
735 Quum enim sol lucidus eminuit-supra terram,
congressi-sumus pugna, Jovique supplicantes et Minervæ:
at quando jam Pyliorum et Epeorum exstitit certamen,
primus ego occidi virum, abstulique solidis-ungulis equos,
Mulium bellatorem: gener vero erat Augeæ,
740 maximamque-natu filiam habebat flavam Agameden,
quæ tot pharmaca norat, quot alit lata terra.
Hunc quidem ego accedentem percussi ærata hasta:
prolapsusque-est in pulvere; ego vero in currum insiliens,
steti inter primos-pugnatores. Sed magnanimi Epei
745 territi-fugerunt alio alius, ut viderunt virum cadentem,
ductorem equitum, qui fortissimus-erat pugnando.
At ego irrui, atræ procellæ par:
quinquaginta autem cepi currus, duoque circa unumquemque
viri mordicus prehenderunt solum, mea sub hasta domiti.
750 Et jam Actoriones Moliones juvenes interfecissem,
nisi ipsos pater, late-dominans Terræ-concussor, *Neptunus,*
ex pugna *ereptos* servasset, tectos caligine multa.
Tum Jupiter Pyliis magnam victoriam dedit;
tantisper enim *eos* insequebamur per latum campum,
755 interficientesque ipsos, et arma pulcra colligentes;
donec ad Buprasium tritici-ferax egimus equos,
petramque Oleniam, et *eo,* Alisii *herois* ubi tumulus
vocatur *locus:* unde rursum avertit populum Minerva.
Ibi virum interficiens extremum, *eum* reliqui; atque Achivi
760 retro a Buprasio Pylum-versus agebant veloces equos:
omnes autem gratias-agebant, ex-diis Jovi, Nestorique ex-hominibus.
Talis eram, si-quando eram inter viros. Sed Achilles
solus illa virtute *sua* fruetur: certe ipsum credo
multum postea-doliturum, ubi exercitus perierit.
765 O amice, sane quidem tibi Menœtius sic præcepit
die illo, quo te ex Phthia ad-Agamemnonem misit:
nos autem intus *apud vos* quum-essemus, ego et divinus Ulysses,
omnia plane in ædibus audiebamus, sicut præcipiebat;
ad-Pelei autem veneramus domos habitantibus-commodas,
770 populum cogentes per Achaiam feracem.
Ibi tum heroem Menœtium invenimus intus:

atque te, juxta autem Achillem; senex vero, equûm-agitator Peleus,
pinguia femora adolebat bovis Jovi gaudenti-fulmine,
aulæ in septo: tenebatque aureum poculum,
775 libans nigrum vinum super ardentia sacra.
Vos quidem bovis apparabatis carnes, nos vero tum
stabamus in vestibulo; attonitus autem surrexit Achilles,
introque duxit manu prehensos, atque considere jussit,
dapesque-hospitales abunde apposuit, quas *apponi* hospitibus fas est.
780 Ac postquam saturati-eramus cibo et potu,
ordiebar ego sermonem, hortans vos simul ut-sequamini:
vos autem vehementer volebatis, hi vero ambo multa præceperunt:
Peleus quidem suo filio senex præcepit Achilli,
semper fortissime-se-gerere et superiorem esse aliis:
785 tibi vero rursus sic præcepit Menœtius, Actoris filius:
Fili mi, genere quidem superior est Achilles,
major-natu vero tu es: viribus autem ille multo præstantior:
sed probe ei da prudens consilium, et admone,
et ei præcipe; ille autem obsequetur in bonum quidem.
790 Sic præcepit senex, tu vero oblivisceris. Sed etiam nunc
hæc dicas Achilli bellicoso, si forte obsequatur:
quis vero scit, an ei, cum (*favente*) deo, animum commoveas
admonens? bona autem admonitio est amici.
Si vero aliquod mentibus suis vaticinium evitat,
795 et aliquod ei a Jove dixit veneranda mater, *quominus ipse eat:*
saltem te mittat; simul autem ceteræ copiæ sequantur
Myrmidonum, si forte aliquod lumen (*salus*) Danais fias:
et tibi arma pulcra det ad-prælium gerenda;
si forte te illi assimilantes (*illum esse ob similitudinem credentes*) abstineant pugna
800 Trojani, respirentque Mavortii filii Achivorum
qui-affliguntur: parva autem *est* respiratio a-bello.
Facile vero integri defessos viros in-pugna
repellatis ad urbem a navibus et tentoriis.

Sic dixit: eique animum in pectoribus commovit:
805 profectus-est autem currens præter naves ad Æaciden Achillem.
Sed quum jam prope naves Ulyssis divini
venisset currens Patroclus, ubi eis forumque et jus
erat, qua eis etiam deorum constituta-erant altaria:
illic ei Eurypylus percussus occurrit,
810 generosus Evæmonides, in femore sagitta,
claudicans e pugna; atque humidus defluebat sudor
de-humeris et capite: eque vulnere gravi
sanguis niger scaturiebat: mens tamen firma erat.
Hunc autem intuitus, miseratus-est Menœtii fortis filius,
815 et dolens, verbis alatis *eum* allocutus-est:

Ah miseri, Danaorum ductores et principes:
siccine eratis procul ab-amicis et patria terra
satiaturi in Troja veloces canes alba pinguedine?
sed age mihi hoc dic, Jovis-alumne Eurypyle heros:
820 adhucne fere sustinebunt immanem Hectorem Achivi,
an jam conficientur, ab ipso hasta domiti?

Huic autem Eurypylus vulneratus respondit:
nullum-amplius, nobilissime Patrocle, præsidium Achivis
erit; sed in navibus nigris cadent.
825 Illi enim jam omnes, quotquot ante erant fortissimi,
in navibus jacent eminus- cominusque-vulnerati
manibus sub Trojanorum: horum vero robur augescit usque.
Sed me quidem tu serva, ducens ad navem nigram;
femoreque exscinde sagittam, ab eoque sanguinem nigrum
830 ablue aqua tepida; et lenia medicamenta insperge,
salubria, quæ te ajunt ab Achille doctum-esse,
quem Chiron docuit, justissimus Centaurorum:
medici enim, Podalirius atque Machaon,
hunc quidem in tentoriis puto vulnus habentem,
835 indigentem et ipsum eximii medici,
jacere: alter autem in campo Troum sustinet acrem Martem.

Hunc autem vicissim allocutus-est Menœtii fortis filius:
Quomodo fiant (*quo evadent*) hæc opera? quid agemus, Eurypyle heros?
vado, ut Achilli bellicoso sermonem referam,
840 quem Nestor mandavit Gerenius, custos Achivorum:
attamen ne sic quidem te dimittam afflictum.

Dixit, et in sinu susceptum ferebat pastorem virorum
in tentorium: famulus autem ut-vidit, substravit pelles-bubulas.
Ibi illi porrecto, e femore excidit cultro
845 acutum telum peramarum: ab ipso autem sanguinem atrum
abluit aqua tepida; et radicem immisit amaram,
manibus contritam, dolores-adimentem, quæ ei cunctos
inhibuit dolores: ac vulnus quidem siccatum est, cessavitque sanguis.

[TR1] "ut-esset," → "ut-esset."
[TR2] "Iris" → "Iris,"
[TR3] "spoliabat" → "spoliabat."
[TR4] "animum;" → "animum:"
[TR5] "Hunc aute m" → "Hunc autem."

Iliadis XII.—Pugna ad murum.

ARGUMENT: THE BATTLE AT THE GRECIAN WALL.

The Greeks having retired into their intrenchments, Hector attempts to force them; but it proving impossible to pass the ditch, Polydamas advises to quit their chariots, and manage the attack on foot. The Trojans follow his counsel; and having divided their army into five bodies of foot, begin the assault. But upon the signal of an eagle with a serpent in his talons, which appeared on the left hand of the Trojans, Polydamas endeavours to withdraw them again. This Hector opposes, and continues the attack; in which, after many actions, Sarpedon makes the first breach in the wall. Hector also, casting a stone of vast size, forces open one of the gates, and enters at the head of his troops, who victoriously pursue the Grecians even to their ships.

TEXT:

1 Sic quidem in tentoriis Menœtii fortis filius,
curabat Eurypylum vulneratum; verum pugnabant
Argivi et Trojani catervatim. Neque jam erat *hos*
fossa amplius prohibitura Danaorum, et murus supra
5 latus, quem fecerant pro navibus: circùm autem fossam
duxerant; nec diis dederant inclytas hecatombas;
ut *ille* ipsis navesque veloces et prædam multam
intus continens tueretur: diis autem invitis structus-erat
immortalibus; quocirca etiam nequaquam longum tempus integer erat.
10 Quamdiu quidem Hector vivus erat, et irascebatur Achilles,
et Priami regis non-eversa urbs erat,
tamdiu etiam magnus murus Achivorum integer erat.
At postquam Troum quidem mortui-erant quotquot fortissimi,
multi autem Argiovrum, alii domiti-, alii superstites-erant,
15 eversaque-est Priami urbs decimo anno,
Argivique in navibus dilectam in patriam redierunt:
tum demum inierunt-consilium Neptunus et Apollo,
murum ut-abolerent fluviorum vi immissa,
quotquot ab Idæis montibus in-mare profluunt,
20 Rhesusque, Heptaporusque, Caresusque, Rhodiusque,
Granicusque, et Æsepus, divinusque Scamander,
et Simois, ubi multi clypei-e-bovino-corio et galeæ
deciderant in pulvere, et simideorum genus virorum:
horum omnium eodem ostia convertit Phœbus Apollo,
25 perque-novem-dies in murum immisit *eorum* cursum: pluebat autem Jupiter
continuo, ut citius mari-submersum murum redderet.
Ipse autem Terræ-concussor, tenens manibus tridentem,
præibat; et omnia fundamenta undis emovit
truncorum et lapidum, quæ jecerant laborantes Achivi;
30 planaque fecit *loca* juxta rapidum Hellespontum,

rursusque litus magnum arenis cooperuit,
muro abolito: fluvios autem vertit, ut-redirent
in alveum *suum quisque,* qua ante demittebant pulcre-fluentem aquam.

Ita erant in-posterum Neptunus et Apollo
35 facturi: tum vero pugna clamorque exarsit circa
murum bene-structum; sonitumque-reddebant stipites turrium
percussæ: Argivi vero, Jovis flagello domiti,
naves ad cavas conclusi tenebantur,
Hectorem timentes, violentum auctorem fugæ *hostium:*
40 atque is, sicut antea, pugnabat par turbini.
Ut vero quando interque canes et viros venatores
aper sive leo versatur, *præ* robore truces-oculos-volvens;
illi vero turmatim se ipsos instruentes,
adversi stant, et jaculantur crebra
45 spicula de manibus: ejus autem generosum cor nunquam
pavet, nec fugam-capessit: fortitudo vero ipsum occidit:
crebroque se-convertit, ordines virorum tentans;
quaque fecerit-impetum, ibi cedunt ordines virorum:
sic Hector turbam obiens se-motabat, socios
50 fossam adhortans ut-transcenderent: nec-tamen ei equi
audebant veloces-pedibus: valde vero hinniebant, in summo
labro stantes: absterrebat enim fossa *eos*
lata, nec transilire in-promptu *erat,* nec transitu
erat facilis: præcipitia enim prominentia circa omnem
55 stabant utrinque: desuper autem vallis
acutis munita-erat, quos defixerant filii Achivorum,
densos et magnos, ab-infestis viris munimentum.
Illuc non facile equus bonis-rotis-instructum currum trahens
intrasset; pedites vero cogitabant, si perficere-possent.
60 Tum vero Polydamas audaci Hectori dixit astans:

Hectorque et alii Trojanorum duces ac sociorum;
temere per fossam impellimus veloces equos:
hæc autem admodum difficilis *est* transitu: valli enim in illa
acuti stand, et ad ipsos murus Achivorum:
65 illuc nullo-modo licet descendere, nec pugnare
equitibus: angustiæ enim *sunt,* ubi *eos* sauciatum-iri puto.
Quod si jam omnino *Achivos* mala *ipsis* meditans perdit
Jupiter altitonans, Trojanis autem vult auxiliari,
sane equidem vellem vel statim hoc effectum,
70 inglorios perire *procul* ab Argis hic Achivos:
sin vero conversi-fuerint, repressioque *nostrorum* fiat
a navibus, et fossæ impegerimus profundæ,
non deinceps puto ne nuntium quidem reversurum
retro ad urbem, iterum-conversis *ad pugnam* ab Achivis.

75 Verum agite, sicut ego dixero, obsequamur omnes:
equos quidem famuli contineant prope fossam,
ipsi vero, pedibus, (cum) armis instructi,
Hectorem omnes sequamur conferti: at Achivi
non sustinebunt, siquidem ipsis exitii fines impendent.

80 Sic dixit Polydamas: placebatque Hectori sermo tutus:
statim autem de curribus cum armis desiliit in-terram.
Nec ceteri Trojani in equis convenerunt;
sed omnes desilierunt, ut viderunt Hectorem divinum.
Aurigæ quidem deinde suo præcepit quisque,
85 equos bene ex ordine ut-coercerent illic ad fossam:
ipsi vero in-ordines-digesti, se ipsos instruentes,
in-quinque-agmina dispositi, simul duces sequebantur.

Alii quidem cum Hectore iverunt et eximio Polydamante,
qui plurimi et fortissimi erant, cupiebantque maxime
90 muro rapto cavas ad naves pugnare:
et ipsos Cebriones tertius sequebatur; apud currus autem
alium, Cebrione deteriorem, reliquit Hector.
Alteris vero Paris præerat, et Alcathous, et Agenor:
tertiis autem Helenus et Deiphobus divinus,
95 filii duo Priami; tertiusque erat Asius heros,
Asius Hyrtacides, quem ab-Arisba vexerant equi
rutili, magni, fluvio a Selleente.
At quartorum ductor-erat strenuus filius Anchisæ,
Æneas: cumque eo duo Antenoris filii,
100 Archelochusque Acamasque, pugnæ bene scientes omnis.
Sarpedon vero dux-erat inclytorum sociorum;
assumsitque Glaucum et Mavortium Asteropæum;
hi enim ei visi-sunt eximie esse fortissimi
ceterorum, post se quidem ipsum: ipse vero emicuit etiam præ omnibus.
105 Hi autem ut se-inter-se-junxerant *bene*-factis boum-tergoribus,
ivere recta in-Danaos animosi, nec amplius putabant
eos sustenturos, sed in navibus nigris casuros.

Hinc ceteri Trojani, longeque-vocati socii,
consilio Polydamantis laudatissimi paruerunt;
110 at non Hyrtacides voluit Asius, princeps virorum,
illic relinquere equosque et aurigam famulum:
sed una-cum ipsis accedebat navibus velocibus,
demens: neque enim erat, malum fatum postquam-evitasset,
equis et curribus exsultans, a navibus
115 retro reversurus ad Ilium ventosum:
prius enim eum Fatum infaustum obvolvit
per-hastam Idomenei præclari Deucalionidæ.
Irruit enim navium ad sinistram-partem, qua Achivi

ex campo redibant cum equis et curribus:
120 hac equosque et currum egit, neque portis
invenit acclinatas valvas et longum vectem *immissum:*
sed apertas tenebant viri, si quem sociorum,
e bello fugientem, salvum-reciperent ad naves.
Hac recta animosus equos regebat; hi vero (*sui*) simul sequebantur,
125 acutum clamantes: putabant enim non-amplius Achivos
sustenturos-esse, sed in navibus nigris casuros;
dementes: in portis vero duos viros invenerunt fortissimos,
filios animosos Lapitharum bellicosorum;
alterum quidem, Pirithoi filium, strenuum Polypœten;
130 alterum vero, Leonteum, hominum-perniciei parem Marti:
hi igitur ante portas altas
stabant, ut quando *stant* quercus in-montibus altæ,
quæ-quidem ventum sustinent et pluviam per-dies omnes,
radicibus magnis late-porrectis hærentes:
135 sic igitur hi manibus freti ac viribus,
manebant advenientem magnum Asium, nec fugiebant.
Illi vero recta ad murum bene-structum, tergora-boum arida
ni-altum elevantes, ibant magno *cum* fremitu,
qui erant Asium circa regem, et Iamenum, et Orestem,
140 Asiadenque Adamantem, Thoonemque, Œnomaumque.
Atque hi, *Polypœ et Leonteus,* adhuc quidem bene-ocreatos Achivos
hortabantur, intus dum-erant, pugnare pro navibus:
sed postquam in-murum ruentes animadverterunt
Trojanos, at Danaorum ortus-est clamorque fugaque,
145 *tum* hi-duo erumpentes, ante portas pugnabant,
agrestibus apris similes, qui in montibus
virorum ac canum excipiunt tumultum advenientem,
obliqueque irruentes, circa se frangunt sylvam,
radicitus exscindentes, subtusque stridor dentium
150 oritur, donec aliquis jaculatus vitam *eis* eripuerit:
sic horum resonabat æs in pectoribus lucidum,
adversis *ictibus* percussorum: valde enim fortiter pugnabant,
viris qui superne *erant* freti, ac *propriis* viribus.
Illi vero saxis-missilibus, bene-ædificatis a turribus,
155 jaculabantur, propugnantes sibique ipsis et tentoriis,
navibusque velocibus. Nives autem ut cadunt in-terram,
quas ventus vehementer-flans, nubes opacas agitans,
crebras defundebat in terram almam:
sic horum e manibus tela fluebant, tam Achivorum,
160 quam etiam e Trojanorum *manibus;* galeæ autem circùm raucum sonabant,
percussæ ingentibus-saxis, et clypei umbonibus-muniti.
Tunc vero ingemuitque et sua percussit femora

Asius Hyrtacides, et indignatus verbum dixit:

Jupiter pater, ergo jam et tu mendax factus-es
165 omnino multum: non enim equidem putabam heroas Achivos
sustenturos nostrum robur et manus invictas:
illi vero, ut vespæ in-medio *corpore* variæ, aut apes
nidos sibi-faciunt viam ad lapillosam,
nec relinquunt cavam domum; sed manentes
170 viros venatores, pugnant pro natis:
sic illi non volunt a-portis, etiam *si* duo *tantum* sint,
recedere, antequam vel interficiantur, vel capiantur.

Sic dixit, nec Jovis flexit mentem hæc dicens:
Hectori enim ejus anius volebat gloriam præbere.

175 [Alii autem circa alias pugnam pugnabant portas:
difficile vero me hæc, dei instar, omnia proloqui.
Undique enim circa murum excitatus-est immane-ardens ignis
lapideum: Argivi autem, etiamsi mœsti, necessitate *tamen*
navibus propugnabant: dii vero tristes-erant animo
180 omnes, quotquot Danais in-prælio fautores erant.
Commiserunt autem Lapithæ bellum et pugnam.]

Tum autem Pirithoi filius, fortis Polypœtes,
hasta percussit Damasum, per-galeam æreis-munitam-malis;
neque ærea galea *illam* prohibuit; sed penitus
185 cuspis ærea perrupit os; cerebrum autem
intus totum concussum-est; domuitque ipsum ardentem:
ac deinde Pylonem et Ormenum interfecit.
Filium autem Antimachi Leonteus, soboles Martis,
Hippomachum percussit hasta, ad balteum assecutus.
190 [TR1] autem e vagina extrahens ensem acutum,
Antiphaten quidem primum, impetu-facto per turbam,
percussit cominus; is vero supinus solo allisus-est:
ac dein Menonem, et Iamenum et Orestem,
omnes alios-super-alios admovit terræ almæ.

195 Quamdiu illi hos interfectos-spoliabant armis coruscis,
interea Polydamantem et Hectorem juvenes sequebantur,
qui plurimi et fortissimi erant, ardebantque maxime
murumque perrumpere, et incendere igne naves.
Hi tamen adhuc deliberabant, stantes ad fossam:
200 augurium enim ipsis supervenerat, transire cupientibus,
aquila altivolans, ad sinistram copias arcens,
cruentatum serpentem gestans unguibus, immanem,
vivum, adhuc palpitantem; necdum *is* oblitus-erat pugnæ:
percussit enim ipsam tenentem ad pectus, prope collum,
205 contortus retro; illa autem *eum* a se dimisit in-terram,

dolens angoribus, medioque dejecit in agmine;
ipsaque clangens avolavit *cum* flatibus venti.
Trojani vero cohorruerunt, ut viderunt varium serpentem,
jacentem in mediis, Jovis portentum ægidem-tenentis.
210 Tunc Polydamas audacem Hectorem allocutus-est astans:

Hector, semper quidem fere me increpas in-concionibus,
recta *licet* monentem; quippe nequaquam par-est
civis qui-sit, temere dicere, neque in consilio,
neque unquam in bello, tuam vero potentiam semper augere:
215 nunc autem rursus proloquar, ut mihi videatur esse optimum.
Ne eamus cum-Danais pugnaturi de navibus.
Sic enim eventurum-esse puto, si vere quidem
Trojanis hoc augurium-advenit, transire cupientibus,
aquila altivolans, ad sinistram copias arcens,
220 cruentatum serpentem portans unguibus, immanem,
vivum: cito autem dimisit, antequam ad-caros nidos pervenisset,
neque effecit portans, ut-daret pullis suis.
Sic nos, etiamsi portas et murum Achivorum
perruperimus robore magno, cesserint autem Achivi,
225 non ordine a navibus revertemur per-easdem vias:
multos enim Trojanorum relinquemus, quos Achivi
ære interfecerint, pugnantes pro navibus.
Hac certe interpretatione-responderit augur, qui vere animo
peritus-sit prodigiorum, et ei paruerint populi.

230 Hunc autem torve intuitus allocutus-est galeam-motans Hector:
Polydama, tu quidem non-jam mihi grata hæc dicis:
nosti et aliam sententiam meliorem hac excogitare.
Sin vero revera hanc ex animo dicis,
jam tibi inde dii mentem ademerunt ipsi:
235 qui jubes Jovis quidem altitonantis oblivisci
consiliorum, quæ mihi ipse præstitit et annuit:
tu vero *me* alitibus alas-expandentibus jubes
parere: quos minime moror, neque curo,
sive ad dextram vadant, ad auroramque solemque,
240 sive ad sinistram isti, ad occasum obscurum.
Nos vero magni Jovis pareamus consilio,
qui omnibus mortalibus et immortalibus imperat.
Unum augurium *est* præstantissimum, pugnare pro patria.
Quid-tandem tu times bellum et pugnam?
245 etsi enim ceteri *nos* circum occidamur omnes,
naves ad Argivorum, tibi tamen non timor est pereundi;
non enim tibi *est* cor hostes sustinens nec pugnax.
Si vero tu a-pugna te-abstinebis, vel aliquem alium,
dehortatione-deceptum, verbis avertes a-bellando,

250 statim mea sub hasta percussus animam amittes.

Sic igitur fatus præivit; hi autem una sequebantur
clamore immenso; insuperque Jupiter gaudens-fulmine
excitavit ab Idæis montibus venti procellam,
quæ recta naves-versus pulverem ferebat; atque Achivorum
255 molliebat animum, Trojanis vero et Hectori gloriam præstabat.
Hujus jam prodigiis confisi ac robore *suo,*
perfringere magnum murum Achivorum tentabant.
Pinnas quidem turrium convellebant, et demoliebantur propugnacula,
crepidinesque prominentes vectibus-labefactabant, quas Achivi
260 primas in terra posuerant, ut-essent stabilimina turrium.
Has illi retrahebant, sperabantque murum Achivorum
se perrupturos. Nondum tamen Danai cedebant de-via;
sed illi scutis bubulis præmunientes propugnacula,
percutiebant ex ipsis hostes murum subeuntes.

265 Ambo autem Ajaces hortantes in turribus
quaquaversum itabant, robut excitantes Achivorum:
alium blandis, alium duris verbis
increpabant, quemcunque omnino pugnam remittentem vidissent:

O amici, Argivorum quique eximius, quique mediocris,
270 quique deterior; quandoquidem non omnes similes
viri in bello; nunc exstitit opus omnibus:
et vero ipsi hoc fere cognoscitis; ne-quis retro
vertatur ad naves, minitanti *Trojano* auscultans:
sed ulterius procedite, et invicem hortamini,
275 si forte Jupiter det Olympius fulgurator,
pugnam quum-repulerimus, hostes ad urbem persequi.

Sic illi ante-*alios*-clamantes, pugnam excitabant Achivorum.
Horum vero, sicut flocculi nivis cadunt crebri
die hiberno, quando orsus-est providus Jupiter
280 ningere, hominibus ostentans illa sua tela;
sopitis vero ventis fundit constanter, donec operuerit
celsorum montium vertices et cacumina summa,
et campos florentes, et hominum pinguia culta;
et super maris cani funduntur portubusque et litoribus,
285 fluctus autem eos adventans prohibet, aliaque omnia
operiuntur desuper, quando ingruit Jovis imber:
sic horum utrinque lapides volitabant crebri,
hi quidem in Trojanos, illi autem a Trojanis in Achivos,
dum-utrique-feriuntur: sed murum supra totum strepitus ortus-est.

290 Haudquaquam *tamen* tunc quidem Trojani et splendidus Hector
muri perrupissent portas et longum vectem,
nisi filium suum Sarpedonem providus Jupiter

excitasset in Argivos, leonem veluti in-boves cornibus-camuros.
Statim vero clypeum quidem ante *se* tenebat undique æqualem,
295 pulcrum, æneum, lamina-ductili-tectum: quem quidem faber
duxerat, intus vero pelles-bubulas consuerat spissas,
aureis virgis perpetuis circa orbem:
hoc igitur ille ante *se* objecto, duas hastas vibrans
profectus-est ire, sicut leo in-montibus-nutritus, qui indigus
300 diu fuerit carnium, jubet autem ipsum animus magnus,
oves tentaturum, vel ad bene-munitam caulam ire:
etsia enim invenerit apud ipsam pastores viros
cum canibus et hastis custodiam-agentes circa oves,
haud tamen re-non-tentata sustinet a-stabulo pelli:
305 sed is inde aut rapuit insiliens, aut etiam ipse
vulneratus-est inter primos veloci ex manu jaculo:
sic tunc parem-deo Sarpedonem animus impulit
murum ut-invaderet perrumperetque propugnacula.
Statim autem Glaucum allocutus-est, filium Hippolochi:

310 Glauce, cur jam nos honoribus-affecti-sumus maxime,
sedeque carnibusque ac plenis poculis,
in Lycia, omnes autem, deos tanquam, *nos* aspiciunt?
et agri-portionem possidemus magnam, Xanthi ad ripas,
amœnam vitifero-solo et arvo frugifero?
315 quare nunc oportet, Lycios inter primos quum-simus,
stare, ac pugnæ ardenti occurrere:
ut aliquis sic dicat Lyciorum bene armatorum:
Nequaquam inglorii per Lyciam imperant
nostri reges, eduntque pingues oves,
320 vinumque *bibunt* eximium, dulce; verum enim et robur *iis*
est præstans, quandoquidem Lycios inter primos pugnant.
O amice, si enim, bellum hoc postquam-effugerimus,
perpetuo jam essemus expertesque-senii immortalesque
futuri, nec ipse inter primos pugnarem,
325 nec te mitterem pugnam in clarantem-viros:
nunc vero (nihilominus enim fata instant mortis
plurima, quæ non licet effugere homini, neque evitare,)
eamus; vel alicui gloriam dabimus, vel aliquis nobis.

Sic dixit: nec Glaucus aversus-est, nec non-obsecutus.
330 Hi autem recta ibant, Lyciorum magnam gentem ducentes.

Hos vero conspicatus cohorruit filius Petei Menestheus:
hujus enim jam ad turrim ibant, malum ferentes.
Circumspexit autem per cohortem Achivorum, si quem videret
ductorum, qui sibi malum a-sociis arceret:
335 animadvertit autem Ajaces duos, belli insatiabiles,
stantes, Teucrumque, modo e-tentorio profectum,

prope: sed nullo-modo ei licebat, si-clamaret, exaudiri:
tantus enim strepitus erat: sonitusque ad-cœlum perveniebat
percussorum scutorumque et setis-equinis-comantium galearum
340 et portarum: omnes enim occlusæ-erant: isti vero ad ipsas
stantes nitebantur vi perruptas ingredi.
Statim autem ad Ajacem misit præconem Thooten:

I, nobilis Thoota, currens Ajacem voca:
ambos quidem potius: hoc enim longe optimum omnium
345 esset, quoniam mox hic fiet grave exitium.
Huc enim magna-mole-feruntur Lyciorum duces, qui pridem
valde-vehementes sunt in acribus pugnis.
Si vero ipsis etiam illic labor et certamen ortum-est,
at saltem solus veniat Telamonius fortis Ajax,
350 et eum Teucer simul sequatur, arcuum bene sciens.

Sic dixit: neque ei præco non-obsecutus-est, ut-audivit;
profectus-est autem currens præter murum Achivorum ære-loricatorum,
stetitque juxta Ajaces profectus, statimque *eos* allocutus-est:

Ajaces, Argivorum duces ære-loricatorum,
355 jubet *vos* Petei Jovis-alumni carus filius
illuc ire, ut laboris vel paululum participes-sitis:
ambo quidem potius: hoc enim longe optimum omnium
esset, quoniam mox ibi fiet grave exitium.
Illuc enim magna-mole-feruntur Lyciorum duces, qui pridem
360 valde-vehementes sunt in acribus pugnis.
Si vero et hic etiam bellum et certamen ortum-est,
at saltem veniat Telamonius fortis Ajax,
et eum Teucer simul sequatur, arcuum bene sciens.

Sic dixit: nec non-obsecutus-est magnus Telamonius Ajax.
365 Statim Oiliden verbis alatis allocutus-est:

Ajax, vos quidem hic, tu et fortis Lycomedes,
stantes, Danaos excitate ad-fortiter pugnandum:
sed ego illuc ibo, et intereo pugnæ;
protinus autem revertar, quum bene ipsis auxiliatus-fuero.

370 Sic igitur fatus abiit Telamonius Ajax,
et cum-eo Teucer simul ibat frater et ejusdem-patris;
cum-istis vero una Pandion Teucri ferebat curvos arcus.
Quando Menesthei magnanimi ad-turrim venerunt,
murum intrantes, laborantibus supervenerunt.
375 Quippe in pinnas ascendebant, obscuro turbini similes,
fortes Lyciorum ductores atque principes:
congressi-sunt autem ad-pugnandum contra, ortusque-est clamor.

Ajax vero primus Telamonius virum interfecit,
Sarpedonis socium, Epiclem magnanimum,

380 saxo aspero percussum, quod murum intra
jacebat magnum ad pinnam summum: neque id facile
manibus ambabus tenuisset vir, ne maxime quidem juvenis,
quales nunc homines sunt: ille vero ex-alto immisit sublatum;
perrupitque quatuor-conos-habentem galeam, ossaque confregit
385 omnia simul capitis: is autem urinatori similis,
decidit ab excelsa turri, liquitque ossa animus.
Teucer vero Glaucum, fortem filium Hippolochi,
sagitta irruentem percussit ex-muro alto,
qua vidit nudatum brachium; cessareque-fecit a-pugna.
390 Retro autem a muro desiliit latens, ut ne-quis Achivorum
vulneratum videret, et insultaret verbis.
Sarpedoni autem dolor fuit, Glauco abeunte,
protinus ut animadvertit; attamen non oblitus-est pugnæ:
sed is Thestoriden Alcmaonem hasta assecutus
395 vulneravit, extraxitque hastam; ille vero cecidit secutus hastam,
pronus, circaque ipsum sonitum-dedere arma varia ære.
Sarpedon vero pinnam, prehensam manibus robustis,
trahebat; illa autem secuta est tota prorsus; ac desuper
murus nudatus-est, multisque fecit viam.

400 Illum vero Ajax et Teucer simul assecuti, hic quidem sagitta
percussit lorum circa pectora splendidum
clypei ingentis; sed Jupiter fata arcuit
a-filio suo, ne navium ad puppes interficeretur:
Ajax autem clypeum *ejus* percussit insiliens, ac penitus
405 transiit hasta, aspereque-repulit ipsum ardentem.
Cessit vero paullulum a-propugnaculo, nec *tamen* ille plane
recessit, quoniam ei animus sperabat gloriam reportare.
Adhortatus-est autem divinos, conversus, Lycios:

O Lycii, quid ita remittitis impetuosam fortitudinem?
410 difficile autem mihi est, etsi fortissimus sim
soli, quum-*murum*-perruperim, facere ad naves aditum,
sed una-sequimini: multorum vero opus *est* melius.

Sic dixit: illi autem regis reveriti adhortationem,
validius incubuerunt consiliarium circa regem.
415 Argivi autem ex-altera-parte corroborabant phalangas,
intra murum, magnum vero ipsis se-obtulit opus.
Neque enim fortissimi Lycii Danaroum poterant
muro rupto facere ad naves viam:
neque unquam bellatores Danai Lycios poterant
420 a-muro retro repellere, postquam primum accesserant.
Sed sicut de finibus duo viri contendunt,
mensuras in manibus tenentes, communi in arvo,
qui-quidem exiguo in loco litigant de æquo:

sic igitur hos distinebant pinnæ: illi autem super ipsis
425 cædebant alii-aliorum circa pectora bubula-pelle-factos
clypeos rotundos, parmasque leves.
Multi autem vulnerabantur in corpore sævo ære,
sive cui converso terga nudarentur
pugnantium, multi vero penitus per clypeum ipsum.
430 Ubique jam turres et pinnæ sanguine virorum
perfusæ-erant utrinque a Trojanis et Achivis.
At ne sic quidem poterant fugam efficere Achivorum:
sed ita-se-habebant, ut lanaces mulier opifica justa,
quæ stateram tenens et lanam, utrinque appendit
435 exæquans, ut liberis iniquam mercedem ferat:
sic quidem horum æqualiter pugna intendebatur bellumque,
ante quam Jupiter gloriam superiorem Hectori daret
Priamidæ, qui primus irrupit in-murum Achivorum:
clamavit autem intentissima-voce, Trojanis vociferans:

440 Ingruite, equûm-domitores[TR2] Trojani; perrumpite vero murum
Argivorum, et navibus immittite immane-ardentem ignem.

Sic dixit incitans: illi autem auribus omnes audierunt,
rectaque-irruebant in murum frequentes: iique deinde
pinnas ascendebant, acutas hastas tenentes.

445 Hector vero arreptum lapidem ferebat, qui ante portas
stabat; in-extremo crassus, ac desuper
acutus erat, quem ne duo quidem viri ex-populo fortissimi
facile in plaustrum a solo movissent,
quales nunc homines sunt: ille vero eum facile vibrabat etiam solus.
450 [Hunc ei levem reddiderat Saturni filius versuti.]
Sicut autem, quando opilio facile portat vellus arietis,
manu prehensum altera, exiguumque ipsum pondus premit:
sic Hector recta in-tabulata ferebat lapidem sublatum,
quæ portas muniebant valde spisse coagmentatas,
455 bifores, altas: duo autem intus vectes *eas*
continebant invicem-transversi, una vero clavis inhærebat.
Stetitque valde prope profectus, et adnixus percussit medias,
firmiter divaricatis-pedibus-stans, ut ne ei minus-grave telum esset.
Abrupit autem ambos cardines: ceciditque lapis intro
460 magno-pondere, immane vero circum portæ crepuere: nec vectes
sustinuere, tabulæque disruptæ-sunt alio alia,
lapidis ab impetu. Insiliit autem splendidus Hector,
nocti veloci similis aspectu: fulgebatque ære
terribili, quo indutus-erat circa corpus: duas autem manibus
465 hastas tenebat. Haud quis illum inhibuisset occurrens,
præter deos, quando insiliit in-portas; igne vero oculi ardebant.
Hortabatur autem Trojanos, conversus ad turbam,

murum ut-transcenderent: illi vero hortanti paruerunt:
protinusque alii quidem murum transcenderunt, alii vero per ipsas
470 *affabre* factas infundebantur portas: Danai autem diffugerunt
naves ad cavas: tumultusque ingens factus-est.

[TR1] Probably a word missing before "autem" at the begining of this line, but unclear what it should be.
[TR2] "equum-domitores" → "equûm-domitores"

Iliadis XIII.—Pugna ad naves.

ARGUMENT: THE FOURTH BATTLE CONTINUED, IN WHICH NEPTUNE ASSISTS THE GREEKS: THE ACTS OF IDOMENEUS.

Neptune, concerned for the loss of the Grecians, upon seeing the fortification forced by Hector, (who had entered the gate near the station of the Ajaces,) assumes the shape of Calchas, and inspires those heroes to oppose him: then, in the form of one of the generals, encourages the other Greeks who had retired to their vessels. The Ajaces form their troops in a close phalanx, and put a stop to Hector and the Trojans. Several deeds of valour are performed; Meriones, losing his spear in the encounter, repairs to seek another at the tent of Idomeneus: this occasions a conversation between those two warriors, who return together to the battle. Idomeneus signalizes his courage above the rest; he kills Othryoneus, Asius, and Alcathous: Deiphobus and Æneas march against him, and at length Idomeneus retires. Menelaus wounds Helenus, and kills Pisander. The Trojans are repulsed on the left wing; Hector still keeps his ground against the Ajaces, till, being galled by the Locrian slingers and archers, Polydamas advises to call a council of war: Hector approves of his advice, but goes first to rally the Trojans; upbraids Paris, rejoins Polydamas, meets Ajax again, and renews the attack.

The eight-and-twentieth day still continues. The scene is between the Grecian wall and the sea-shore.

TEXT:

1 Jupiter vero quum Trojanosque et Hectorem navibus admovisset,
hos quidem reliquit ad illas, laboremque ut-haberent et ærumnas
indesinenter; ipse autem retro vertit oculos fulgentes
seorsum in equestrium Thracum intuens terram,
5 Mysorumque cominus-pugnantium, et illustrium Hippomolgorum,
late-victitantium Abiorumque, justissimorum hominum;
ad Trojam vero nequaquam amplius vertebat oculos fulgentes:
non enim ille immortalium quemquam putabat suo in animo,

profectum, vel Trojanis auxiliaturum, vel Danais.

10 Nec vero cæcam-speculationem agebat rex Neptunus:
etenim hic spectans sedebat bellumque pugnamque
alte super summum verticem Sami silvosæ
Threiciæ: inde enim conspiciebatur tota quidem Ida,
conspiciebatur autem *et* Priami urbs, et naves Achivorum.
15 Illic igitur is e mari sedebat egressus, miserabaturque Achivos
a-Trojanis domitos, Jovi autem graviter succensebat.

Protinus vero de monte descendit aspero,
rapide pedibus progressus; tremebant autem montes alti et silva
pedibus sub immortalibus Neptuni incedentis.
20 Ter quidem protendit gressum, quarto autem *passu* pervenit ad-finem *viæ,*
Ægas: illic vero ei inclytæ ædes in-gurgitibus maris,
aureæ, coruscantes, ædificatæ-erant, incorruptibiles semper.
Illuc quum-venisset, sub curru junxit æripedes equos,
celeriter-volantes, aureis jubis comantes.
25 Aurum autem ipse induit circa corpus: prehenditque scuticam
auream, affabre-factam, suumque conscendit currum;
ivitque ut-inveheretur super undas: exsultabant autem cete sub ipso
undique e latebris, nec non-agnoverunt regem:
cum-lætitia vero mare utrinque-discedebat: hi autem volabant
30 celeriter admodum, nec subtus madescebat æreus axis:
ipsumque ad Achivorum naves fragiles ferebant equi.

Est autem quidam specus latus profundi in-gurgitibus maris,
media-inter Tenedum et Imbrum asperam:
illic equos stabulare-fecit Neptunus terræ concussor,
35 solutos de curribus, juxtaque divinum posuit pabulum
ut-ederent: circaque pedes pedicas jecit aureas,
infractas, insolubiles, ut firmiter illic manerent
rediturum regem: is autem ad exercitum abiit Achivorum.

Trojani vero, flammæ pares, conferti, sive procellæ,
40 Hectorem Priamiden insatiabiliter ardentes sequebantur,
frementes, clamantesque; sperabant autem naves Achivorum
se capturos, occisurosque ad ipsas omnes Achivos.

Sed Neptunus terram-cingens, terræ-concussor,
Argivos excitabat, profundo e mari egressus,
45 assimilatus Calchanti corpore et indefessa voce:
Ajaces-duos primos allocutus-est, promtos etiam per-se:

Ajaces, vos quidem servabitis populum Achivorum,
fortitudinis memores, nec trepidæ fugæ.
Alibi enim equidem non timeo manus audaces
50 Trojanorum, qui magnum murum transcenderunt turbâ;

sustinebunt enim omnes bene-ocreati Achivi:
hac vero *parte* sane gravissime timeo, nequid patiamur,
qua hic rabiosus, flammæ par imperat,
Hector, qui Jovis jactat præpotentis filium *se* esse.
55 Vobis tamen sic deorum aliquis in mentibus ponat,
et ipsi ut-stetis fortiter, et ut-hortemini alios:
ita enim etiam ardentem repuleritis a navibus
velocibus, etiam si eum Olympius ipse excitat.

Dixit, et sceptro terram-cingens Neptunus,
60 ambos feriens, implevit robore forti;
membraque fecit levia, pedes et manus superne.
Ipse autem, ut accipiter alis-pernix occœperit volare,
qui quidem a prærupta petra altissima levatus
properarit per-planitiem insequi avem aliam:
65 sic ab his cum-impetu-abiit Neptunus terræ-concussor.
Ex-illis-duobus autem sensit prius Oilei *filius* velox Ajax,
statimque Ajacem allocutus-est Telamonium filium:

Ajax: quoniam aliquis nobis deorum, qui Olympum tenent,
vati se-assimilans jubet ad naves pugnare:
70 (neque hic Calchas est, vates augur;
vestigia enim retro pedum et tibiarum
facile cognovi abeuntis: facile autem dignoscuntur dii:)
continuo vero mihi ipsi animus in pectoribus meis
magis excitatus-est ad-pugnandum ac præliandum;
75 gestiuntque-alacriter subtus pedes, et manus superne.

Hunc autem respondens allocutus-est Telamonius Ajax:
sic nunc etiam mihi circa hastam manus audaces
gestiunt, et mihi robur erectum-est; subtusque pedibus
impellor ambobus; cupio vero vel solus
80 cum-Hectore Priamida perpetuo ardenti pugnare.

Sic hi quidem talia ad alterum-alter dicebant,
pugnæ-cupidine læti, quam ipsis deus immiserat animo.

Interim autem postremos terram-cingens *Neptunus* excitavit Achivos,
qui ad naves veloces reficiebant suum animum:
85 quorum simul et gravi labore cara membra soluta-erant,
et ipsis dolor in animo oriebatur, aspicientibus
Trojanos, qui magnum murum transcenderant turbâ.
Hos illi inspicientes, sub superciliis lacrimas fundebant;
non enim putabant *se* declinaturos perniciem. Sed Neptunus
90 facile, interveniens, fortes concitavit phalangas.
Ad Teucrum primum et Leitum venit hortans,
Peneleumque heroem, Thoantemque, Deipyrumque,
Merionenque, et Antilochum, peritos pugnæ;

hos ille incitans, verbis alatis allocutus-est:

95 *Proh* pudor, Argivi, juvenes adolescentes: vobis ego
pugnantibus confido me-salvaturum naves nostras;
si vero vos pugnam detractabitis gravem,
nunc jam illuxit dies, *quo* sub Trojanis domabimur.
O dii, profecto ingens miraculum hoc oculis video,
100 indignum, quod nunquam ego eventurum putabam,
Trojanos ad nostras accedere naves; qui prius quidem
fugacibus cervis similes-erant, quæ per silvam
thoum, pardaliumque, luporumque escæ sunt,
sic errantes, imbelles, nec *natæ* ad pugnam:
105 sic Trojani antehac robur et manus Achivorum
manere nolebant ex-adverso, ne paullulum quidem.
Nunc vero procul ab-urbe cavas ad naves pugnant,
imperatoris pravitate, ignaviaque militum,
qui cum-illo contendentes, propugnare nolunt
110 navibus velocibus, sed interficiuntur ad ipsas.
Verum etsi omnino revera in-culpa est
heros Atrides, late-dominans Agamemno,
quandoquidem contumelia-affecit pedibus-celererem Peliden:
nobis certe nullo-modo licet intermittere pugnam.
115 Sed medeamur ocyus *huic malo;* faciles utique sanatu mentes bonorum.
Vos autem nequaquam honeste remittitis a-strenua fortitudine,
omnes fortissimi quum-sitis in exercitu: nec vero ego
virum objurgaverim, qui pugnam detrectet,
imbellis si-sit: vobis vero succenseo vehementer ex-animo.
120 O molles, mox sane aliquod malum admittetis gravius
hac ignavia: sed in mentibus reponite singuli
pudorem et *hominum* reprehensionem: certe enim ingens certamen ortum-est.
Hector jam ad naves bello strenuus pugnat,
fortis; perfregitque portas et longum vectem.

125 Sic igitur adhortans Neptunus concitavit Achivos.
Circum autem Ajaces duos stabant phalanges
firmæ, quas ne Mars quidem vituperasset, si-intervenisset,
nec Minerva populorum-concitatrix; nam præstantissimi
delecti Trojanosque et Hectorem divinum manebant,
130 constipantes hastam hastæ, scutum scuto, densissimis-ordinibus:
clypeus nempe clypeum fulciebat, galea galeam, virum vero vir:
seque-invicem-attingebant setis-equinis galeæ splendentibus conis
nutantium: adeo densi stabant inter-se,
hastæ autem crispabantur audacibus a manibus
135 concussæ: ipsi vero *in hostes* recta tendebant, ardebantque pugnare.
Trojani autem prius-impetum-fecere conferti; præibatque Hector

contra ingruens; lapidis, perniciose-ruentis instar a petra,
quem de vertice fluvius torrens impulerit,
abruptis immenso imbre violentæ retinaculis petræ,
140 alteque subsiliens volat, resonatque sub ipso
silva; hic autem tutus currit continuo, donec pervenerit
in-planitiem; tum vero nequaquam volvitur, incitatus licet:
sic Hector, hactenus quidem minabatur, usque-ad mare
facile *se* perventurum ad-tentoria et naves Achivorum,
145 cædentem: verum quando jam in-densas incidit phalangas,
stetit admodum prope-obnitens. Sed adversi filii Achivorum
percutientes ensibusque et hastis-utrinque-acutis,
repulerunt *eum* a se; ille vero cedens, aspere-concussus-est.
Vociferatus-est autem alta-voce Trojanos inclamans:

150 Trojani, et Lycii, et Dardani cominus-pugnantes,
perstate: haudquaquam diu me sustinebunt Achivi,
licet valde turmatim seipsos instruxerint:
sed, puto, cedent ab hasta *mea fugati,* si revera me
incitavit deorum potentissimus, altitonans maritus Junonis.

155 Sic fatus, excitavit robur et animum uniuscujusque.
Deiphobus vero inter hos elato animo incedebat
Priamides, præque *se* tenebat clypeum undique æqualem,
leviter pedibus progrediens, et clypeo-tectus procedens.
Meriones autem in-eum direxit hastam fulgentem,
160 et percussit, neque aberravit, scutum undique æquale
taurinum; id vero haudquaquam trajecit, sed multo prius
in extremo fracta-est longa hasta: Deiphobus vero
scutum taurinum tenuit *procul* a se: timuit autem animo
hastam Merionæ bellicosi; at hic heros
165 retro sociorum in agmen recessit; iratus-est autem graviter,
utrumque, ob-victoriamque *amissam,* et hastam quam fregerat.
Profectus-est autem ire præterque tentoria et naves Achivorum,
allaturus hastam longam, quæ ipsi in-tentoriis relicta erat.

Sed ceteri pugnabant, clamorque immensus ortus-est.[TR1]
170 Teucer autem primus Telamonius virum interfecit,
Imbrium bellatorem, divitis-equorum Mentoris filium;
habitabat autem *is* Pedæum, antequam venissent filii Achivorum,
filiamque Priami notham *uxorem* habebat, Medesicasten:
at postquam Danaorum naves venerant recurvæ,
175 rursus ad Ilium venit, excellebatque inter-Trojanos:
habitabat autem apud Priamum: isque eum honorabat æque ac-filios.
Hunc igitur filius Telamonis sub aurem hasta longa
vulneravit, evulsitque hastam: is autem cecidit, ut fraxinus,
quæ montis in-vertice procul conspicui,
180 ære recisa, tenera terræ folia admovit:

sic cecidit; circumque ipsum sonitum-dedere arma varia ære.[TR2]
Teucer autem accurrit, cupiens *ei* arma exuere:
Hector vero in-accurrentem jaculatus-est hasta fulgenti.
Sed ille ex-adverso conspicatus evitavit æream hastam
185 paullulum; hic autem Amphimachum, Creati filium Actorionis,
venientem in-pugnam, ad pectus percussit hasta:
isque fragorem-edidit cadens, et sonuerunt arma super ipso.
Hector veror accurrit, ut-galeam temporibus aptam
a-capite deriperet magnanimi Amphimachi:
190 Ajax autem in-accurrentem tendit hasta splendenti
Hectorem; sed nusquam ad-corpus pervenit, totus autem ære
horrendo tectus-erat: ille tamen scuti umbonem percussit,
repulitque eum vi magna: is autem cedebat retro
a-cadaveribus ambobus; istaque *ad se* extraxerunt Achivi.
195 Amphimachum quidem Stichius, divinusque Menestheus,
principes Atheniensium, portavere ad exercitum Achivorum;
Imbrium autem Ajaces, studiosi impetuosæ pugnæ.
Ut duo capram leones, a-canibus asperos-dentes-habentibus
ereptam, ferunt per virgulta densa,
200 alte supra terram in malis tenentes:
sic igitur hunc alte tenentes duo Ajaces bellatores,
arma *ei* detraxerunt; caput autem molli a cervice
amputavit Oilides iratus ob-Amphimachum:
misitque illud instar-globi rotatum per turbam;
205 Hectori vero ante pedes cecidit in pulveribus.

Ac tunc quidem valde ex-animo Neptunus iratus-erat,
ob-nepotem cæsum in gravi pugna:
profectusque-est ire præterque tentoria et naves Achivorum,
incitaturus Danaos; Trojanisque calamitatem moliebatur.
210 Idomeneus autem illi hasta-inclytus occurrit,
rediens a socio, qui ei nuper e prælio
venerat, in-poplite vulneratus acuto ære.
Hunc quidem socii asportarant, ille autem, medicis quum mandasset,
redibat in tentorium: adhuc enim pugnæ cupiebat
215 occurrere. Ipsum autem allocutus-est rex Neptunus,
assimilans-se voce Andræmonis filio Thoanti,
qui in-tota Pleurone et excelsa Calydone
Ætolis imperabat, deique instar honorabatur a-populo:

Idomeneu, Cretensium princeps, quo tandem minæ
220 abierunt, quas Trojanis minabantur filii Achivorum?

Huic autem vicissim Idomeneus, Cretensium dux,[TR3] contra locutus-est:
o Thoa, nullus vir nunc in-culpa, quantum ego
intelligo: omnes enim scimus præliari:

nec quenquam timor detinet exanimis, nec quisquam inertiæ
225 cedens subterfugit pugnam perniciosam: sed ita fere
videtur nimirum gratum esse præpotenti Saturnio,
inglorios perire *procul* ab Argo hic Achivos.
Verum, Thoa: etenim ante bellicosus fuisti,
hortarique-soles et alium, ubi remittentem videris:
230 ideo nunc neu cessa *ipse,* hortareque virum quemque.

Huic autem respondit deinde Neptunus concussor-terræ:
Idomeneu, ne ille vir amplius revertatur
a Troja, sed hic canum ludibrium fiat,
quicunque in die hoc volens remiserit pugnam.
235 Sed age, armis huc sumtis veni: hæc autem simul oportet
nos maturare, si cui usui fiamus, etiam duo quum-simus:
in-unum-si-confertur, virtus est viris etiam valde imbellibus;
nos autem et cum-fortibus novimus pugnare.

Sic fatus, ille quidem rursus abiit deus in pugnam virorum:
240 Idomeneus autem, quando jam ad-tentorium bene-structum venit
induit arma pulcra circa corpus, sumsitque duo-hastilia;
profectusque-est ire fulguri similis, quod Saturnius
manu acceptum miserit-vibratum a corusco Olympo,
ostendens signum hominibus; præclari vero *sunt* ejus radii:
245 sic hujus æs splendebat circa pectora currentis;
Meriones autem ei, famulus bonus, occurrit,
prope adhuc a-tentorio: nam hastam æream ibat
sumturus. Hunc vero allocutus-est vis Idomenei:

Merione, Moli fili, pedibus celer, carissime sodalium,
250 quid-tandem venisti, prælioque relicto et pugna?
numquid vulneratus-es, telique te affligit cuspis?
an alicujus rei nuntius ad me venisti? nec certe per-me
desidere in tentoriis cupio, sed pugnare.

Huic autem Meriones prudens contra locutus-est:
255 [Idomeneu, Cretensium princeps ære-loricatorum,]
venio, si qua tibi hasta in tentoriis relicta-est,
eam sumturus; hanc enim confregimus, quam prius habebam,
clypeo Deiphobi percusso ferocientis.

Huic autem Idomeneus, Cretensium dux, contra locutus est:[TR4]
260 hastas quidem, si volueris, et unam et viginti invenies,
stantes in tentorio ad parietes collucentes,
Trojanas, quas a-cæsis abstuli. Non enim puto
me a-viris infestis longe stantem pugnare:
ideo mihi hastæ sunt, et scuta umbonibus-munita,
265 et galeæ, et loricæ lucidum renidentes.

Huic autem Meriones prudens contra locutus-est:

etiam mihi apud tentoriumque et navem nigram
multa *sunt* spolia Trojanorum: sed non prope-sunt ad-sumendum.
Neque enim et me puto oblitum esse fortitudinis,
270 sed inter primos in pugna clarante-viros
sto, quando certamen exortum-fuerit belli.
Alium forte aliquem magis Achivorum ære-loricatorum
lateo pugnans, te vero vidisse ipsum puto.

Huic autem Idomeneus, cretensium dux, contra locutus-est.
275 novi virtute qualis sis: quid te oportet hæc sermocinari?
si enim nunc ad naves seligamur omnes fortissimi
ad insidias, ubi maxime virtus dispicitur virorum:
ubi quique timidus vir, quique fortis, plane-apparet:
(ejus etenim qui ignavus-est, mutatur color alius ex-alio;
280 nec ei, immotus ut-sedeat, continetur in præcordiis animus,
sed flexis-genibus-considit, et super ambos pedes sedet;
intusque ei cor valde in-pectoribus palpitat,
mortem exspectanti: stridor autem oritur dentium:
ejus vero qui-fortis-est, nec subinde mutatur color, nec valde
285 tremit, postquam primum se-collocarit in-insidiis virorum;
optat autem quam-citissime misceri in pugna gravi:)
ne ibi quidem tuos animos et manus *aliquis* vituperarit.
Si quando enim eminus-vulneratus-fueris pugnans, seu cominus,
non in cervicem *tibi* a-tergo inciderit telum, nec in dorsum;
290 sed vel pectoribus vel ventri occurrerit,
ulterius-recta ruentis, inter primorum-pugnatorum turbam.
Sed age, ne-amplius hæc colloquamur, fatui tanquam,
stantes, ne forte quis supra-modum *nos* reprehenderit:
verum tute ad-tentorium profectus sume validam hastam.

295 Sic dixit: Meriones autem, veloci par Marti,
raptim e-tentorio sustulit æream hastam,
secutusque-est Idomeneum, valde pugnæ cupidus.
Qualis autem hominum-pernicies Mars ad-pugnam accedit,
ipsumque Terror, carus filius, simul validus et impavidus,
300 comitatur, qui terret constantis licet animi bellatorem;
hi quidem e Thracia in Ephyros armabantur,
vel in Phlegyas magnanimos; neque hi
exaudierunt utrosque, alterutris vero gloriam dederunt:
tales Merionesque, et Idomeneus, ductores virorum,
305 ibant ad pugnam, armati corusco ære.
Hunc et Meriones prior sermone allocutus-est:

Deucalionide, qua-parte fert-animus ingredi turbam?
an ad dextram totius exercitus, an per medios,
an ad sinistram? quoniam nusquam puto adeo
310 indigere certamine capite-comantes Achivos.

Huic autem Idomeneus, Cretensium dux, contra locutus-est:
naves quidem ad medias qui-auxilientur sunt et alii,
Ajacesque duo, Teucerque, qui præstantissimus Achivorum
arte-sagittandi, strenuus vero etiam in stataria pugna;
315 qui illum satis exercebunt, adeo incitatum ad-pugnam,
Hectorem Priamiden, etiamsi admodum fortis est.
Arduum ei erit, valde licet ardenti pugnare,
illorum superato robore et manibus invictis,
naves incendere; quando non ipse Saturnius
320 injecerit ardentem torrem navibus velocibus.
Homini vero non cesserit magnus Telamonius Ajax,
qui mortalisque sit et edat Cereris fruges,
æreque violabilis *sit,* magnisque saxis:
ne Achilli quidem virorum-agmina-perrumpenti cesserit,
325 in stataria-quidem-pugna; pedibus vero nequaquam licet contendere.
Nobis autem huc ad-sinistram tene exercitus, ut citissime
videamus, an cui gloriam præbituri-simus, an quis nobis.

Sic dixit: Meriones autem, veloci par Marti,
cœpit ire, donec pervenissent in exercitu, quo eum *ille* jusserat.
330 Hi autem quum Idomeneum viderent, flammæ similem fortitudine,
ipsum et famulum, cum armis artificiose-factis,
cohortantes per turbam, in ipsum omnes irruebant.
Hisque cominus exstitit certamen ad puppes navium.
Ut vero quum a stridulis ventis *actæ* ingruunt procellæ,
335 die eo, quum plurimus pulvis *est* per vias;
qui (*venti*) simul pulveris magnam erigunt nebulam:
sic igitur horum concurrit pugna, ardebantque in animo
invicem-se per turbam interficere aucto ære.
Horruit autem pugna mortalibus-exitiosa hastis
340 longis, quas tenebant cutem-incidentes; oculosque perstringebat
splendor æreus, galeis a lucentibus *emicans,*
loricisque recens-tersis, scutisque fulgentibus,
congredientium in-unum: valde audax-animo esset,
qui tunc gavisus-esset videns laborem, nec animo-esset-turbatus.

345 Sed dissentientes duo Saturni filii potentes
viris heroibus struebant dolores graves.
Jupiter quidem Trojanis et Hectori volebat victoriam,
illustrans Achillem pedibus velocem; nec omnino *tamen*
volebat populum perdere Achaicum, ad Ilium;
350 sed Thetin honorabat, et filium *ejus* forti-animo.
Argivos vero Neptunus excitabat interveniens,
clam emersus e-cano mari: dolebat enim
a-Trojanis *illos* domari, Jovique vehementer iratus-erat.
Sane quidem ambobus unum *erat* genus, atque unus ortus;

355 sed Jupiter prior natus-fuerat, et plura noverat:
quocirca etiam *Neptunus* palam quidem auxiliari cavebat,
clam vero semper concitabat *eos* per exercitum, viro assimilatus.
Hi autem certaminis vehementis et omnibus-æqui belli
terminum alternantes, in utrosque direxerunt,
360 infractumque insolubilemque, qui multorum genua solvit.

Tum, semicanus licet esset, Danaos cohortans
Idomeneus, Trojanis insiliens fugam incussit.
Interfecit enim Othryoneum, e-Cabeso ingressum:
qui quidem nuper belli ad famam venerat:
365 petebat autem Priami filiarum forma præstantissimam,
Cassandram, indotatam: pollicitusque-fuerat magnum opus,
a Troja *quantumvis* invitos depulsurum *se* filios Achivorum.
Illi vero senex Priamus *eam* promiserat, et adnuerat *se*
daturum-esse: ille autem pugnabat, promissis fretus.
370 Idomeneus vero in-illum collimabat hasta fulgenti,
et percussit sublimi gradu-incedentem assequutus; nec arcuit lorica
ærea, quam gestabat, medio vero in ventre *illam* fixit.
Fragorem-edidit cadens: ille autem super-*eo*-gloratius-est, dixitque:

Othryoneu, sane te supra mortales laudo omnes,
375 si utique vere omnia perficies, quæ pollicitus-es
Dardanidæ Priamo; is autem promisit filiam suam.
Et tibi nos hæcce polliciti præstiterimus:
dederimus Atridæ filiarum forma præstantissimam,
ex-Argis arcessitam, quam-ducas: quidem nobiscum
380 Ilii expugnaveris bene-habitatam urbem.
Sed sequere, ut apud naves colloquamur pontum-transeuntes
de nuptiis: quippe nequaquam soceri illiberales sumus.

Sic fatus, pede *eum* traxit per acre prælium
heros Idomeneus. Huic autem Asius venit vindex,
385 pedes, ante equos; hos autem anhelantes in humeros *ejus*
assidue tenebat auriga famulus: ille vero cupiebat animo
Idomeneum percutere; is autem illum prior percussit hasta
ad jugulum sub mento penitusque hastam adegit.
Cecidit ille, sicut quando aliqua quercus[TR5] cecidit, vel populus-alba,
390 vel pinus alta, quam quidem in-montibus fabri viri
exciderunt securibus recens-exacutis, navale-lignum ut-sit:
sic ille ante equos et currum jacebat porrectus,
dentibus-frendens, pulverem manibus-prehendens sanguinolentum.
Sed ejus auriga excussus-est mente, quam ante habebat;
395 neque is ausus-est, hostium effugiens,
retro equos vertere: eum autem Antilochus bellicosus
hasta medium transfodit assecutus: neque arcuit lorica
ærea, quam gerebat; medio autem in ventre *illam* fixit.

Atque hic quidem anhelans affabre-facta excidit sella:
400 equos autem Antilochus, magnanimi Nestoris filius,
abegit a-Trojanis ad bene-ocreatos Achivos.

Deiphobus vero admodum prope venit Idomeneum,
de-Asio dolens, et jaculatus-est hasta fulgenti:
at ille quidem ex-adverso conspicatus evitavit æream hastam,
405 Idomeneus; occultatus-est enim sub clypeo undique æquali,
quem (hic) coriis boum et corusco ære
tornatum gerebat, dobus manubriis aptatum:
sub hoc totum se-collegit, supervolavitque ærea hasta:
aridum vero ei clypeus incursante resonuit
410 hasta: neque irritam robusta manu emiserat *Deiphobus,*
sed percussit Hippasiden Hypsenorem, pastorem virorum,
ad jecur sub præcordiis, confestimque *ei* genua solvit.
Deiphobus vero valde super-*eo*-gloriatus-est, alte clamans:

Non utique inultus jacet Asius: sed ipsum puto,
415 ad Orcum licet euntem validas-portas-habentem, durum,
gavisurum-esse in animo; quoniam ei dedi comitem.

Sic dixit: Argivis autem dolor ortus-est *eo* gloriante;
Antilocho autem maxime bellicoso animum commovit;
non tamen, dolens licet, suum neglexit socium,
420 sed accurrens protexit, et ei scutum prætendit.
Hunc quidem deinde subeuntes duo cari socii,
Mecisteus, Echii filius, et divinus Alastor,
naves ad cavas portabant, graviter gementem.

Idomeneus autem non remittebat robur magnum; sed cupiebat assidue
425 vel aliquem Troum tenebrosa nocte tegere,
vel ipse fragorem-edere *cadentem,* dum-depelleret exitium Achivis.
Tunc Æsyetæ Jovis-alumni carum filium
heroem Alcathoum (gener autem erat Anchisæ;
maximamque-natu duxerat filiarum, Hippodamiam,
430 quam valde ex-animo dilexit pater et veneranda mater
in domo; supra-totum enim æqualium-cœtum eminebat
pulcritudine, et operibus, ac prudentia; quare et ipsam
duxerat vir nobilissimus in Troja lata).
hunc tum sub Idomeneo Neptunus domuit,
435 vertigine-injecta oculis lucidis, præpedivitque pulcra membra.
Neque enim retro fugere poterat, nec declinare:
sed tanquam columnam, vel arborem alto-vertice-comantem,
sine-motu stantem, in-pectus medium vulneravit hasta
heros Idomeneus, disciditque ei circum loricam
440 æream, quæ ei antea a corpore arcebat perniciem:
tunc vero aridum resonuit, concisa circa hastam.

Fragoremque-edidit *ille* cadens, hasta vero in corde fixa-erat,
quod quidem ipsi palpitans, etiam extremum-ferrum quassabat
hastæ: ibi vero deinde remisit impetum validus Mars;
445 Idomeneus autem valde super-*eo*-gloriatus-est, alte clamans:

Deiphone, numquid jam recte-judicamus, operæ esse,
tres pro uno occidi? quando tu gloriaris sic:
o bone, quin et ipse adversus stato mihi,
ut videas, qualis Jovis soboles huc venerim;
450 qui primus Minoem genuit, Cretæ custodem:
Minos vero genuit filium eximium Deucalionem:
Deucalion autem me genuit, multis viris regem
Creta in lata: nunc vero huc *me* naves advexerunt,
tibique perniciem, et patri, et ceteris Trojanis.

455 Sic dixit: Deiphobus autem bifariam deliberavit,
utrumne aliquem alicubi Trojanorum sibi-adjutorem-assumeret magnanimorum,
regressus; an experiretur etiam solus.
Sic autem ei cogitanti visum-est utilius esse,
ire ad Æneam: eum vero postremum invenit agminis
460 stantem: jugiter enim *is* Priamo succensebat divino,
quod *ipsum,* strenuus qui-esset inter viros, nequaquam honorabat.
Prope autem stans *Deiphobus,* verbis alatis *eum* allocutus-est:

Ænea, Troum princeps, nunc te omnino oportet
sororis-marito auxiliari, si quid te affinis-cura tangit.
465 Verum sequere, Alcathoo auxilium-feramus, qui te olim,
sororis-maritus, nutrivit in ædibus parvulum:
hunc vero Idomeneus hasta-inclytus interfecit.

Sic dixit: illi vero animum in pectoribus commovit:
ivitque Æneas adversus Idomeneum, valde pugnæ studiosus.
470 At non Idomeneum fuga cepit, puerulum veluti,
sed mansit, ut quum quis aper in-montibus robore fretus,
qui manet tumultum advenientem magnum virorum
loco in deserto, horretque dorso superne:
oculi vero ei igne lucent: ac dentes
475 acuit, repellere cupiens canes, atque etiam viros:
sic manebat Idomeneus hasta-inclytus, nec retrocessit,
Æneam invadentem pugna-celerem: inclamabatque socios,
Ascalaphumque aspiciens, Aphareumque, Deipyrumque,
Merionenque, et Antilochum, peritos pugnæ:
480 hos hic adhortans verbis alatis allocutus-est:

Adeste, amici, et mihi *jam* soli succurrite; timeo vero valde
Æneam incurrentem pedibus velocem, qui me aggreditur;
qui perquam validus est in pugna-ad-viros interficiendos;

et vero habet juventæ florem, quod robur est maximum.
485 Si enim eadem-ætate essemus, hoc cum animo:
statim vel *is* referret magnam gloriam, vel *ipse* referrem.

Sic dixit: hi autem omnes, unum mentibus animum habentes,
propinqui constituerunt, scuta humeris acclinantes.
Æneas autem ex-altera parte hortabatur suos socios,
490 Deiphobumque, Parinque aspiciens, et Agenorem divinum,
qui secum duces Trojanorum erant: ac deinde
copiæ sequebantur, ut-si post arietem sequuntur pecudes
potum-ductæ a pastu; lætatur autem mente pastor:
sic Æneæ animus in pectoribus lætatus-est,
495 ut vidit copiarum agmen sequens se ipsum.

Hi vero de Alcathoo cominus-in-pugnam ruerunt
longis hastilibus: circa pectora vero æs
horrendum resonabat, hastis-petentium per turbam
se-invicem: duo autem viri bellicosi, egregii-præ ceteris,
500 Æneasque, et Idomeneus, pares Marti,
cupiebant alter-alterius vulnerare corpus sævo ære.
Æneas autem primus jaculatus-est in-Idomeneum:
at is quidem ex-adverso conspicatus, evitavit æream hastam:
cuspisque Æneæ vibrans in terram
505 abiit; quippe incassum robusta e manu exsilierat.
Idomeneus autem Œnomaum percussit, ventrem *in* medium;
rupitque loricæ cavitatem, intestina autem æs
penetrans-hausit: ille vero in pulvere lapsus, prehendit terram palma.
Idomeneus autem ex mortuo quidem longæ-umbræ hastam
510 evulsit; at-non etiam alia potuit arma pulcra
humeris detrahere; urgebatur enim telis.
Non enim amplius firmi artus pedum erant cupienti,
nec ad insiliendum, repetitum suam hastam, nec ad-evitandum.
Ideoque in stataria *pugna* quidem arcebat sævum diem,
515 ad-fugiendum vero non amplius facile *eum* pedes ferebant e pugna.
In-hunc autem gradu abeuntem jaculatus-est hasta fulgenti
Deiphobus; quippe in-eum fovebat iram perpetuo semper:
sed ille et tunc aberravit; Ascalaphumque percussit hasta,
filium Martis, per humerumque rapida hasta
520 penetravit: hic vero in pulverem lapsus, prehendit terram palma.
Necdum adhuc quidquam resciverat clamosus impetuosus Mars,
filium suum cecidisse in acri pugna:
sed ille quidem summo in-Olympo sub aureis nubibus
sedebat, Jovis consiliis conclusus, ubi ceteri
525 immortales dii erant, prohibiti a-pugna.

Hi autem de Ascalapho cominus-in-pugnam ruebant:
Deiphobus quidem ab Ascalapho cassidem lucidam

rapuit; Meriones vero, veloci par Marti,
hasta *ei* brachium feriit insiliens, e manuque
530 oblonga galea humi resonuit lapsa.
Meriones autem denuo insiliens, vulturis instar,
extraxit ex-imo brachio validam hastam;
retroque sociorum ad agmen cessit. Hunc autem (*Deiphobum*) Polites,
germanus-frater, medium manibus circumplexus,
535 eduxit e prælio horrisono, donec perveniret ad-equos
veloces, qui ei post pugnam et prælium
stabant, aurigamque et currum ornatu-varium habentes:
qui illum ad urbem portabant graviter gementem,
laborantem; ac sanguis ex recens-vulnerata defluebat manu.

540 At ceteri pugnabant, clamorque immensus exortus-est.
Tum Æneas in Aphareum Caletoriden irruens,
ad jugulum feriit, contra se versum, acuta hasta:
inclinatum-est autem in-alteram-partem caput, et cylpeus alligatus-sequebatur,
et galea; circaque eum mors fusa-est animum-perdens.
545 Antilochus autem Theonem terga-vertentem-observans,
vulneravit insiliens; et venam totam abscidit,
quæ per dorsum currens penitus ad-cervicem pervenit;
hanc totam abscidit: ille autem supinus in pulvere
decidit, ambas manus dilectis sociis extendens.
550 Antilochus autem insiliit, et detrahebat arma ab humeris,
circumspectans: Trojani vero circumsistentes aliunde alius
telis-feriebant scutum latum, variegatum, nec poterant
intro perstringere tenerum corpus sævo ære
Antilochi: undique enim Neptunus concussor-terræ,
555 Nestoris filium tuebatur, etiam inter multa tela.
Non enim unquam seorsum ab-hostibus erat, sed inter ipsos
versabatur: nec ei hasta cessavit, sed admodum assidue
quassata vertebatur; parabatque mente sua,
aut in-aliquem eminus-jaculari, aut cominus irruere.

560 Sed non latuit Adamantem *hæc* animo-parans in turba,
Asiaden, qui ei percussit scutum medium acuto ære,
cominus invadens: inefficacem-reddidit autem ei cuspidem
cæruleis-crinibus Neptunus, vitam *Antilochi ei* invidens.
Et alterum quidem illic mansit, ut sudes igne-præusta,
565 in scuto Antilochi; alterum autem dimidium jacebat in terra:
retro autem sociorum ad agmen cessit mortem evitans:
Meriones vero abeuntem in-secutus feriit hasta
pudendaque inter et umbilicum, ubi maxime
est Mars (*vulnus belli*) gravis miseris mortalibus:
570 illic ei hastam infixit: is autem *eam* secutus circa hastile

palpitabat; ut quum bos, quem in-montibus bubulci viri
vinculis-contortis invitum vi ligatum ducunt:
sic iste vulneratus palpitabat paullisper quidem, haud admodum diu:
donec ei e corpore hastam evulsit prope accedens
575 heros Meriones; ei vero tenebræ oculos texerunt.

Deipyrum autem Helenus gladio cominus percussit tempus
Thracio, magno, et galeam perruptam-abscidit:
hæc quidem excussa, humi decidit; et quidam Achivorum
pugnantium inter pedes devolutam sustulit;
580 ei vero oculos tenebrosa nox cooperuit.

Atriden autem dolor cepit, pugna strenuum Menelaum:
prodiitque minitans Heleno heroi regi,
acutam hastam vibrans: hic vero arcus cornu adduxit.
Ambo autem simul-concurrebant; alter quidem hasta acuta
585 cupiebat jaculari; alter vero, a nervo, sagitta:
Priamides quidem deinde ad pectus percussit sagitta
loricæ cavitatem, resiliit autem acerba sagitta.
Ut vero quum a lato ventilabro magnam per aream
saliunt fabæ nigræ, vel cicera,
590 flatu sub stridulo et ventilatoris impetu:
sic a lorica Menelai gloria-sublimis
multum rejecta, longe volavit acerba sagitta.
Atrides autem manum, prælio strenuus Menelaus,
eam percussit, quæ tenebat arcum bene-politum; inque arcu
595 ex-adverso per manum infixa-est ærea hasta.
Retro autem sociorum in agmen cessit *ille,* mortem evitans,
manu suspensa; et una-trahebatur fraxinea hasta.
Et hanc quidem e manu traxit magnanimus Agenor,
ipsamque *manum* colligavit scite-torta ovis lana,
600 funda, quam ipsius famulus tenebat pastori virorum.

Pisander vero recta in-Menelaum gloria-sublimem
ibat: eum autem ducebat fatum funestum mortis ad-finem,
a-te, Menelae, ut-sterneretur in gravi pugna.
Hi quando jam prope erant, inter se concurrentes,
605 Atrides quidem aberravit, atque ipsi aversa-est hasta:
Pisander vero scutum Menelai gloria-sublimis
percussit, nec penitus potuit æs adigere:
prohibuit enim scutum latum, fractaque-est in extrema-parte
hasta: hic tamen mente sua gavisus-est, et sperabat victoriam.
610 Atrides autem extracto ense argenteis-clavis-distincto,
insiliit in Pisandrum; ille autem sub scuto desumsit pulcram
securim ex-ære-scite-factam oleaginum circa manubrium,
longum, bene-politum; simulque alter-alterum assecutus-est.
Nempe hic (*Pisander*) galeæ conum feriit equinis-setis-densæ

615 summam sub cristam ipsam: ille vero accedentem, in-fronte,
naso super extremo; crepueruntque ossa, sed oculi ejus
ad pedes sanguinolenti humi deciderunt in pulvere:
incurvatusque-est concidens; ille autem pedem in pectoribus ponens
armaque occiso-exuit, et glorians verbum dixit:

620 Relinquetis ita demum naves Danaorum citis-equis,
Troes superbi, gravis insatiabiles pugnæ:
alio quidem flagitioque et probro non carentes,
quo me violastis, improbi canes: nec quidquam animo
Jovis altitonantis gravem veriti-estis iram,
625 hospitalis; qui aliquando vobis evertet urbem altam.
Qui meam ingenuam uxorem et opes multas
illacessiti abduxistis, quum hospitio-accepti-essetis ab ipsa:
nunc vero in naves cupitis pontum-transeuntes
ignem perniciosum jacere, occidereque heroas Achivos:
630 sed aliquando coercebimini, impetuosi licet, a-pugna.
Jupiter pater, sane te aiunt sapientia superare ceteros,
homines ac deos; abs te tamen hæc omnia sunt.
Ut nunc viris gratificaris injuriosis
Trojanis, quorum animus semper vi-injusta-gaudens *est*, nec possunt
635 pugna satiari omnibus-æque-gravis belli.
Omnium quidem satietas est, et somni, et amoris,
cantusque dulcis, et laudatæ saltationis,
quorum quidem aliquis etiam magis appetit desiderium explere,
quam belli: Trojani vero pugnæ insatiabiles sunt.

640 Sic locutus, arma quidem a corpore sanguinolenta
detrahens, sociis dedit Menelaus insignis:
ipse vero iterum reversus primis-pugnatoribus immistus-est.

Tunc ei filius insiliit Pylæmenis regis
Harpalion, qui quidem patrem dilectum secutus-erat, pugnaturus,
645 ad Trojam; sed non rediit in patriam terram:
qui tunc quidem Atridæ medium scutum feriit hasta
cominus, nec penitus potuit æs adigere:
retro autem sociorum in agmen cessit, mortem evitans,
quoquoversus circumspectans, ne-quis *sibi* corpus ære attingeret.
650 Meriones autem in-abeuntem misit æratam sagittam;
et percussit clunem ad dextrum: ac sagitta
e-regione per vesicam sub osse penetravit.
Subsidens autem ibidem, carorum inter manus sociorum,
animam efflans, tanquam lumbricus, in terra
655 jacebat extensus; et sanguis niger effluebat, rigabatque terram.
Circa hunc Paphlagones magnanimi occupabantur;
in currumque levatum ducebant ad Ilium sacram,
dolentes; interque ipsos pater ibat, lacrimas fundens:

ultio autem nulla filii contigit mortui.

660 Ob-hunc vero Paris interfectum valde animo iratus-est;
hospes enim ei erat multos inter Paphlagonas:
propter-hunc *igitur* is iratus emisit æratam sagittam.
Erat autem quidam Euchenor, Polyïdi vatis filius,
divesque, fortisque, Corinthi domos habitans,
665 qui bene sciens fatum *suum* exitiale, in navi *tamen* profectus-est:
sæpe enim ei dixerat senex bonus Polyïdus,
eum aut morbo sub gravi interiturum suis in ædibus,
aut inter Achivorum naves a Trojanis domitum-iri:
ideo simul gravemque animadversionem evitabat Achivorum,
670 morbumque tetrum, ut ne pateretur dolores animo.
Hunc percussit *Paris* sub maxilla et aure: protinusque animus
abiit a membris, horrendaque ipsum caligo occupavit.

Sic hi quidem pugnabant, instar ignis ardentis:
Hector autem non audierat Jovi dilectus, nec quicquam norat,
675 quod sibi navium ad sinistram cædebantur
copiæ ab Argivis; facile autem etiam victoria Achivorum
fuisset; taliter enim terram-cingens Neptunus
impellebat Argivos, insuperque robore ipse auxiliabatur;
sed perstabat *Hector,* ubi primum portas et murum insilierat,
680 perruptis Danaorum densis ordinibus scutatorum;
ubi erant Ajacisque naves et Protesilai,
litus ad maris cani subductæ; ac suprà
murus ædificatus-erat humillimus, ubi maxime
acerrimi erant in-pugna ipsique *viri* et equi.

685 Illic autem Bœoti, et Iaones-*talares*-vestes trahentes,
Locri, et Phthii, et illustres Epei,
acriter irruentem a-navibus arcebant; nec *tamen* poterant
repellere a se, flammæ similem, Hectorem divinum:
bellatores quidem Atheniensium in-primum-locum-electi, in iis autem
690 imperabat filius Petei, Menestheus: eumque una sequebantur
Phidasque Stichiusque Biasque fortis: atque ex-Epeis
Phylidesque Meges, Amphionque Draciusque.
Ante Phthios autem, Medonque bellicosusque Podarces;
atque hic quidem nothus filius Oilei divini
695 erat, Medon, Ajacis frater; et habitabat
in Phylace, terra procul-a patria, viro interfecto,
fratre novercæ Eriopidis, quam habebat Oileus:
at ille, *Podarces,* Iphicli filius Phylacidæ *erat:*
hi quidem ante Phthios magnanimos armati,
700 naves defendentes, una-cum Bœotis pugnabant.

Ajax vero nondum omnino, Oilei velox filius,
absistebat ab Ajace Telamonio, ne paullulum quidem:

sed sicut in novali duo-boves nigri compactile aratrum,
parem animum habentes, trahunt; circaque ipsorum
705 ima cornua multus erumpit sudor;
atque hos quidem jugum solum bene-politum distinet,
vadentes per sulcum; proscinditque aratrum fundum arvi
sic isti conjuncti-prope admodum stabant inter-se.
Verum enim Telamonium multique et strenui
710 viri sequebantur socii, qui ei scutum *vicibus* excipiebant,
quando ipsi defatigatioque et sudor genua occupasset.
Non-vero Oiliaden magnanimum Locri sequebantur;
non enim ipsis in-stataria pugna constabat suus animus;
non enim habebant galeas æreas equinis-setis-densas,
715 neque habebant clypeos bene-orbiculatos et fraxineas hastas;
sed arcubus et scite-torta ovis lana (*funda*),
ad Ilium simul secuti-sunt, freti; quibus deinceps
crebro jacientes, Trojanorum rumpebant phalangas.
Tunc vero illi (*Ajaces*) quidem ante, cum armis-artificiose-factis,
720 pugnabant cum-Trojanisque et Hectore ære-armato:
hi autem (*Locri*) a-tergo jacientes, latebant: nec quicquam pugnæ
Trojani *amplius* memores-erant; conturbabant enim *eos* sagittæ.

Tunc exitiose a-navibus et tentoriis
Trojani recessissent ad Ilium ventosum:
725 nisi Polydamas audacem Hectorem allocutus-esset astans:

Hector, intractabilis es ad-obsequendum monitis.
Quoniam tibi eximie dedit deus bellica opera *scire,*
ideo et consilio vis peritus-esse-supra ceteros:
at nequaquam simul omnia poteris ipse *solus* consequi.
730 Alii enimi tribuit deus bellica opera;
[alii autem artem-saltandi, alii citharam et cantum;]
alii vero in pectoribus posuit mentem late-sonans Jupiter
prudentem; cujus quidem multi fructum-percipiunt homines:
atque *talis* et urbes servavit; præcipue autem *hoc* ipse agnovit.
735 Sed ego dicam, ut mihi videatur esse optimum.
Undique enim te circum corona belli flagrat:
Trojani autem magnanimi, postquam trans murum iverunt,
alii quidem subducunt-se cum armis, alii vero præliantur
pauciores cum-pluribus, dissipati circa naves.
740 Quin *tu* retrocedens voca huc omnes proceres:
deinde vero recte totum inire-poterimus consilium;
utrumne in naves multa-transtra-habentes irruamus,
si quidem velit deus dare robur; an jam-deinceps
a navibus abeamus illæsi: certe enim equidem
745 timeo, ne hesternum rependant Achivi
debitum; quoniam apud naves vir insatiabilis belli

manet, quem nondum omnino a-pugna cessaturum puto.

Six dixit Polydamas: placuit autem Hectori sermo tutus;
[continuo vero e curribus cum armis desiliit in-terram,]
750 et eum appellans verbis alatis allocutus-est:

Polydama, tu quidem hic retine omnes fortissimos;
at ego illuc ibo, et occurram prælio:
protinus autem revertar, postquam bene illis mandavero.

Dixit: et cum-impetu-abiit, monti nivoso similis,
755 inclamans, perque Trojanos volabat, et *per* socios.
Hi autem ad Panthoiden fortitudinis-amantem Polydamanta
omnes ocyus-accurrebant, postquam Hectoris audierant vocem.
Atque hic Deiphobumque, vimque Heleni regis,
Asiadenque Adamantem, et Asium, Hyrtaci filium,
760 itabat per primos-pugnatores, quærens, sicubi inveniret.
Hos autem invenit non-jam prorsus illæsos, nec inexstinctos:
sed hi quidem jam navium ad puppes Achivorum,
sub manibus Argivorum jacebant animabus deperditis;
alii autem in muro erant eminus- cominusque-vulnerati.
765 Verum statim invenit pugnæ ad sinistram lacrimosæ
divinum Alexandrum, Helenæ maritum pulcas-comas-habentis,
animos-addentem sociis, et incitantem ad-pugnam:
prope autem stans, *eum* allocutus-est probrosis verbis:

Infauste-Pari, forma præstantissime, mulierose, deceptor,
770 ubi tibi Deiphobusque, visque Heleni regis,
Asiadesque Adamas, atque Asius, Hyrtaci filius?
ubi vero Othryoneus? nunc periit tota a culmine
Ilios alta? nunc tibi coorta-est gravis pernicies.

Hunc autem vicissim allocutus-est Alexander divinæ-formæ:
775 Hector: quoniam tibi animus *est* insontem culpare;
alias quidem forte magis cessans a-prælio
fuerim, *non nunc,* quoniam neque me prorsus imbellem genuerit mater:
ex quo enim apud naves pugnam suscitasti sociorum,
ex eo hic manentes congredimur cum-Danais
780 indesinenter: socii autem cæsi-sunt *ii,* quos tu quæris.
Duo-soli, Deiphobusque visque Heleni regis
abierunt, longis sauciati hastis,
ambo, in manu; cædem autem arcebat Saturnius.
Nunc vero duc, quo te cor animusque jubet:
785 nos enim promtissimi una sequemur, neque omnino puto
virtute carituros, quantum quidem *in nobis* virium est:
ulta vires autem non licet, quantumvis cupido, pugnare.

Sic fatus, flexit fratris animum heros.
Profecti-sunt autem ire, ubi maxime pugna et prælium erat;

790 *ubi* cum-copiis Cebrionesque et eximius Polydamas,
Phalces, Orthæusque et divinus Polyphetes,
Palmysque, Ascaniusque, Morysque, filius Hippotionis;
qui ex Ascania glebosa venerant suis-vicibus
die præcedenti; tunc vero Jupiter *eos* impulit-ad pugnandum.
795 Hi autem ibant, vehementium ventorum similes turbini,
qui ex tonitru patris Jovis ingruit in-campum,
immanique cum-tumultu mari miscetur, in*surgunt*que multi
fluctus æstuantes multo-strepitu-resonantis maris,
tumidi, spuma-albescentes, ante quidem alii, ac deinceps alii:
800 sic Trojani, ante quidem alii stipati, ac deinceps alii,
ære coruscantes cum ducibus sequebantur.
Hector vero præibat, hominum-perniciei par Marti,
Priamides; ante se autem tenebat scutum undique æquale,
pellibus densum, *cui* multum superinductum-erat æs:
805 circumque ejus tempora fulgens quassabatur cassis.
Quoquoversum vero circa phalangas tentabat, pedem-inferens,
si quo-modo sibi cederent sub-clypeo progredienti:
sed non conturbabat animum in pectoribus Achivorum.
Ajax aute primus provocavit, magnis-passibus gradiens:

810 Mirifice, propius accede: cur territas-sic *temere*
Argivos? nequaquam pugnæ imperiti sumus,
sed Jovis flagello pernicioso domiti-sumus Achivi.
Sane quidem tibi animus sperat directurum-*te*-esse
naves; in-promtu vero manus ad-repellendum sunt et nobis.
815 Sane longe ante-erit bene-habitata urbs vestra
manibus sub nostris captaque excisaque, *quam naves diripias.*
Tibi vero ipsi aio *tempus* prope esse, quando fugiens
supplicabis Jovi patri et aliis immortalibus,
velociores accipitribus ut-sint *tui* jubis-pulcris equi,
820 qui te ad-urbem ferant, pulverem-excitantes per-campum.

Sic ei locuto supervolavit dextra avis,
aquila altivolans; acclamavit autem populus Achivorum,
confirmatus augurio: ille vero respondit, splendidus Hector:

Ajax blatero, ingens-jactator, quid dixisti?
825 utinam enim ego ita Jovis filius ægidem-tenentis
essem per-dies omnes, peperissetque me veneranda Juno,
honorarer autem sicut honoratur Minerva et Apollo:
ut jam dies hæc malum fert Argivis
omnibus prorsus: ac tu inter-illos occideris, si ausus-fueris
830 manere meam hastam longam, quæ tibi corpus floridum
lacerabit: ac Trojanorum saturabis canes atque alites
pinguedine et carnibus, prostratus ad naves Achivorum.

Sic igitur locutus, præibat *suis:* hi vero una sequebantur

clamore immenso, acclamabat autem populus a-tergo.
835 Argivi vero ex-altera-parte acclamabant, nec obliti-sunt
fortitudinis, sed manebant Troum invadentes fortissimos.
Clamor autem utrorumque pervenit ad-æthera et Jovis lumina.

[TR1] "ortus-est" → "ortus-est."
[TR2] "ære" → "ære."
[TR3] "dux" → "dux,"
[TR4] "locutusest" → "locutus est".
[TR5] "ali quaquercus" → "aliqua quercus"

Iliadis XIV.—Jovis fraus.

ARGUMENT: JUNO DECEIVES JUPITER BY THE GIRDLE OF VENUS.

Nestor, sitting at the table with Machaon, is alarmed with the increasing clamour of war, and hastens to Agamemnon; on his way he meets that prince with Diomed and Ulysses, whom he informs of the extremity of the danger. Agamemnon proposes to make their escape by night, which Ulysses withstands; to which Diomed adds his advice, that, wounded as they were, they should go forth and encourage the army with their presence, which advice is pursued. Juno, seeing the partiality of Jupiter to the Trojans, forms a design to over-reach him: she sets off her charms with the utmost care, and (the more surely to enchant him) obtains the magic girdle of Venus. She then applies herself to the god of sleep, and, with some difficulty, persuades him to seal the eyes of Jupiter: this done, she goes to mount Ida, where the god, at first sight, is ravished with her beauty, sinks in her embraces, and is laid asleep. Neptune takes advantage of his slumber, and succours the Greeks: Hector is struck to the ground with a prodigious stone by Ajax, and carried off from the battle: several actions succeed, till the Trojans, much distressed, are obliged to give way: the lesser Ajax signalizes himself in a particular manner.

TEXT:

1 Nestorem autem non latuit clamor, bibentem licet,
sed Asclepiaden verbis alatis allocutus-est:

Adverte, divine Machaon, quomodo futura-sint hæc opera:
solito major sane ad naves clamor florentium-ætate juvenum.
5 Verum tu quidem nunc bibe sedens nigrum vinum,
donec calida lavacra pulcris-comis Hecamede
calefecerit et abluerit tabum sanguinolentum:
at ego profectus, cito cognoscam, ad speculam.

Sic fatus, scutum sumsit affabre-factum filii sui,
10 jacens in tentorio, Thrasymedis equûm-domitoris,

ære collucens; ille autem habebat clypeum patris sui.
Sumsit et validam hastam, præfixam, acuto ære:
stetitque extra tentorium; protinus autem inspexit rem indignam,
hos quidem turbatos, illos turbantes a-tergo,
15 Trojanos ferocientes: dirutus vero erat murus Achivorum.
Ut quum nigrescit pelagus magnum unda tacita,
præsagiens stridulorum ventorum celeres motus
sic *immotum,* nec provolvitur in-hanc-vel-illam partem,
antequam aliquis certus descenderit a Jove ventus:
20 sic senex *secum* agitabat, distractus in animo
bifariam; utrum turbam iniret Danaorum citis-equis-utentium,
an ad Atriden Agamemnonem, pastorem virorum.
Sic autem ei cogitanti visum-est utilius esse,
proficisci ad Atriden. Illi vero, alii-alios interficiebant,
25 pugnantes: resonabat autem circa corpus æs solidum,
dum-ferirentur ensibusque et hastis utrinque-acutis.

Nestori autem obviam-facti-sunt Jovis-alumni reges,
a navibus ascendentes, quotquot vulnerati-fuerant ære,
Tydides Ulyssesque et Atrides Agamemno.
30 Longe enim seorsum a-pugna subductæ-erant naves *ipsorum,*
litore in maris cani: nam primas usque-in-planitiem
traxerant, ac murum ad puppes ædificarant.
Neutiquam enim, latum quamvis esset, potuit omnes
litus naves capere: arctabantur autem copiæ:
35 ideo pinnarum-modo (*alias ante alias*) eas subduxerant et implerant totius
litoris os magnum, quantum complectebantur promontoria.
Itaque hi videre-cupientes tumultum et pugnam,
hasta nixi, ibant frequentes: tristabatur autem ipsis
animus in pectoribus. *Iis* vero obviam factus-est senex
40 Nestor, perterrefecitque animum in pectoribus Achivorum.
Quem et compellans allocutus-est rex Agamemno:

O Nestor Neleide, magna gloria Achivorum,
cur relicto bello viros-perdente huc venis?
metuo ne jam mihi perficiat verbum impetuosus Hector,
45 ut quondam minatus-est inter Trojanos concionans,
non prius *se* a navibus ad Ilium rediturum-esse,
quam igne naves incendisset, interfecissetque etiam *nos* ipsos.
Is sic concionabatur: hæc sane nunc omnia perficiuntur.
Dii-boni! certe etiam alii bene-ocreati Achivi
50 in animo ponunt adversus-me iram, sicut Achilles;
nec volunt pugnare ad puppes navium.

Huic autem respondit deinde Gerenius eques Nestor:
certe jam hæc adsunt-ita facta, nec alio-modo

Jupiter altitonans ipse *ea* reficere-potuerit.
55 Murus enim jam corruit, cui confidebamus,
inviolabile naviumque et *nostrûm* ipsorum munimen *eum* fore:
hi vero ad naves veloces pugnam obstinatam sustinent
indesinenter: nec amplius noveris, diligenter licet speculans,
utra-ex-parte Achivi agitati turbentur:
60 adeo promiscue cæduntur, clamorque ad-cœlum pervenit.
Nos vero deliberemus, quomodo futura-sint hæc opera,
siquid consilium proficiet: pugnam vero non nos suadeo
ingredi: nullo enim modo vulneratum licet pugnare.

Hunc autem rursus allocutus-est rex virorum Agamemno:
65 Nestor, quoniam navium ad puppes pugnant,
murus vero non profuit structus, nec quicquam fossa,
in qua *facienda* multa passi-sunt Danai, sperabantque animo
inviolabile naviumque et ipsorum munimentum fore:
ita fere Jovi videtur præpotenti gratum fore,
70 inglorios perire longe-ab Argis hic Achivos.
Noram enim quando lubens Danais auxiliabatur;
scio autem nunc, quod illos (*Trojanos*) quidem æque beatis diis
illustrat, nostrum vero robur et manus *nostras* ligavit.
Vergum agite, quemadmodum ego dixero, obsequamur omnes.
75 Naves, quæcunque primæ subductæ-sunt prope mare,
trahamus, omnesque deducamus in mare divinum;
in-alto vero ancoris stabiliamus, donec venerit
nox divina, si vel in-ea abstineant a-pugna
Trojani; deinde vero deducere-poterimus naves omnes.
80 Non enim reprehendendum, fugere malum, ne per noctem quidem;
melius *fecerit* qui fugiens effugerit malum quam *qui* captus-fuerit.

Illum autem torve intuens allocutus-est ingeniosus[TR1] Ulysses:
Atrida, quale tibi verbum fugit e-septo dentium?
Perdite, utinam ignavo exercitui alii
85 præesses, non-autem nobis imperares; quibus Jupiter
a-juventute dedit etiam usque-ad senium conficere
ardua bella, donec perierimus singuli.
Siccine vero tibi-fert-animus Trojanorum urbem vicis-latis
derelinquere, cujus gratia perpetimur-ærumnosi mala multa?
90 Tace, nequis alius Achivorum hunc audiat
sermonem, quem non vir quidem in ore omnino tulerit,
quicunque norit suo animo sana loqui,
sceptriferque fuerit, et ei paruerint copiæ
tantæ, quantis tu inter Argivos imperas:
95 [nunc autem tuam improbo omnino mentem, quam aperuisti:]
qui jubes, prælio jam conserto et pugna,
naves bonis-transtris in-mare deducere, ut adhuc magis

Trojanis quidem optata contingant, jam superantibus licet,
in-nos autem gravis pernicies ingruat. Non enim Achivi
100 sustinebunt bellum, dum-naves in-mare deducuntur;
sed respicient, cedentque e-pugna.
Tunc tuum consilium nocebit, princeps virorum.

Huic autem respondit deinde rex virorum Agamemno:
o Ulysse, valde quidem meum attigisti animum increpatione
105 gravi; sed neutiquam ego invitos jubebam
naves bonis-transtris in-mare deducere filios Achivorum.
Nunc vero *utinam* sit qui isto quidem melius consilium dicat,
vel juvenis, vel senex: mihi autem lubenti exstiterit.

Inter-hos vero et locutus-est pugna strenuus Diomedes:
110 prope *est* vir (non diu inquiremus), siquidem velitis
obsequi; et nequid succensentes *me* vituperetis singuli;
quoniam natu-minimus sum inter vos;
patre tamen et forti et ego genere *me* glorior esse.
[Tydeo, quem Thebis ingesta terra cooperuit.]
115 Portheo enim tres filii egregii procreati-sunt,
habitabant autem in Pleurone et excelsa Calydone,
Agrius ac Melas, tertius vero erat eques Œneus,
patris mei pater; virtute autem præstabat inter-illos.
At hic quidem ibi mansit; pater vero meus Argis habitavit,
120 exulans: ita enim Jupiter voluit, et dii ceteri.
Adrasti autem duxit *unam* filiarum, habitabatque domum
divitem opum, abundeque ei erant arva
tritici-feracia, multique plantarum erant horti utrinque;
multa etiam ei pectora erant; superabat autem omnes Achivos
125 hastæ-peritia: hæc vero erant audienda vobis, ut verum est.
Ideo non me genere quidem ignobilem et imbellem putantes,
sententiam spreveritis libere-prolatam, quam recte dixero.
Agite, eamus ad-pugnam, etsi vulnerati, *præ* necessitate:
ibi vero deinde ipsi quidem propinqui-stemus prælio,
130 extra tela, ne forte quis super, vulnere vulnus accipiat:
ceteros autem adhortantes immittemus: qui jam pridem,
animo gratificantes, seorsum-stant, nec pugnant.

Sic dixit: illi vero ei plane auscultabant, et obsecuti-sunt:
profectique-sunt ire, præibatque ipsis rex virorum Agamemno.

135 Nec vero cæcam-speculationem habuit inclytus Terræ-concussor;
sed ad ipsos accessit, seni viro similis:
dexteram autem prehendit manum Agamemnonis Atridæ,
et eum compellans verbis alatis allocutus-est:

Atride, nunc vero certe Achillis pestiferum cor
140 lætatur in pectoribus, cædem et fugam Achivorum

aspicienti: quoniam non ei inest mens, ne exigua quidem.
Verum ille quidem sic pereat, deusque illum exstinxerit.
Tibi vero nondum prorsus omnino dii beati irati-sunt:
sed adhuc, credo, Trojanorum duces ad principes
145 latum pulvere-implebunt campum; tuque spectabis ipse
fugientes ad urbem, a navibus et tentoriis.

Sic locutus, altum exclamavit, cursu-concitus per-campum.
Quam novies-mille clamant, vel decies-mille
viri in pugna, certamen committentes Martis:
150 tantam ex pectoribus vocem rex Concussor-terræ
emisit: Achivis vero ingens robur injecit unicuique
in-cor, indesinenter ut-pugnarent ac præliarentur.

Juno autem inspexit, aureum-solium-habens, oculis,
stans, ex Olympo, a vertice; statimque agnovit
155 hunc quidem satagentem per pugnam clarantem-viros,
fratrem-germanum et levirum, gaudebatque animo.
Jovem vero in summo cacumine fontibus-irriguæ Idæ
sedentem vidit; odiosus autem ei erat animo.
Cogitavit deinde magnis-oculis veneranda Juno,
160 quomodo deciperet Jovis animum ægidem-tenentis.
Hoc autem ei in animo optimum visum-est consilium,
ire ad Idam, postquam-scite ornasset se ipsam,
si forte cuperet *ille* juxta-dormire per-amorem
ipsius corpori, ei autem somnum innocuumque dulcemque
165 *ipsa* funderet in palpebras ac præcordia prudentia.
Profectaque-est ire in thalamum, quem ei carus filius struxerat,
Vulcanus, solidasque fores postibus aptaverat
claustro occulto, quod haud deus alius aperiret.
Illuc hæc ingressa, fores clausit fulgentes.
170 Ambrosia quidem primum a corpore amabili
sordes omnes purgavit, unxitque-se pingui oleo,
divino, suavi, quod ipsi odoriferum erat;
cujus, et si-*modo*-agitaretur in Jovis solida-ære domo,
penitus ad terramque et cælum pervenit halitus:
175 eo illa corpus pulcrum quum-unxisset, ac capillos
pexuisset, manibus cincinnos composuit nitentes,
pulcros, divinos, de capite *fluentes* immortali.
Circùm porro divinum peplum induit, quem ei Minerva
expoliverat elaboratum, intexueratque artificii-plena multa:
180 aureisque *eum* fibulis ad pectus nectebat.
Cinxit autem se zona, centum fimbriis concinnata;
et inaures immisit scite-perforatis auriculis,
tribus-gemmarum-oculis-insignes, elaboratas: gratiaque effulgebat multa.

Calyptra autem desuper velavit-se augustissima dearum,
185 pulcra, recens-facta: *quæ* candida erat ut sol;
pedibus vero sub nitidis ligavit pulcros calceos.
Tum postquam omnem circum corpus posuerat ornatum,
profecta-est ire ex thalamo; advocatamque Venerem,
ab aliis seorsum diis, *his* verbis allocuta-est:

190 Nunquid mihi obsequi-voles, dilecta filia, *in eo* quod dixero?
an recusaveris, irata ob-id animo,
quod ego Danais, tu vero Troibus auxiliaris?

Huic autem respondit deinde Jovis filia Venus:
Juno, veneranda dea, filia magni Saturni,
195 eloquere, quidquid cogitas: perficere autem me animus jubet,
si possum quidem perficere, et si effectu est.

Hanc autem dolos-struens allocuta-est veneranda Juno:
da nunc mihi amabilitatem et desiderium, quo tu omnes
domas immortales atque mortales homines:
200 vado enim visura almæ fines terræ,
Oceanumque, deorum parentem, et matrem Tethym,
qui me in suis ædibus benigne nutrierunt et educarunt,
acceptam a-Rhea, quando Saturnum late-sonans Jupiter
terram subter dejecit et infructuosum mare:
205 hos vado visura, et ipsis innumeras lites dirimam.
Jam enim diuturno tempore inter-se abstinent
cubili et amore, quoniam ira *eorum* incidit animo.
Si illos quidem verbis *meis* pellectos suo animo
in lectum reduxero, ut-jungantur amore:
210 semper ipsis dilectaque et reverenda vocabor.

Hanc autem rursus allocuta-est amans-risum Venus:
non licet, nec decet, tuum verbum recusare;
Jovis enim potentissimi in ulnis dormis.

Dixit, et a pectoribus solvit acu-pictum cingulum,
215 varium: in-eo autem ipsi delinimenta omnia inclusa-erant:
ibi inest quidem amor, inest desiderium, inest amantium colloquium
pelliciens, quod furtim-surripuit mentem etiam prudentium.
Hoc igitur ei imposuit manibus, verbumque dixit et elocuta-est:

Cape jam, hoc cingulum tuo reconde sinu,
220 varium, in quo omnia inclusa-sunt; nec te puto
re-infecta redituram, quicquid mentibus tuis concupieris.

Sic dixit: subrisit autem magnis-oculis veneranda Juno;
subridensque deinde in suo recondidit sinu.

Hæc quidem ivit in thalamum, Jovis filia, Venus:
225 Juno autem festinans reliquit verticem Olympi,
Pieriamque supergressa, et Emathiam amœnam,

ferebatur super equestrium Thracum montes nivosos,
summa cacumina; nec terram carpebat pedibus;
ex Atho autem ad pontum descendit fluctuantem,
230 Lemnumque pervenit, urbem divini Thoantis.
Ibi Somnum convenit, fratrem Mortis,
inque ejus hæsit manu verbumque dixit et elocuta-est:

Somne, rex omniumque deorum omniumque hominum;
certe quidem jam aliquando meo verbo auscultasti; atque etiam nunc
235 obsequere; ego autem tibi habebo gratias dies omnes.
Sopito mihi Jovis sub palpebris oculos fulgentes,
statim postquam ego *ei* acubuero in amore.
Dona autem tibi dabo, pulcrum solium, incorruptum usque,
aureum; Vulcanus vero meus filius utroque-pede-infirmus
240 fabricabit elaborans; sub pedibusque scabellum ponet,
cui imponas nitidos pedes, dum-convivaris.

Hanc autem respondens allocutus-est suavis Somnus:
Juno, veneranda dea, filia magni Saturni,
alium quidem ego deorum sempiternorum
245 facile sopiverim; etiam fluminis fluenta
Oceani, qui quidem parens omnibus est:
Jovem vero non ego Saturnium prope adiero,
nec sopivero, quando non ipse quidem jusserit.
Jam enim me et aliud tuum sapere-fecit mandatum,
250 die isto, quando ille magnanimus Jovis filius (*Hercules*)
navigabat ex-Ilio, Trojanorum urbe direpta.
Nempe ego demulsi Jovis mentem ægidem-tenentis,
suavis circumfusus: tu autem ei mala struebas animo,
excitatis sævorum ventorum super pontum flatibus;
255 et eum deinde ad-Con bene-habitatam detulisti,
seorsum ab-amicis omnibus: ille vero (*Jupiter*) experrectus indignabatur
proturbans per domum deos; me autem maxime omnium
quærebat; ac me perditum ab æthere injecisset ponto,
nisi *me* Nox servasset domitrix deorum et hominum,
260 quam adivi fugiens: ille autem cohibuit-se, iratus licet;
verebatur enim, ne Nocti celeri ingrata-animo faceret.
Nunc iterum hoc me jubes periculosissimum aliud perficere.

Hunc autem rursus allocuta-est magnis-oculis veneranda Juno:
Somne, quid vero tu hæc in mentibus tuis cogitas?
265 putasne ita Trojanis favere late-sonantem Jovem,
sicut propter-Herculem iratus-erat, filium suum?
Verum age: ego autem tibi Gratiarum unam juniorum
dabo ducendam, et tuam vocandam conjugem.
[Pasitheam, quam semper cupis dies omnes.]

270 Sic dixit: gavisus-est autem Somnus, respondensque allocutus-est:

Age, nunc mihi jura inviolabilem Stygis aquam,
manuque altera quidem tange terram almam,
altera vero mare marmoreum; ut nobis omnes,
testes sint illi inferi dii, Saturnum circa qui-sunt:
275 omnino *te* mihi daturam-esse Gratiarum unam juniorum,
Pasitheam, quam ipse cupio dies omnes.

Sic dixit: neque non-obsecuta-est dea ulnis-candidis Juno;
jurabat autem, ut *is* jubebat, deosque nominabat omnes
subtartareos, qui Titanes appellantur.
280 Tum postquam juraveratque, absolveratque jusjurandum,
ipsi *simul* ibant, Lemnique et Imbri urbe relicta,
caligine induti, celeriter conficientes iter.
Ad-Idam autem pervenere fontibus-irriguam, matrem ferarum,
ad-Lecton; ubi primum liquerunt mare: hique super terra ibant:
285 summa autem sub pedibus quassabatur silva.
Illic Somnus quidem mansit, antequam Jovis oculi viderent *eum,*
in abietem inscendens altissimam, quæ tunc in Ida
procerissima nata per ærem ad-æthera ibat:
illic *is* sedit ramis dense-opertus abiegnis,
290 avi argutæ similis, quam in montibus
Chalcidem nominant dii, homines autem Cymindin.

Juno autem celeriter conscendebat *in*-Gargarum summum
Idæ excelsæ: vidit autem *eam* nubes-cogens Jupiter.
Ut vero vidit, continuo illum amor prudentia præcordia cooperuit,
295 perinde-ac quando primum congressi-sunt amore,
in cubile euntes, suis clam parentibus.
Stetit autem ante ipsam, verbumque dixit et elocutus-est:

Juno, quo festinans ab Olympo huc venis?
equi autem non adsunt et currus, quos conscendas.

300 Hunc autem dolos-struens allocuta-est veneranda Juno:
Eo visura almæ fines terræ,
Oceanumque, deorum parentem, et matrem Tethyn,
qui me in suis ædibus benigne nutrierunt et educarunt:
hos vado visura, et ipsis innumeras lites dirimam.
305 Jam enim diuturno tempore inter-se abstinent
cubili et amore: quoniam ira *eorum* incidit animo.
Equi autem in radicibus irriguæ-fontibus Idæ
stant, qui me ferent super aridumque et humidum.
Nunc vero tua gratia huc ab Olympo ob-hoc venio,
310 ne forte mihi posthac irascaris, si silentio
abeam ad domum profunde-fluentis Oceani.

Hanc autem respondens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
Juno, illuc quidem licet et posthac proficisci;

nos autem, age, (in) amore congrediamur concumbentes.
315 Non enim unquam mihi sic deæ amor, nec mulieris,
animum in pectoribus circumfusus vicit;
neque quando captus-eram amore Ixioniæ uxoris,
quæ peperit Pirithoum, diis consiliarium parem:
neque quando Danæs pulcris-talis, Acrisi-filiæ,
320 quæ peperit Perseum, omnium illustrissimum virorum:
neque quando Phœnicis filiæ late-celebratæ,
quæ peperit mihi Minoemque et diis-parem Rhadamanthyn:
neque quando Semelæ, neque Alcmenæ in Thebis;
quarum hæc quidem Herculem fortissimum-animo peperit filium;
325 illa vero, Semele, Bacchum peperit, gaudium mortalibus;
nec quando Cereris comas-pulcras-habentis reginæ;
nec quando Latonæ gloriosæ, nec *qunado* tui ipsius:
ut tui nunc amore-teneor, et me dulce desiderium capit.

Hunc autem dolos-struens allocuta-est veneranda Juno:
330 importunissime Saturnie, quale hoc verbum dixisti!
Si nunc in amore cupis concumbere
Idæ in verticibus, hæc autem *loca* propatula-sunt omnia:
quomodo esset, si quis nos deorum sempiternorum
dormientes videret, diisque omnibus, profectus,
335 indicaret? non equidem tuam ad domum redirem,
e cubili quum-surrexero: vituperabile vero esset.
Sed si revera vis, et tibi *hoc* gratum est animo,
est tibi thalamus, quem tibi dilectus filius fabricavit,
Vulcanus, solidasque fores postibus aptavit:
340 illuc eamus dormituri, quandoquidem tibi placet concubitus.

Hanc autem respondens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
Juno, nec tu deorum hoc metue, nec quenquam hominum
visurum-esse: talem tibi ego nubem circumfundam,
auream: neque nos perviderit ne Sol quidem,
345 cujus vel acutissimum est lumen ad-inspiciendum.

Dixit, et ulnis complexus-est Saturni filius suam uxorem:
his autem subter Tellus divina summisit recentem herbam,
lotumque roscidum, et crocum, et hyacinthum
densum et mollem, qui a terra *eos* alte levabat.
350 Hoc in *toro* cubarunt, insuperque numbem sibi-induerunt
pulcram, auream; lucidique decidebant rores.

Sic quidem quiete dormiebat pater in Gargaro summo,
somno et amore domitus, tenebatque in-ulnis uxorem.
Profectus vero est currens ad naves Achivorum dulcis Somnus,
355 nuntium dicturus terram-cingenti Neptuno.
Prope autem stans verbis alatis *eum* allocutus-est:

Promtus nunc Danais, Neptune, auxiliare,
et ipsis gloriam præbe, parumper saltem, dum adhuc dormit
Jupiter: quoniam ipsi ego mollem soporem circumfudi:
360 Juno autem in amore *eum* decepit ut-dormiret.

Sic fatus, hic quidem abiit ad inclytas nationes hominum:
illum vero adhuc magis impulit ad-auxiliandum Danais.
Statim autem *is* inter primos longe prosiliens hortabatur:

Argivi, etiamne rursus concedimus Hectori victoriam
365 Priamidæ, ut naves capiat, et gloriam referat?
at is quidem sic existimat, et gloriatur, quia Achilles
navibus in cavis manet iratus corde.
Illius tamen non magnum desiderium erit, si quidem ceteri
nos excitemur ad-defendendum nos-invicem.
370 Sed agite, sicut ego dixero, obsequamur omnes.
Clypeis, quotquot optimi *sunt* in exercitu atque maximi,
induti, capitaque fulgentibus galeis
tecti, manibusque longissimas hastas tenentes,
eamus: atque ego præibo; neque omnino opinor,
375 Hectorem Priamiden mansurum, admodum licet promtum.
[Quicunque autem vir pugna strenuus *est,* gestatque parvum scutum humero,
imbelliori viro det, ipse vero scutum majus subeat.]

Sic dixit: hi autem ei maxime auscultarunt atque obsecuti-sunt.
Hos ipsi reges instruebant, vulnerati licet,
380 Tydides, Ulyssesque, et Atrides Agamemno:
obeuntes autem *copias* omnes, Martia arma commutabant.
Fortia fortis induebat, deteriora autem imbelliori dabat.
Ac postquam induerant sibi circa corpus coruscum æs,
profecti-sunt ire: præibatque eis Neptunus concussor-terræ,
385 horrendum ensem longum habens in manu robusta,
similem fulguri: quali non fas est congredi
in pugna perniciosa, sed metus *ejus* reprimit viros.

Trojanos vero ex-altera-parte instruebat splendidus Hector.
Tum vero gravissimum certamen pugnæ intenderunt
390 cæruleus-crinibus Neptunus, et splendidus Hector;
nempe hic quidem Trojanis, ille vero Achivis auxilians.
Exundavit autem mare ad tentoriaque navesque
Argivorum: ipsi autem congrediebantur intenti clamore.
Nec maris unda tantum boat ad terram,
395 ex ponto impulsu flatu Boreæ gravi;
neque ignis tantus est crepitus ardentis,
montis in saltibus, quando exoritur crematurus silvam;
nec ventus tantum in quercubus alte-comantibus
insonat, qui maxime vehementer fremit sæviens:

400 quantus inde Trojanorum et Achivorum erat clamor,
horrende vociferantium, quando in se-invicem ruerent.

In-Ajacem vero primus jaculatus-est splendidus Hector
hasta, quippe conversus-erat recta in ipsum; neque aberravit;
sed eum percussit qua duo baltei circa pectora extensi-erant,
405 alter quidem scuti, alter vero ensis argenteis-clavis-ornati:
hi ei tutati-sunt tenerum corpus. Iratus-est autem Hector,
quod sibi telum velox irritum evolarat e-manu;
retroque sociorum in agmen cessit, mortem evitans.
Hunc quidem deinde abeuntem magnus Telamonius Ajax
410 saxo, quæ sane multa, velocium retinacula navium,
ad pedes pugnantium *passim* volvebantur; horum uno sublato,
in-pectus percussit super scuti-orbem, prope collum:
turbinis autem instar *id* concitavit immittens, rotatumque-est circumcirca.
Ut vero quum a plaga patris Jovis procidit quercus
415 radicitus, teter autem sulfuris gignitur odor
ex ea: eumque non-amplius sustinet animus, qui viderit
prope stans; durum vero *est* Jovis magni fulmen:
sic cecidit Hectoris celeriter humi robur in pulveribus.
Manu autem amisit hastam, et super eo scutum secutum-est,
420 et galea; circaque ipsum sonitum-dedere arma varia ære.
Illi vero magnum clamantes accurrebant, filii Achivorum,
sperantes *se eum* tracturos *ad se;* jaculabanturque crebra
spicula; at nemo potuit pastorem virorum
nec cominus- nec eminus-ferire; prius enim circumstetere *eum* fortissimi,
425 Polydamasque, et Æneas, et divinus Agenor,
Sarpedonque, princeps Lyciorum, et Glaucus eximius:
ceterorumque nullus ipsum neglexit, sed ante
ipsum clypeos orbiculatos tenebant; eumque socii
manibus sublatum portabant ex pugna, donec pervenit ad-equos
430 veloces, qui ei post pugnam et prælium
stabant, aurigamque et currum varium habentes:
qui eum urbem versus portabant graviter gementem.

Sed quando jam ad-vadum pervenere pulcre-fluentis fluvii,
Xanthi vorticosi, quem immortalis genuit Jupiter:
435 ibi illum e curru admoverunt terræ, eique aquam
adfuderunt; ille autem spiritum-recepit, et suspexit oculis;
sedensque in genua, nigrum sanguinem evomuit:
iterum vero retro lapsus-est in-terram, eique oculos
nox obtexit nigra; telum vero adhuc animum domabat.

440 Argivi autem, ut jam viderunt Hectorem seorsum euntem,
vehementius in Trojanos irruerunt, memineruntque pugnæ.

Tunc longe primus Oilei *filius* velox Ajax
Satnium vulneravit hasta insiliens acuta,
Enopiden, quem quidem nympha peperit Nais eximia
445 Enopi armenta-pascenti ad ripas Satnioentis:
hunc quidem Oiliades hasta-inclytus, prope accedens,
vulneravit ad ile: is vero cecidit-resupinus, superque eo
Trojani et Danai commiserunt acrem pugnam.
Super eo autem Polydamas hastam-vibrans accessit ultor
450 Panthoides; percussitque Prothoenorem dextrum in-humerum,
filium Areilyci; per humerum autem valida hasta
penetravit: hic vero in pulvere lapsus prehendit terram palma
Polydamasque vehementer super-*eo*-gloriatus-est, altum clamans:

Neutiquam puto magnanimi Panthoidæ
455 manu e robusta vanum exsiliisse telum,
sed *id* aliquis Argivorum recepit corpore: et ipsum puto
ei *ut baculo* innitentem, descensurum in domum Plutonis.

Sic dixit: Argivis autem dolor exortus-est, *eo* gloriante,
Ajaci vero maxime bellicoso animum commovit,
460 Telamoniadæ: hunc enim *Prothoenor* cecidit proxime.
Statim autem in abeuntem jaculatus-est hasta fulgenti:
Polydamas vero ipse quidem evitavit mortem nigram,
in-obliquum absiliens: excepit autem *ictum* Antenoris filius
Archelochus: huic enim dii destinarant interitum.
465 Hunc percussit, capitisque et cervicis in commissura,
extremam-*ad*-vertebram; atque ambos discidit nervos:
hujus vero multo prius caput, osque, naresque
solo allapsa-sunt, quam tibiæ et genua cadentis.
Ajax autem vicissim inclamavit eximio Polydamanti:

470 Perpende, Polydama, et mihi verum dic:
an non hic vir pro Prothoenore *vicissim* occidi
dignus? non quidem mihi ignavus videtur neque ex ignavis;
sed frater Antenoris equûm-domitoris,
vel filius: ipsi enim genere proxime similis-videbatur *mihi.*

475 Sic dixit, bene *eum* cognoscens: Troas vero dolor cepit animo.
Tunc Acamas Promachum Bœotium vulneravit hasta,
fratrem circumeundo-protegens, *quem* is subtrahebat pedibus.
Super-hoc Acamas vehementer gloriabatur, altum clamans:

Argivi sagittarii, minarum insatiabiles,
480 haud sane solis laborque erit et luctus
nobis, sed aliquando sic occidemini et vos.
Perpendite, ut vobis Promachus domitus dormiat
hasta mea, quo nequaquam fratris certe ultio
diu insoluta sit: quare et quivis optet vir

485

fratrem in ædibus piaculi vindicem sibi relinqui.

Sic dixit: Argivis autem dolor obortus-est, *eo* gloriante;
Peneleo vero maxime bellicoso animum commovit;
ruit autem in-Acamantem: ille tamen non sustinuit impetum
Penelei regis; is vero (*Peneleus*) vulneravit Ilioneum,
490 filium Phorbantis divitis-pecorum, quem maxime
Mercurius Trojanorum diligebat, et possessiones ei dederat:
sub hoc autem mater unicum peperit Ilioneum:
quem tunc sub supercilio vulneravit *Peneleus* ad oculi radices,
excussitque pupillam; hasta vero *per* oculum penitus
495 et per occipitium transiit: hic autem desedit, manibus porrectis
ambabus. Peneleus vero stricto ense acuto,
cervicem mediam feriit, deturbavitque humi,
ipsa cum casside, caput: adhuc tamen valida hasta
erat in oculo: ille autem dixit, *tanquam* papaveris-capite sublato,
500 denuntiavitque Trojanis, et glorians verba fecit:

Renunciate mihi, Trojani, illustris Ilionei
patri caro et matri, ut-lugeant in ædibus:
neque enim Promachi uxor Alegenoridæ,
viro caro, reverso, se-læto-vultu-offeret, quando demum
505 ex Troja cum navibus revertemur filii Achivorum.

Sic dixit: hosque omnes subtus tremor cepit in-genubus;
circumspectabatque unusquisque, qua effugiat gravem perniciem.

Dicite nunc mihi, Musæ cœlestes domos tenentes,
quisnam primus cruentas exuvias Achivorum
510 sustulerit, postquam inclinavit pugnam inclytus Neptunus.

Ajax quidem primus Telamonius Hyrtium vulneravit,
Gyrtiaden, Mysorum ductorem magnanimorum:
Phalcem autem Antilochus, et Mermerum occisos spoliavit:
Meriones autem Morynque et Hippotionem interfecit:
515 Teucer vero Prothoonemque peremit, et Peripheten;
Atridesque deinde Hyperenorem, pastorem virorum,
vulneravit ad ile; intestina autem æs penitus hausit
dilacerans, animaque per inflictum vulnus
erupit propulsa; illi autem tenebræ oculos texerunt.
520 Plurimos vero Ajax interfecit, Oilei velox filius;
non enim ei quisquam par ad-insequendum pedibus erat,
viris fugientibus, quando Jupiter fugam immitteret.

[TR1] "in-geniosus" → "ingeniosus"

Iliadis XV.—Repressio a navibus.

ARGUMENT: THE FIFTH BATTLE AT THE SHIPS; AND THE ACTS OF AJAX.

Jupiter, awaking, sees the Trojans repulsed from the trenches, Hector in a swoon, and Neptune at the head of the Greeks: he is highly incensed at the artifice of Juno, who appeases him by her submissions; she is then sent to Iris and Apollo. Juno, repairing to the assembly of the gods, attempts, with extraordinary address, to incense them against Jupiter; in particular she touches Mars with a violent resentment; he is ready to take arms, but is prevented by Minerva. Iris and Apollo obey the orders of Jupiter; Iris commands Neptune to leave the battle, to which, after much reluctance and passion, he consents. Apollo reinspires Hector with vigour, brings him back to the battle, marches before him with his aegis, and turns the fortune of the fight. He breaks down great part of the Grecian wall: the Trojans rush in, and attempt to fire the first line of the fleet, but are, as yet, repelled by the greater Ajax with a prodigious slaughter.

TEXT:

1 At postquam per vallosque et fossam transierant
fugientes, multique domiti-erant Danaorum sub manibus,
hi quidem (*Trojani*) jam ad currus se-cohibebant manentes,
pallidi præ metu, exterriti: experrectus vero est Jupiter
5 Idæ in verticibus, ex *amplexu* Junonis aureum-solium-habentis.
Stetit autem raptim-exsurgens, viditque Trojanos et Achivos,
illos quidem turbatos, hos vero turbantes a-tergo,
Argivos; interque eos Neptunum regem.
Hectorem vero in campo vidit jacentem; circumque socii
10 sedebant: is autem gravi tenebatur anhelitu, mente defectus,
sanguinem vomens; quippe eum non imbecillimus ferierat Achivorum.
Hunc intuitus, misertus-est pater hominumque deûmque
terribiliterque torvum intuens Junonem verba allocutus-est:

Profecto vero mali-artifex, fraudulenta, tuus dolus, Juno,
15 Hectorem cessare-fecit a-pugna, fugavitque copias.
Non tamen scio, si rursus machinationum perniciosarum
prima fructum-sis-pereceptura, et te verberibus cædam.
An non meministi, quando pependisti ab-alto, a pedibusque
incudes *suspensas* demisi duas, circum manus autem vinculum misi
20 aureum, infragile? tu vero in æthere et nubibus
pependisti; indignabanturque dii per latum Olympum:
at solvere non poterant circumstantes: quemcunque vero prenderem,
projiciebam correptum de limine *cœli,* donec perveniret
in-terram vix-spirans: mihi vero ne sic quidem iram remisit
25 vehemens dolor ob-Herculem divinum,
quem tu, cum Borea vento inducens procellas,
misisti per infructuosum pontum, mala machinans,

et eum deinde ad-Coon bene-habitatam cursu-detulisti:
eum quidem ego inde liberavi, et reduxi iterum
30 Argos in equos-pascens multis licet malis-exercitum.
Hæc tibi rurus in-memoriam-reducam, ut desistas a-fallaciis:
ut scias, an tibi profuerit congressusque et cubile,
quo mista-es, veniens seorsum a-diis, et me decepisti.

Sic dixit: cohorruit autem magnis-oculis veneranda Juno,
35 et eum compellans verbis alatis allocuta-est:

Sciat nunc hoc Terra et Cœlum latum superne,
et subterlabens Stygis aqua, quod maximum
jusjurandum gravissimumque est beatis diis;
tuumque sacrum caput et noster torus ipsorum
40 ingenuus, quem quidem non ego unquam temere jurarim:
non per meum consilium Neptunus terræ-concussor
vexat Trojanos et Hectorem, his autem (*Argivis*) auxiliatur:
sed certe ipsum[TR1] *suus* animus incitat ac jubet
afflictos autem ad naves videns miseratus-est Achivos.
45 At quin et illi ego consuluerim,
eo ire, quo jam tu, *Jupiter* atras-nubes-cogens, imperaris.

Sic dixit: subrisit autem pater hominumque deûmque,
et eam respondens verbis alatis allocutus-est:

Si quidem tu jam deinceps, magnis-oculis veneranda Juno,
50 idem mecum sentiens inter immortales sederis:
ea-re sane Neptunus, etiam si maxime velit alio,
confestim *et suam* converterit mentem ad tuum et meum animum.
Verum si jam quidem ex-animo et vere loqueris,
vade nunc ad cœtus deorum, et huc vocatos-jube
55 Irimque accedere, et Apollinem inclytum-arcu;
ut illa quidem ad exercitum Achivorum ære-loricatorum
eat, et dicat Neptuno regi,
ut-cessans a-pugna suas ad ædes redeat:
Hectorem vero excitet ad pugnam Phœbus Apollo,
60 iterumque inspiret robur, obliviscique-faciat dolorum,
qui nunc eum premunt in præcordiis: atque Achivos
iterum avertat, imbelli fuga immissa:[TR2]
fugientes autem, in naves multa-transtra-habentes incidant
Pelidæ Achillis: is vero excitabit suum socium
65 Patroclum; illum autem interficiet hasta splendidus Hector
Ilium ante, multos quando-peremerit *ille* juvenes
quum alios, tum autem filium meum Sarpedona divinum.
Ob-illum iratus interficiet Hectorem divinus Achilles.
Ex eo vero inde repressionem *Trojanorum* a navibus
70 semper ego efficiam perpetuo, usque-dum Achivi
Ilium excelsum ceperint, Minervæ per consilia.

Prius autem neque ego cessabo ab-ira, nec quemquam aliorum
immortalium Danais auxililiari hic sinam,
quam hoc Pelidæ expletum-fuerit desiderium;
75 sicut ei promisi primum, meoque annui capite
die illo, quando mihi dea Thetis tetigit genua,
supplicans, ut-honorarem Achillem urbium-vastatorem.

Sic dixit; nec non-obsecuta-est dea ulnis-candidis Juno;
discessit autem ab Idæis montibus ad excelsum Olympum.
80 Sicut vero quum salit mens viri, qui per multas
terras profectus, præcordiis *in* prudentibus secum-cogitat:
Huc iverim, vel illuc; animoque-versat multa:
sic celeriter properans pervolavit veneranda Juno;
pervenitque in excelsum Olympum. Congregatis autem supervenit
85 immortalibus diis Jovis in-domo: illi vero conspicati,
omnes celeriter-assurrexerunt, et excipiebant *eam* poculis.
Hæc autem alios quidem omisit, a-Themide vero pulcris-genis
accepit poculum: prima enim *illa* obvia venit currens,
et eam compellans verbis alatis allocuta-est:

90 Juno, quid *huc* ascendisti? metu vero perculsæ similis-es?
profecto valde te territavit Saturni filius, qui tibi maritus.

Huic autem respondit deinde dea candidis-ulnis Juno:
ne me, dea Themi, hæc interroga: scis et ipsa,
qualis illius animus superbus et inclemens.
95 At tu quidem præsis inter-deos, in ædibus, convivio æquali.
hæc autem et inter omnes audies immortales,
qualia Jupiter mala opera aperiet; nec quicquam puto
omnibus una animum gavisurum, nec mortalibus,
nec diis; etiamsi quis adhuc non convivetur hilaris.

100 Hæc quidem sic locuta consedit, veneranda Juno:
moleste-ferebant autem per domum Jovis dii: illa vero risit
labiis *tenus,* nec frons super superciliis nigris
exhilarata-est; inter-omnes autem indignata locuta-est:

Dementes, qui Jovi irascimur insipientes!
105 Certe adhuc ipsum cupimus compescere, propius accedentes,
vel suasu, vel vi; is vero procul-sedens *nos* non curat,
neque moratur: ait enim inter immortales deos
viribusque potentiaque eximie *se* esse optimum.
Quare tolerate, quodcunque vobis malum immittat unicuique.
110 Jam enim nunc opinor Marti utique damnum illatum-esse:
filius enim ei interiit in pugna, carissimus hominum,
Ascalaphus, quem ait suum esse fortis Mars.

Sic dixit: Mars autem robusta feriebat-sibi femora
manibus pronis, lugens autem verbum dixit:

115 Ne nunc mihi succenseatis, cælestes domos habentes,
si-ulciscar cædem filii, profectus ad naves Achivorum,
etiam si mihi *sit* fatale, Jovis percussum fulmine
jacere una-cum mortuis, in sanguine et pulvere.

Sic dixit: et equos jussit Terroremque Metumque
120 jungere: ipse autem arma induebat collucentia.
Tum etiam majorque et gravior alia
a-Jove in-immortales ira et indignatio exorta-fuisset,
nisi Minerva, cunctis admodum-timens diis,
prosiluisset e vestibulo, liquissetque solium, ubi sedebat:
125 hujus vero a capite galeam demsit, et scutum ab humeris;
hastamque *ad parietem* erexit, robusta e manu raptam,
æream; ipsa vero verbis corripuit impetuosum Martem:

Furiose, vecors, periistine? certe tibi frustra
aures ad-audiendum sunt, mens autem periit et pudor.
130 Non audis, quæ dicit dea candidis-ulnis Juno,
quæ jam modo a Jove Olympio venit?
an vis ipse quidem, perpessus mala multa,
reverti in-Olympum, etiam dolens, necessitate,
ac ceteris malum magnum omnibus creare?
135 Continuo enim Trojanos quidem magnanimos et Achivos
linquet *Jupiter,* ad-nos autem veniet turbas-excitaturus in Olympum:
corripietque alium-post-alium, qui in culpa *sit,* et qui non.
Quare te nunc jubeo missam-facere iram de-filio optimo.
Jam enim aliquis, eo vi et manibus fortior,
140 vel interfectus-est, vel etiam posthac interficietur: difficile vero,
omnium hominum servare progeniemque partumque.

Sic locuta, sedere-fecit in-solio impetuosum Martem.
Juno autem Apollinem vocavit e domo
Irimque, quæ diis internuntia *est* immortalibus;
145 et eos compellans, verbis alatis allocuta-est:

Jupiter vos in Idam jubet venire quam celerrime:
ac postquam veneritis, Jovisque vultum aspexeritis,
facite quicquid ille hortatus-fuerit et jusserit.

Hæc quidem sic locuta, retro cessit, veneranda Juno;
150 conseditque in solio: ii vero properantes volabant, *ad*
Idamque pervenerunt fontibus-irriguam, matrem ferarum;
invenere autem late-sonantem Saturnium in Gargaro summo
sedentem, circaque ipsum odorata nubes circumfusa-erat.
Hi autem venientes coram Jove nubes-cogente
155 steterunt; neque iis, conspicatus, iratus-est animo,
quoniam sibi celeriter verbis caræ uxoris paruerant.
Irim autem priorem verbis alatis allocutus-est:

Vade age, Iri velox, Neptuno regi
omnia hæc nuntia, neu falsa-nuntia sis:
160 relicta illum jube pugna atque prælio
ire *vel* ad cœtus deorum, vel in mare divinum.
Si vero mihi (*meis*) verbis non parebit, sed *ea* aspernabitur,
perpendat jam deinde in mente et in animo,
ne me, fortis licet sit, invadentem non valeat
165 sustinere; quoniam ipso profiteor viribus multo præstantiorem *me* esse,
et natu majorem: illius tamen non veretur carum cor
æqualem se-profiteri mihi, quem metuunt etiam alii.

Sic dixit: nec non-obsecuta-est pedibus-ventosa velox Iris;
descendit autem ab Idæis montibus Ilium versus sacrum.
170 Ut vero quum ex nubibus volat nix aut grando
gelida, *acta* ab impetu ex-æthere-nati Boreæ:
sic festinanter ruens pervolavit velox Iris,
prope autem stans allocuta-est inclytum Neptunum:

Nuntium quendam tibi, Neptune cæruleis-crinibus,
175 veni huc ferens a Jove ægidem-tenente.
Relicta te jubet pugna atque prælio
ire *vel* ad cœtus deorum, vel in mare divinum.
Si vero ejus verbis non parebis, sed *ea* aspernaberis,
minatus-est et ipse, *se* ex-adverso pugnantem
180 huc venturum: te autem vitare jubet *suas*
manus: quia, quam-tu *sis,* ait viribus multo *se* præstantiorem esse
et natu majorem: tuum autem non veretur carum cor
æqualem *te* profiteri ei, quem metuunt etiam alii.

Hanc autem valde indignatus allocutus-est inclytus Neptunus:
185 dii-boni, certe, potens licet sit, superbe locutus-est,
si me, pari-honore præditum, vi invitum coercebit.
Tres enim ex Saturno sumus fratres, quos peperit Rhea,
Jupiter, et ego, tertius autem Pluto, inferis imperans:
trifariamque omnia divisa-sunt, et quisque accepit honorem:
190 nempe ego sortitus-sum canum mare habitare perpetuo,
motis *sortibus:* Pluto sortitus-est tenebras caliginosas;
Jupiter vero sortitus-est cœlum latum, in æthere et nubibus:
terra autem communis *est* omnium, et latus Olympus.
Quare nequaquam Jovis vivam ex-mente sed quietus,
195 potens licet sit, maneat *sua* tertia in portione.
Manibus vero nequid me omnino, ignavum veluti, territet.
Filiasque enim et filios *suos* satius esset
terrificis verbis incessere, quos genuit ipse;
qui ei imperitanti auscultabunt, etiam necessitate.

200 Huic autem respondit deinde pedibus-ventosa velox Iris:
itane vero a-te, Neptune cæruleis-crinibus,

hunc feram Jovi sermonem durumque vehementemque?
anne quid mutabis? flexibiles quidem mentes prudentium.
Nosti, ut majoribus-natu Erinnyes semper asseclæ-sint.

205 Hanc autem vicissim allocutus-est Neptunus terræ-concussor:
Iri dea, valde hoc verbum recte dixisti:
bonum et illud est, quando nuntius decentia norit.
Sed hic gravis dolor cor et animum *meum* occupat,
quum parem-sorte et pari destinatum fato
210 objurgare vult iracundis verbis.
Verum enim nunc quidem, *eum* veritus, cedam.
[Aliud vero tibi dicam, et minabor illud animo:
siquidem sine (*inivitis*) me et Minerva prædatrice,
Junone, Mercurioque et Vulcano rege,
215 Ilio excelso pepercerit, neque volet
evertere, dareque magnam victoriam Argivis:
sciat hoc, quod nobis insanabilis ira erit.]

Sic fatus, liquit exercitum Achaicum Neptunus:
subiitque pontum profectus; desiderabant vero *eum* heroes Achivi.
220 Et tunc Apollinem allocutus-est nubes-cogens Jupiter:

Vade nunc, dilecte Phœbe, ad Hectorem ære-armatum:
jam etenim terram-cingens Neptunus
abiit in mare divinum, evitans iram gravem
nostram: perquam enim *alioqui* pugnam *nostram* audissent et alii,
225 *etiam* qui inferi sunt dii, circa Saturnum qui-sunt.
Sed hoc et mihi multo satius, et illi ipsi
erat, quod ante veritus cessit
manus meas: quippe haud sine-sudore perfectum-fuisset.
Sed tu quidem in manibus accipe ægidem fimbriatam,
230 qua admodum incussa terreas heroas Achivos:
tibi vero ipsi curæ-sit, e-longinquo-feriens, splendidus Hector;
tantisper enim ei excita robur magnum, dum Achivi
fugientes ad-navesque et Hellespontum pervenerint:
exinder vero ipse ego consultabo opereque verbisque,
235 ut et vicissim Achivi respirent a-labore.

Sic dixit: neque patri non-obsecutus-est Apollo.
Descendit vero ab Idæis montibus, accipitri similis
celeri, columbarum-occisori, qui celerrimus volucrum:
invenit filium Priami bellicosi, Hectorem divinum,
240 sedentem; neque amplius jacebat; modoque collegerat animum,
circa se agnoscens socios: atque anhelitus et sudor
cessarat, quando ipsum reficiebat Jovis voluntas ægidem-tenentis.
Prope autem stans *eum* allocutus-est sagittans Apollo:

Hector, fili Priami, curnam tu seorsum ab aliis

245

sedes viribus-defectus? nunquid aliquis te dolor invasit?

Hunc autem languidus allocutus-est galeam-motans Hector:[TR3]
quisnam vero tu es, optime deorum, qui me interrogas coram?
non audisti, quod me navium ad puppes Achivorum,
suos socios perdentem, pugna strenuus percussit Ajax
250 saxo in pectus, cessareque-*me*-fecit ab-animosa fortitudine?
et sane ego putabam *me* mortuos et domum Plutonis
die hoc visurum, quippe caram efflabam animam.

Hunc autem vicissim allocutus-est rex sagittans Apollo:
confide nunc: talem tibi adjutorem Saturnius
255 ex Ida demisit, qui-astet *tibi* et auxilietur,
Phœbum Apollinem aureo-gladio-conspicuum; qui te etiam antea
tueri-soleo, simul ipsumque et excelsam urbem.
Sed age, nunc equites exhortare numerosos,
naves ad cavas ut-agant veloces equos:
260 at ego ante vadens, equis viam
omnem complanabo, vertamque-in-fugam heroas Achivos.

Sic locutus, inspiravit robur magnum pastori virorum.
Ut vero quum aliquis stabulatus equus, hordeo-pastus ad præsepe,
vinculo rupto currit per-campum terram-pedibus-pulsans,
265 consuetus lavari pulcre-fluenti de-fluvio,
superbiens; alte vero caput fert, ac jubæ circum
humeros motantur; ipse autem pulcritudine fretus *quum sit,*
facile eum genua ferunt ad loca-consueta et pascua equarum:
sic Hector celeriter pedes et genua movebat,
270 concitans equites, postquam dei audivit vocem.
Ut vero quum vel in-cervum cornutum, vel silvestrem capram,
incitate-feruntur canesque et viri rustici;
hunc quidem præceps petra et dense-umbrosa silva
servavit; neque enim ipsis *eum* prehendere in-fatis erat;
275 horum autem a clamore *excitatus* apparet leo barbatus
ad viam, statimque omnes avertit, vel ardenter-persequentes:
sic Danai hactenus quidem catervatim perpetuo sequebantur,
ferientes ensibusque et hastis utrinque-acutis:
sed postquam viderunt Hectorem obeuntem ordines virorum,
280 metu-perculsi-sunt, omnibusque in-pedes decidit animus.

Iis autem dein concionatus-est Thoas, Andræmonis filius,
Ætolorum longe præstantissimus, peritus quidem jaculi,
strenuus etiam in stataria *pugna;* concione vero ipsum pauci Achivorum
vincebant, quando juvenes contenderent de eloquentia:
285 qui ipsis bene-cupiens concionatus-est et dixit:

Dii-boni, profecto ingens miraculum hoc oculis video:
quomodo jam de-integro exsurrexit, morte evitata,

Hector. Atqui ipsum omnino sperabat animus cujusque
manibus sub Ajacis mortuum-esse Telamonidæ.
290 Sed aliquis rursus deorum retraxit et servavit
Hectorem; qui profecto multorum Danaorum genua solvit:
quemadmodum et nunc fore puto: non enim sine
Jove altitonante primus-pugnator stat, adeo animo-incitatus.
Sed agite, sicut ego dixero, pareamus omnes:
295 multitudinem quidem ad naves jubeamus redire;
ipsi vero, quotquot fortissimos in exercitu profitemur-nos esse,
stemus, si-qua primum arcere-poterimus occurrentes,
hastas elevantes; hunc autem puto, etiam ardentem,
animo veriturum Danaorum ingredi multitudinem.

300 Sic dixit, illique ei maxime quidem auscultarunt et paruerunt.
Atque cum-sociis-suis Ajax et Idomeneus rex,
Teucer, Merionesque, Megesque, par Marti,
ad-pugnam *copias* instruebant, proceribus convocatis,
Hectorem et Trojanos contra: sed retro
305 multitudo *imbecillior* ad naves Achivorum abibant.

Trojani vero priores-impetum-fecere conferti; præibat autem Hector
passibus-magnis gradiens; anteibatque ipsum Phœbus Apollo,
indutus humeros nube, tenebatque ægidem impetuosam,
horrendam, utrinque-hirtam, insignem, quam faber
310 Vulcanus Jovi dederat gestandam in fugam virorum.
Hanc ille in manibus tenens, præibat copiis.

Argivi vero, *eos* sustinuerunt conferti; ortusque-est clamor
acutus utrinque: a nervis autem sagittæ
exsiliebant; multaque hastilia fortibus e manibus,
315 alia quidem in corpore figebantur bellicosorum juvenum;
multa vero et in-medio, antequam corpus album attingerent,
in terra stabant-fixa, cupientia corpore se-saturare.
Quamdiu ægidem manibus tenebat immotam Phœbus Apollo,
tamdiu valde utrosque tela feriebant, cadebatque populus:
320 sed postquam adversus intuens Danaos cum-citis-equis
eam concussit, insuperque ipse clamavit immaniter, *tum* vero illis animos
in pectoribus debilitavit, oblitique-sunt strenuæ fortitudinis.
Hi autem, ut vel boum armentum, vel gregem magnum ovium
feræ duæ turbant, nigra nocte intempesta
325 advenientes repente, custode non præsente:
sic fugati-sunt Achivi imbelles: iis enim Apollo
immisit terrorem, Trojanis autem et Hectori gloriam dedit.

Tum vero vir interfecit virum, dissipata acie.
Hector quidem Stichiumque et Arcesilaum occidit;
330 hunc quidem, Bœotorum ductorem ære-loricatorum,

illum vero, Menesthei magnanimi fidum socium.
Æneas autem Medontem et Iasum interfecit:
ac hic quidem nothus filius Oilei divini
erat, Medon, Ajacis frater; atque habitabat
335 in Phylace, terra procul-a patria, virum quum-occidisset,
fratrem novercæ Eriopidis, quam habebat Oïleus:
Iasus vero dux quidem Atheniensium erat,
filius autem Spheli vocabatur Bucolidæ.
Mecisteum autem occidit Polydamas, Echiumque Polites
340 prima in acie, Cloniumque interemit divinus Agenor:
Deiochum autem Paris feriit extremum in-humerum a tergo,
fugientem inter primos-pugnatores; penitus autem æs adedigt.

Dum hi illos spoliabant armis, interim Achivi
in-fossam et palos irruentes, quam-foderant,
345 huc et illuc fugiebant; introibantque murum, necessitate.
Hector autem Trojanos hortabatur, altum clamans:

In-naves ut-irruerent, omitterentque spolia sanguinolenta:
quem autem ego seorsum a-navibus alibi animadvertero,
ibi ei mortem moliar, nec sane eum
350 fratresque sororesque rogi participem-facient mortuum,
sed canes *eum* distrahent ante urbem nostram.

Sic fatus, scutica super-humeros feriens-impulit equos,
adhortans Trojanos per ordines. Illi vero cum ipso
omnes minaciter-clamantes, rexere trahentes-currum equos,
355 clamore immenso: ante *eos* autem Phœbus Apollo
facile labra fossæ profundæ pedibus proruens
in medium dejecit; munivitque-tanquam-ponte viam
longam atque latam, quantum hastæ jactus
pertingit, quum vir roboris *sui* periculum-faciens jaculatur.
360 Hac *via* illi profundebantur turmatim, ante vero *ibat* Apollo,
ægidem tenens venerandam: diruebat autem murum Achivorum
facile admodum, ut quum quis arenam puer prope mare;
qui postquam struxerit ludicra-puerilia animo-infantili,
deinceps iterum conturbat pedibus et manibus lusitans:
365 ita tu, sagittator Phœbe, multum laborem et ærumnam
confudisti Argivorum, ipsisque trepidam-fugam immisisti.

Sic illi quidem ad naves compellebantur *ibi* manentes,
invicemque adhortantes, et omnibus diis
manus attollentes, alta-voce vota-faciebant unusquisque;
370 Nestor autem maxime Gerenius, custos Achivorum,
precabatur, manus porrigens cœlum versus stellatum:

Jupiter pater, si unquam aliquis in Argo tritici-ferace,
vel bovis vel ovis pinguia femora comburens,

precatus-est ut-redeat, tu autem promisisti et annuisti;
375 horum memento, et arce, Olympie, sævum diem:
neu sic a-Trojanis sinas domari Achivos.

Sic dixit orans: valde autem intonuit providus Jupiter,
preces exaudiens Nelidæ senis.

Trojani vero, ut audiere Jovis fragorem ægidem-tenentis,
380 acrius in Argivos irruebant, meminerantque pugnæ.
Illi autem, tanquam magna unda maris vasti
navis supra latera *in eam* transcendit, quando urget
vis venti; hæc enim maxime undas auget:
sic Trojani magno clamore murum ingrediebantur,
385 equos autem ubi-immiserant, ad puppes pugnabant
hastis utrinque-acutis cominus: hi quidem ex equis,
illi vero e navibus ex-alto nigris, quas-conscenderant,
longis contis, qui ipsis in navibus jacebant
ad-navale-prælium-apti, compacti, in ore induti ære.

390 Patroclus autem, quamdiu quidem Achivique Trojanique
circa murum pugnabant, veloces extra naves,
tamdiu ipse in tentorio virtutem-amantis Eurypyli
seditque et hunc oblectabat sermonibus, inque vulnus grave
pharmaca spargebat, medelas atrorum dolorum.
395 Sed postquam murum impetu-magno-ingressos advertit
Trojanos, ac Danaorum ortus-est clamorque fugaque,
ejulavit deinde, et sua percussit femora
manibus pronis, lugensque verbum dixit:

Eurypyle, non amplius tecum possum, indigente licet,
400 hic manere: sane enim magnum certamen ortum-est:
sed te quidem famulus oblectet; at ego
festinabo ad Achillem, ut impellam *eum* ad-pugnam.
Quis autem scit, si forte ei, cum (*favente*) deo, animum moveam
admonens? bona vero admonitio est amici.

405 Hunc quidem, sic locutum, pedes ferebant: at Achivi
Trojanos ingruentes sustinebant constanter, nec-tamen poterant,
pauciores licet essent, repellere a navibus,
neque Trojani Danaorum valebant phalangas
perrumpentes, tentoria ingredi et naves.
410 Sed sicuti amussis lignum navale dirigit
fabri in manibus periti, qui quidem totam
bene callet artem, de-præceptis Minervæ:
sic quidem horum ex æquo pugna porrecta-erat præliumque;
alii autem circa alias pugnam pugnabant naves.

415 Hector vero contra Ajacem incessit gloria-sublimem.
Hi autem unam circa navem habebant laborem, nec poterant

neque hic illum vi-abigere, et incendere igni naves,
neque ille hunc repellere, postquam *eum* prope-admorat deus.
Tunc filium Clytii Caletorem splendidus Ajax,
420 ignem in navem ferentem, ad pectus percussit hasta.
Fragorem vero edidit cadens, torrisque ei excidit manu.
Hector autem ut advertit oculis *suis* consobrinum
in pulverem procidisse, navem ante nigram:
Trojanosque et Lycios exhortatus-est, altum clamans:

425 Trojani et Lycii et Dardani cominus-pugnantes,
ne qua jam recedatis a-pugna in angustia hac:
sed filium Clytii servate, ne ei Achivi
arma detrahant in certamine ad-naves cadenti.

Sic fatus, in-Ajacem jaculatus-est hasta fulgenti.
430 Ab-eo quidem aberravit: ac deinde Lycophronem, Mastoris filium,
Ajacis famulum, Cytherium, qui cum ipso
habitabat, quoniam virum interfecerat Cytheris inclytis:
hunc utique percussit in-caput super aurem acuta hasta,
stantem prope Ajacem: hic autem supinus in pulvere
435 navis a puppe humi decidit; solutaque-sunt *ei* membra.
Ajax autem exhorruit, fratremque allocutus-est:

Teucer dulcissime, sane nobis interfectus-est fidus socius,
Mastorides; quem nos, Cytheris ad-nos profectum,
æque-ac caros parentes honorabamus in ædibus;
440 hunc autem Hector magnanimus occidit. Ubinam jam tibi sagittæ
letiferæ, et arcus, quem tibi dedit Phœbus Apollo?

Sic dixit: hic autem intellexit: currensque ei prope astitit,
arcum tenens in manu resilientem, ac pharetram
sagittiferam: perquam autem cito sagittas Trojanis immittebat.
445 Et percussit Clitum, Pisenoris illustrem filium,
Polydamantis socium, præclari Panthoidæ,
frena manibus tenentem: hic quidem exercebatur circa equos:
eâ enim regebat, qua multo plurimæ turbabantur phalanges,
Hectori et Trojanis gratificans: statim vero ipsi
450 venit malum, quod ab-eo nemo arcuit cupientium licet.
Cervici enim ejus a-tergo luctuosa incidit sagitta:
decidit autem de curribus, retrocesseruntque ejus equi,
vacuos currus succutientes-cum-sonitu. Rex vero vidit statim,
Polydamas, et primus obviam venit equis.
455 Hos quidem ille Astynoo, Protiaonis filio, dedit:
multisque *eum* hortabatur prope *se* tenere in-conspectu
equos: ipse autem reversus primis-pugnatoribus mixtus-est.
Teucer autem aliam sagittam in Hectorem ære-armatum
depromsit, et abrupisset pugnam ad naves Achivorum,
460 si ei pugnanti-fortissime, *sagitta* injecta eripuisset animam.

Sed non latuit Jovis prudentem mentem, qui custodiebat
Hectorem, at Teucrum Telamonium gloria privavit;
qui ei scite-tortum nervum in eximio arcu
rupit in illum retrahenti, detorquebatur autem ei alio
465 sagitta ære-gravis, arcusque ei excidit manu.
Teucer vero cohorruit, fratremque allocutus-est:

Eheu, certe jam penitus pugnæ consilia præcidit
deus nostræ, qui mihi arcum excussit manu:
nervum autem disrupit recens-tortum, quem *ei* illigaveram
470 hodie-mane, ut sustineret crebro exsilientes sagittas.

Huic autem respondit deinde magnus Telamonius Ajax:
o amice, quin *tu* arcum quidem sine et crebras sagittas
jacere; quoniam *eum* confregit deus, Danais invidens;
sed manibus sumens longam hastam, et scutum humero,
475 pugnaque *ipse* cum Trojanis, et ceteras excita copias:
ne sine-labore saltem, victores licet, capiant
naves bonis-transtris-instructas; sed meminerimus pugnæ.

Sic dixit: ille vero arcum quidem in tentoriis reposuit:
ac circum humeros scutum sibi-cepit quatuor-laminarum,
480 capitique forti galeam scite-factam imposuit;
[equinis-setis, terribiliterque crista desuper nutabat;]
sumsit autem *et* validam hastam, præfixam acuto ære:
profectusque-est ire, et perceleriter currens Ajaci astitit.

Hector autem, ut vidit Teucri inutiles-factas sagittas,[TR4]
485 Trojanosque et Lycios exhortatus-est, altum clamans:

Trojani et Lycii et Dardani cominus-pugnantes,
viri estote, amici, memineritisque strenuæ fortitudinis,
naves ad cavas: jam enim vidi oculis
viri primarii a-Jove inutiles-factas sagittas.
490 Admodum vero facilis-agnitu Jovis hominibus est potentia,
tum quibus gloriam superiorem dederit,
tum quos deprimatque et nolit defendere:
sicut nunc Argivorum minuit robur, nobisque auxiliatur.
Sed pugnate ad naves conferti! Qui autem vestrum
495 vulneratus-eminus vel -cominus mortem et fatum inierit,
moriatur: non ei indecorum *erit* pugnanti pro patria
mori; at uxorque salva *erit,* et filii in-posterum,
et domus, et patrimonium integrum; siquidem Achivi
abierint cum navibus dilectam in patriam terram.

500 Sic fatus, excitavit robur et animum uniuscujusque.
Ajax vero vicissim ex-altera-parte hortatus-est suos socios:

Proh pudor, Argivi! nunc prope-est vel *penitus* perisse,
vel servatos-esse, et avertisse mala a-navibus.

An speratis, si naves ceperit galeam-motans Hector,
505 pedibus *vos* perventuros in-suam patriam terram singulos?[TR5]
An non incitantem auditis copias *suas* omnes
Hectorem, qui jam ad-naves incendendas incitate fertur?
non certe ad saltationem jubet ire, sed ad-pugnam.
Nobis vero nulla hac *est* mens et consilium melius,
510 quam-ut cominus misceamus manusque roburque.
Melius *est,* aut perisse uno tempore, aut vitam-servasse,
quam diu paulatim-consumi in gravi pugna,
ita frustra[TR6] ad naves, sub viris deterioribus.

Sic fatus, incitavit robur et animum uniuscujusque.
515 Tunc Hector quidem interfecit Schedium, Perimedei filium,
ducem Phocensium: Ajax autem interfecit Laodamantem,[TR7]
ductorem peditum, Antenoris clarum filium;
Polydamas autem Otum Cyllenium interemit,
Phylidæ (*Megetis*) socium, magnanimorum ducem Epeorum.
520 Illi vero Meges irruit, *hoc* conspicatus; at oblique se-declinavit
Polydamas; et ab-eo quidem aberravit *Meges:* non enim Apollo
sivit Panthi filium inter primos-pugnatores domari:
sed ille Crœsmi pectus medium feriit hasta;
fragoremque-*is*-edidit cadens; ille vero *ei* ab humeris arma detraxit.
525 Interea huic insiliit Dolops, hastæ bene sciens,
Lampetides (quem Lampus genuit, præstantissimus virorum,
Laomedontiades, bene scientem strenuæ pugnæ):
qui tunc Phylidæ medium scutum percussit hasta,
cominus irruens; densa autem eum tuebatur lorica,
530 quam ferebat cava firmiter-conjuncta-habentem: quam quondam Phyleus
attulit ex Ephyre, fluvio ab Selleente:
hospes enim ei dederat rex virorum Euphetes,
in pugnam ferendum, *adversus* infestos-viros munimen:
qui ei et tunc filii a corpore defendit perniciem.
535 Hujus autem Meges galeæ æreæ equinis-setis-densæ
coni-basin extremam percussit hasta acuta,
abrupitque equinum conum ejus: totus vero humi
decidit in pulvere, recens puniceo-colore fulgens.
Dum hic cum-illo pugnabat perstans, et adhuc sperabat victoriam,
540 interim ei (*Megeti*) Menelaus Mavortius venit adjutor;
stetitque obliquus cum hasta, latens, feriitque humerum a-tergo:
cuspis vero pectus transegit rapido-impetu-acta,
ulterius tendens: is autem pronus prolapsus-est.
Illi quidem irruerunt, ærea arma ab humeris
545 detracturi: Hector vero cognatos adhortabatur
omnes valde; primum autem Hicetaoniden increpabat,
fortem Melanippum: is tantisper pedes-trahentes boves

pascebat in Percota, hostibus procul absentibus;
sed postquam Danaorum naves venerant utrinque-recurvæ;
550 retro ad Ilium venit, excellebatque inter-Trojanos;
habitabatque juxta Priamum; isque eum honorabat æque-ac filios;
hunc Hector increpabat, verbumque dixit et elocutus-est:

Itane vero, Melanippe, remisse agemus? nec vel tibi
movetur-curâ carum cor, ob-consobrinum occisum?
555 Nonne vides, ut Dolopis circum arma *hi* occupantur?
sed sequere: non enim amplius licet eminus cum-Argivis
pugnare, priusquam vel occiderimus *eos,* vel *illi* a culmine
Ilium excelsam ceperint, interfecerintque cives.

Sic fatus, ipse quidem præibat; ille vero una sequebatur, par-deo vir.
560 Argivos autem excitabat magnus Telamonius Ajax:

O amici, viri estote, et pudorem habete in animo:
aliusque-alium verecundantes-observate per acres pugnas.
Verecundantium vero virorum plures salvi, quam occisi-sunt:
fugientium tamen nec gloria exsurgit, nec ullum auxilium.

565 Sic dixit: illi vero etiam per-se arcere *hostem* promti-erant,
in mente autem reponebant verbum; muniebantque naves
muro æneo: in *eos* vero Jupiter Trojanos excitabat.
Antilochum autem impellebat pugna strenuus Menelaus:

Antiloche, nemo te junior *est* alius Achivorum,
570 nec pedibus velocior, nec robustus sicut tu ad-pugnandum:
vide si quem forte Trojanorum prosiliens virum ferias.

Sic fatus, ipse quidem rursus abiit, hunc autem incitaverat.
Prosiliit *hic* e-primis-pugnatoribus, et jaculatus-est hasta fulgenti,
circum se spectans; sed Trojani recessere,
575 viro jaculante: is vero non irritum telum emisit;
sed Hicetaonis filium animosum Melanippum,
euntem in-pugnam, percussit pectore ad papillam;
fragoremque-*is*-edidit cadens, eique caligo oculos operuit.
Antilochus autem irruit, canis instar, qui in hinnulum
580 vulneratum prorupit, quem e cubili exsilientem
venator assecutus-fuerit jaculando, solveritque membra:
sic in te, Melanippe, irruit Antilochus bellicosus,
arma detracturus. Sed non latuit Hectorem divinum,
qui ei obvius venit currens per prælium.
585 Antilochus autem non mansit, impiger licet esset bellator,
sed is fugit quidem, feræ quæ-malum patravit similis,
quæ, canem ubi-interfecerit, vel bubulcum circa boves,
fugit, antequam multitudo congregetur virorum:
sic fugit Nestorides; in *eum* vero Trojanique et Hector,
590 clamore ingenti, tela luctuosa fundebant:

stetit tamen conversus, postquam venit ad-agmen sociorum.

Trojani autem, leonibus similes cruda-vorantibus,
in-naves ruebant, Jovisque perficiebant mandata;
qui eis semper excitabat robur magnum, debilitabatque animos
595 Argivorum, et gloriam auferebat, illos vero excitabat.
Hectori enim ejus animus volebat gloriam præbere,
Priamidæ, ut navibus recurvis immane-ardentem ignem
injiceret indefessum, Thetidisque injustam supplicationem
totam perficeret: hoc enim exspectabat providus Jupiter,
600 navis ardentis splendorem oculis ut-videret.
Ex illo enim *tempore* erat repressionem a navibus
facturus Trojanorum, Danaisque gloriam præbiturus.
Hæc cogitans, naves in cavas suscitabat
Hectorem Priamiden, perquam ardentem etiam per-se.
605 Furebat autem *is,* ut quum Mars hastam-vibrans, vel perniciosus ignis
in-montibus furit, profundæ in densis-recessibus silvæ:
spumaque circum os oriebatur, eique oculi
fulgebant torvis sub superciliis; atque cassis circum
tempora horrendum quassabatur pugnantis.
610 [Hectoris: ipse enim ei ab æthere erat auxiliator
Jupiter, qui eum, plures inter viros solus quum-versaretur,
honorabat, gloriamque-extollebat: brevis-ævi enim erat
futurus: jam enim ei urgebat fatalem diem
Pallas Minerva sub Pelidæ viribus.]
615 Ac volebat *Hector* perrumpere ordines virorum, tentans,
quacunque plurimam turbam videret, et arma optima:
sed ne sic quidem poterat perrumpere, valde licet ardens.
Sustinebant enim turmatim conferti, veluti petra
præceps, magna, canum mare prope quæ-est,
620 quæ manet stridulorum ventorum vehementes incursiones,
undasque ingentes, quæ illiduntur in-ipsam:
sic Danai Trojanos manebant firmiter, nec fugiebant.
At *Hector* fulgens igne undique, insiliit turbæ:
irruit vero, veluti quum unda velocem in navem illisit
625 impetuosa e nubibus, ventis-aucta; hæc autem autem tota
spumâ cooperta-est, ventique vehemens flatus
in-velo fremit; trepidantque animo nautæ
timentes; nam parvulo-spatio a morte *distantes* subvehuntur:
sic scindebatur animus in pectoribus Achivorum.
630 At hic, tanquam leo infestus bobus superveniens,
quæ in irriguo-loco paludis magnæ pascuntur
innumeræ; interque eas *est* pator, haud recte gnarus
cum-fera pugnare, camuris-cornibus bovis circa cædem:
atque hic quidem cum-primis et (*vel*) postremis bobus
635 usque simul-graditur, ille vero (*leo*) in medias irruens

bovem vorat, ceteræque omnes territæ-fugiunt: sic tunc Achivi
divinitus in-fugam-conjecti-sunt sub Hectore et Jove patre
omnes; hic autem solum occidit Mycenæum Peripheten,
Coprei dilectum filium; qui (*Copreus*) Eurysthei regis
640 nuntius ibat ad-vim Herculeam:
hoc genitus-erat e patre multo deteriore filius præstantior
omnigenis virtutibus, et pedibus (*cursu*), et pugnando;
et prudentia inter primos Mycenæorum fuit:
qui tunc Hectori gloriam superiorem præbuit.
645 Conversus enim retro, in scuti extrema-ora offendit,
quod ipse gestabat, talare, munimentum adversus-jacula:
eo hic impeditus, cecidit supinus; cassis autem
terribiliter circumsonuit circa tempora prolapsi.
Hector autem cito animadvertit, currensque ei prope astitit,
650 pectorique hastam infixit, carosque ipsum prope socios
interfecit: illi autem non poterant, tristes licet ob-socium,
opitulari: ipsi enim valde timebant Hectorem divinum.

Intra-conspectum autem venere navium, circumsepseruntque *eos* extremæ
naves, quæ primæ subductæ-erant; illi vero insequebantur.
655 Argivi autem a-navibus quidem recessere necessitate
prioribus, illic vero ad tentoria mansere
conferti, nec dissipati-sunt per exercitum: retinebat enim pudor
et metus; perpetuo enim vociferantes-hortabantur invicem:
Nestor autem maxime, Gerenius, custos Achivorum,
660 obtestabatur per parentes, supplicans viro cuique:

O amici, viri estote, et verecundiam ponite in animo
aliorum hominum; et recordamini unusquisque
filiorum et uxorum, et possessionis, et parentum,
et si-cui vivunt, et cui mortui-sunt:
665 per hos hic ego supplico, non præsentes,
ut-stetis fortiter; neu vertamini in-fugam.

Sic fatus, accendit robur et animum cujusque.
Illis autem, ab oculis nubem caliginis submovit Minerva
divinitus-immissam: valde vero ipsis lux coorta-est utrinque,
670 et a navibus, et *ab* omnibus-æque-gravi prælio.
Hectorem autem conspexerunt pugna strenuum, et socios,
tum quotquot a-tergo abstiterant, nec pugnabant,
tum quotquot ad naves pugnam pugnabant veloces.

Neque vero amplius Ajaci magnanimo placuit mente
675 stare quo alii abstiterant filii Achivorum:
sed hic navium tabulata obibat, magnis-passibus gradiens,
versabatque contum magnum navalem in manibus,
compactum clavis-ferreis, duorum-et-viginti-cubitorum.

Ut vero quum vir equis desultoriis-uti bene sciens,
680 qui postquam ex multis quatuor selegit equos,
agitans *eos* ex campo magnam ad urbem incitat
publicam per viam; multique eum admirantes spectant
viri et mulieres; ipse autem firmiter sine-lapsu assidue
subsiliens, alias in alium alternat, illi vero volant:
685 sic Ajax multa velocium tabulata-in-puppibus navium
obibat, magnis-passibus gradiens; voxque ejus ad-ætherem pervenit.
Semper enim terribiliter clamans Danaos hortabatur
navesque et tentoria ut-defenderent. Ac-neque Hector
manebat in Trojanorum turba bene armatorum:
690 sed sicut avium volucrium aquila fulva
gentem invadit, fluvium juxta pascentium,
anserum, vel gruum, vel cygnorum longis-collis:
sic Hector ferebatur-recta in-navem prora-cæruleam,
adversus prorumpens; eumque Jupiter impulit a-tergo
695 manu valde magna, concitabatque populum una-cum ipso.

Iterum vero acris pugna ad naves commissa-est:
dixisset indefessos et infatigabiles inter-se
occurrere in prælio: tanto cum-impetu pugnabant.
Ac pugnantibus hic erat animus: nempe Achivi
700 non putabant se-evasuros e clade, sed perituros:
Trojanis autem credebat animus in pectoribus cujusque,
se naves incensuros-esse, occisurosque heroas Achivos.
Hi quidem his animis instabant sibi-invicem.

Hector autem puppim navis prehendit pontum-transeuntis,
705 pulcræ, velocis, quæ Protiselaum advexerat
ad Trojam, nec retro reduxit in-patriam terram.
Hujus jam pro nave Achivique Trojanique
occidebant alii-alios cominus; neque sane ii
sagittarum impetus eminus exspectabant, nec jaculorum;
710 sed hi cominus stantes, unum animum habentes,
acutis jam securibus et bipennibus pugnabant,
et ensibus magnis, et hastis utrinque-acutis.
Multi vero gladii pulcri, nigris-inditi-manubriis, capulis-magnis,
alii e manibus humi cadebant, alii vero ab humeris
715 virorum pugnantium: fluebatque sanguine terra nigra.
Hector autem a-puppi *navem* ut prenderat, non dimisit,
summam-puppis manibus tenens; Trojanisque inclamabat:

Ferte ignem, simulque et ipsi conferti excitate pugnam!
nunc nobis Jupiter omnibus dignum (*pretiosissimum*) diem dedit,
720 quo-naves capiamus, quæ huc diis invitis profectæ,
nobis clades multas intulerunt, ignavia seniorum;
qui me, volentem pugnare ad puppes navium,

ipsumque detinebant, inhibebantque exercitum.
Verum si tum lædebat mentes late-sonans Jupiter
725 nostras, nunc ipse impellit et jubet.

Sic dixit: illi autem inde magis in Argivos irruebant.
Ajax autem non-amplius sustinebat; obruebatur enim telis;
sed recedebat paululum, putans *se* moriturum-esse,
transtrum in septem-pedale, liquit vero tabulata navis æqualis.
730 Ibi ille stabat observans; hastaque assidue
Trojanos arcebat a-navibus, quicunque ferret indefessum ignem;
semperque horrendum clamans, Danaos hortabatur:

O amici, heroes Danai, famuli Martis,
viri estote, amici, recordaminique strenuæ fortitudinis.
735 An aliquos putamus esse adjutores a-tergo?
aut aliquem murum firmiorem, qui viris perniciem arceat?
Neutiquam prope est urbs turribus munita,
qua defendamur, suis-vicibus-succedentem exercitum habentes:
verum enim in Trojanorum campo bene armatorum,
740 ponto acclinati, longe sedemus a-patria terra.
Ideo in manibus salus, non *in* remissione pugnæ.

Dixit, et furens insectabatur hasta acuta.[TR8]
Quicunque vero Trojanorum cavas ad naves ferretur
cum igne ardenti, in-gratiam Hectoris concitantis:
745 hunc Ajax vulnerabat, excipiens hasta longa;
duodecim autem antes naves cominus feriit.

[TR1] "Ipsum" → "ipsum".
[TR2] "immissa." → "immissa:"
[TR3] "Hetor" → "Hector".
[TR4] "sagittas;" → "sagittas,"
[TR5] "singulos?]" → "singulos?"
[TR6] "fustra" → "frustra".
[TR7] "Laodamantem" → "Laodamantem,"
[TR8] "hasta acuta," → "hasta acuta."

Iliadis XVI.—Patroclea.

ARGUMENT: THE SIXTH BATTLE, THE ACTS AND DEATH OF PATROCLUS

Patroclus (in pursuance of the request of Nestor in the eleventh book) entreats Achilles to suffer him to go to the assistance of the Greeks with Achilles' troops and armour. He agrees to it, but at the same time charges him to content himself with rescuing the fleet, without further pursuit of the enemy. The armour, horses, soldiers, and officers are described. Achilles offers a libation for

the success of his friend, after which Patroclus leads the Myrmidons to battle. The Trojans, at the sight of Patroclus in Achilles' armour, taking him for that hero, are cast into the uttermost consternation; he beats them off from the vessels, Hector himself flies, Sarpedon is killed, though Jupiter was averse to his fate. Several other particulars of the battle are described; in the heat of which, Patroclus, neglecting the orders of Achilles, pursues the foe to the walls of Troy, where Apollo repulses and disarms him, Euphorbus wounds him, and Hector kills him, which concludes the book.

TEXT:

1 Sic hi quidem de navi bonis-transtris-instructa pugnabant:
Patroclus autem Achilli astabat, pastori virorum,
lacrimas calidas fundens, tanquam fons nigris-aquis,
qui ab excelsa petra obscuram fundit aquam.
5 Hunc autem intuitus miseratus-est pedibus-celer divinus Achilles,
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

Cur-nam lacrimaris, Patrocle, tanquam puella
parvula? quæ cum matre currens, *eam se* ulnis-suscipere flagitat,
vestem apprehendens, ac properantem detinet;
10 lacrimabunda autem ipsam suspicit, ut *se* attollat;
huic similis, Patrocle, teneram lacrimam destillas.
Anne aliquid Myrmidonibus nuntias, aut mihi ipsi?
an aliquem nuntium ex Phthia audivisti solus?
vivere sane adhuc ajunt Menœtium, Actoris filium;
15 vivit et Æacides Peleus inter Myrmidonas;
quorum valde alterutro tristaremur mortuo.
An *vero* tu Argivorum-gratia luges, quod-ita pereant
naves ad cavas, injustitiæ causa suæ?
eloquere: ne cela mente; ut sciamus ambo.

20 Eum autem graviter-suspirans allocutus-es, Patrocle eques:
o Achille, Pelei fili, multo fortissime Achivorum,
ne indigneris: talis enim dolor oppressit Achivos.
Illi namque jam omnes, quotquot ante erant fortissimi,
in navibus jacent eminus- cominusque vulnerati.
25 Eminus quidem sauciatus-est Tydides fortis Diomedes;
cominus vero Ulysses hasta-inclytus, atque Agamemno;
vulneratusque-est et Eurypylus in femore sagitta.
Hos quidem medici multa-medicamenta-scientes curant,
vulnera sanantes: tu vero inexorabilis es, Achille.
30 Ne me tamen hæc quidem ceperit ira, quam tu servas!
in-malum-fortis! quis a-te alius juvabitur posterorum,
si non ab-Argivis *nunc* indignam perniciem propulsaris?
Immisericors! non utique tibi pater erat eques Peleus,

nec Thetis mater; cæruleum vero te peperit mare,
35 petræque præcipites: quoniam tibi mens est sæva.
Si vero quod mentibus tuis vaticinium vereris,
et aliquod tibi a Jove memoravit veneranda mater:
at me saltem mitte cito, simulque ceteras copias præbe
Myrmidonum, si forte quod lumen Danais fiam.
40 Da autem mihi, humeris tua arma ut-induam,
si forte me tibi assimilantes (*te esse credentes*) abstineant a-pugna
Trojani, respirentque Mavortii filii Achivorum
afflicti: exigua vero *hoc fuerit* respiratio a-bello;
facile autem integri defessos viros prælio
45 repulerimus ad urbem a navibus et tentoriis.

Sic dixit supplicans, valde demens: certe enim erat
sibi ipsi mortemque malam et fatum rogaturus.
Eumque graviter gemens allocutus-est pedibus velox Achilles:

Hei mihi, nobilissime Patrocle, quale *hoc* dixisti!
50 Nec vaticinium vereor ullum-quod audiverim,
nec quidquam mihi a Jove memoravit veneranda mater
sed hic gravis dolor cor et animum occupat,
quando suum æqualem vir voluerit privare *portione sua,*
et præmium rursus auferre *is,* qui potentia antecellat:
55 gravis dolor hic mihi est, quod *inde* passus-sum mœrores animo.
Puellam quam mihi præmium elegerant filii Achivorum
hastaque mea acquisieram, urbe bene-munita eversa,
hanc rursus e manibus eripuit rex Agamemno
Atrides, tanquam ab-aliquo inhonorato-inquilino.
60 Sed hæc quidem ante-acta-esse sinamus: nec fere erat
ut-perpetuo iratus essem in animo: at statueram
non prius iram *me* cohibiturum, quam quum jam
ad-naves meas pervenisset clamorque pugnaque.
Tu tamen humeris quidem mea inclyta arma indue,
65 duxque-esto Myrmidonibus bellicosis ad-pugnam;
siquidem nigra Trojanorum nubes circumdedit
naves prævalide; illi vero litore maris
conclusi-sunt, loci parvam adhuc portionem habentes,
Argivi; Trojanorum autem civitas tota ingruit,
70 fiduciæ-plena. Non enim meæ galeæ vident frontem
prope splendentis: cito certe fugientes, fossas-campestres
implevissent cadaveribus, si in-me rex Agamemno
leni animo-fuisset; nunc vero exercitum circum pugnant.
Non enim *amplius* Tydidæ Diomedis in manibus
75 furit hasta, a Danais mortem ut-arceat:
neque aliqua Atridæ vocem audivi clamantis,
inimico ex capite: sed Hectoris homicidæ *vox,*

Trojanos adhortantis, resonat: isti autem *cum* clamore
totum campum obtinent, prælio vincentes Achivos.
80 Sed etiam sic, Patrocle, a navibus pestem propulsans
irrue valide; ne jam igne ardenti
naves incedant, dulcemque reditum præcidant.
Pareto autem, sicut tibi ego sermonis summam in animo posuero;
quo mihi honorem magnum et gloriam referas
85 ab omnibus Danais; sed illi præpulcram puellam
abductam-restituant, insuperque splendida dona præbeant.
A navibus ubi-*hostem*-repuleris, revertere: si vero tibi inde
dederit gloriam consequi alitonans maritus Junonis,
ne tu sine me sis-cupidus pugnandi
90 cum-Trojanis bellicosis; inhonoratiorem autem me reddes.
Neve exsultans prælio et pugna,
Trojanos occidens, ad Ilium *usque* exercitum-ducas:
ne-quis ab Olympo deorum sempiternorum
ingruat: valde hos quidem (*Trojanos*) diligit sagittans Apollo:
95 sed retro vertaris, postquam salutem ad naves
constitueris, illosque sine per campum prælio-certare.
Utinam enim, Jupiterque pater, et Minerva, et Apollo,
neve quis Trojanorum mortem effugiat, quanti sunt,
neve quis Argivorum; nobis-duobis vero effugere perniciem *contingat;*
100 ut soli Trojæ sacras pinnas destruamus.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Ajax vero non-amplius manebat; obruebatur enim telis:
domabat eum Jovisque consilium et Trojani strenui,
jaculantes: terribilem autem circa tempora fulgens
105 galea percussa sonitum edebat: percutiebatur *quippe* assidue
ad clavos-cassidis affabre-factos: ille vero sinistro humero lassabatur,
firmiter usque tenendo scutum versatile: nec-tamen poterant
loco-movere, undique illum urgentes telis.
Jugiter autem gravi tenebatur anhelitu: et ei sudor
110 undique e membris multus defluebat, neque aliqua poterat
respirare; undique vero malo malum impactum-erat.

Dicit nunc mihi, Musæ, cælestes domos tenentes,
quomodo primus ignis inciderit navibus Achivorum.

Hector Ajacis hastam fraxineam, prope astans,
115 percussit ense magno, in hastile post cuspidem,
prorsusque defregit: hoc quidem Telamonius Ajax
vibrabat sic in manu, mutilum hastile; procul vero ab ipso
cuspis ærea humi resonuit cadens.
Cognovit autem Ajax in animo egregio, exhorruitque,
120 opera deorum; quod penitus belli consilia præcidit
Jupiter altitonans; Trojanisque volebat *esse* victoriam;

recessitque extra tela. Illi vero injecere indefessum ignem
navi veloci; cui statim inexstinguibilis infusa-est flamma.
Sic quidem puppim ignis circumdedit: atque Achilles
125 femora percutiens, Patroclum allocutus-est:

Propera, nobilissime Patrocle, equis-vecte!
video jam apud naves ignis hostilis impetum. *Vereor,*
ne jam naves capiant, ac non-posthac facultas-fugiendi sit.
Induere arma ocyus, ego autem copias congregabo.

130 Sic dixit: Patroclus autem armabat-se corusco ære.
Ocreas quidem primum cira tibias posuit,
pulcras, argenteis fibulis-ad-talos apte-junctas;
deinde autem loricam circa pectora induebat,
variam, stellatam, pedibus-velocis Æacidæ:
135 circaque humeros suspendit ensem argenteis-clavis-distinctum,
æreum; ac deinde scutum magnumque solidumque,
capiti vero forti galeam affabre-factam imposuit,
setis-equinis-comantem; horrendumque crista desuper nutabat.
Sumsit porro validas hastas, quæ ejus manibus apta-erant.
140 Hastam vero non sumsit unicam eximii Æacidæ,
gravem, magnam, validam; quam quidem non poterat alius Achivorum
vibrare; sed eam solus sciebat vibrare Achilles:
Peliacam fraxinum, quam patri ejus dederat Chiron
Pelii e vertice *cæsam,* cædem futuram heroibus.
145 Equos autem Automedontem confestim jungere jussit;
quem, post Achillem agmina-perrumpentem, honorabat maxime:
fidelissimus autem ei erat in pugna, ad-sustinendum hostium-impetum.
Quare etiam Automedon duxit-sub jugum veloces equos,
Xanthum et Balium, qui cum ventis volabant:
150 hos peperit Zephyro vento Harpyia Podarge,
pascens in-prato juxta fluentum Oceani.
Sed exterioribus-loris eximium Pedasum immisit,
quem quondam Eetionis capta urbe abduxit Achilles;
qui *equus* etiamsi mortalis erat, simul-ibat-cum equis immortalibus.

155 Myrmidones autem obiens armabat Achilles
omnes per tentoria (cum) armis: illi vero, lupi tanquam
cruda-vorantes, quibus quidem circa præcordia ingens robur;
qui cervum cornutum magnum in-montibus interfectum
dilaniant, omnibusque maxilla sanguine *fit* rubra;
160 atque gregatim vadunt, e fonte nigris-aquis
hausturi linguis tenuibus nigram aquam
summam, eructantes-cruorem e-cæde; et animus
pectoribus intrepidus inest, angustaturque (*impletur*) venter:
tales Myrmidonum ductores atque principes,
165 circa strenuum famulum pedibus-velocis Æacidæ

magnis-ibant-inamis: interque eos Mavortius stabat Achilles,
incitans equosque et viros clypeatos.

Quinquaginta erant naves veloces, quibus Achilles
ad Trojam copias-duxerat Jovi carus: inque singulis
170 quinquaginta erant viri ad transtra socii:
quiquem autem duces fecerat, quibus confisus-est,
qui-præessent; ipse vero summam tenens-potestatem imperabat.
Unius agminis dux-erat Menesthius varia-lorica,
filius Sperchii, a-Jove-(*Pluvio*)-fluentis fluvii;
175 quem peperit Pelei filia, pulcra Polydora,
Sperchio indefesso, mulier deo concubitu-mixta;
sed nomine (*fama*) Boro, Perieris filio,
qui palam *eam* uxorem-duxerat, datis immensis sponsalibus.
Agminis autem secundi Eudorus Mavortius dux-erat,
180 ex-virgine (*spurius*), quem peperit in-chorea pulcra Polymela,
Phylantis filia: hanc vero potens Argicida (*Mercurius*)
adamavit, oculis conspicatus inter tripudiantes-cum-cantu,
in choro Dianæ aureo-arcu-insignis, tumultuosæ (*in venatione*).
Statim vero in superiora-domus ascendens, concubuit *cum ea* clam
185 Mercurius mitis; peperitque *hæc* ei illustrem filium
Eudorum, præstantem et cursus celeritate, et pugna.
Ac postquam hunc partuum-præses Ilithyia
eduxerat in lucem, *is*que Solis vidit jubar;
illam quidem Echeclei fortis vis Actoridæ (*Echecles*)
190 duxit in ædes *suas,* quum dedisset innumera dona-sponsalia:
hunc vero senex Phylas diligenter nutrivit et educavit,
magno-amore-prosequens, tanquam suus *ipsius* filius esset.
Agminis autem tertii Pisander Mavortius dux-erat,
Mæmalides, qui inter-omnes excellebat Myrmidones
195 hasta pugnando, post Pelidæ socium.
Sed quarto præerat senex equûm-agitator Phœnix;
quinto vero Alcimedon, Laercei filius eximius.
Ac postquam omnes cum ducibus Achilles
collocasset bene ordinatos, acrem sermonem injunxit:

200 Myrmidones, ne-quis mihi minarum obliviscatur,
quas in navibus velocibus minabamini Trojanis,
totum sub tempus-iræ; et me accusabatis unusquisque:
Dure, Pelei fili, bili certe te nutrivit mater;
immitis! qui apud naves tenes invitos socios:
205 domum saltem cum navibus revertamur pontum-transeuntibus
retro; siquidem tibi adeo perniciosa ira incidit animo.
Hæc mihi congregati frequenter dicebatis: nunc vero apparet
prælii magnum opus, cujus antea quidem cupidi eratis.
Jam aliquis (*quisque*) forte cor gerens cum-Trojanis pugnato.

210 Sic fatus, excitavit robur et animum uniuscujusque:
magis vero catervæ addensatæ-sunt, ut regem audierunt.
Ut vero quum parietem vir coagmentat apte-junctis lapidibus
domus altæ, impetus ventorum vitans:
sic arcte-junctæ-erant galeæque et clypei umbonibus-muniti:
215 clypeus nempe clypeum fulciebat, galea galeam, virum vir:
seque-invicem-contingebant setis-equinis-comantes galeæ
splendentibus conis nutantium: adeo densi stabant inter-se.
Verum ante omnes duo viri armabantur,
Patroclusque et Automedon, unum animum habentes,
220 in-prima-acie Myrmidonum pugnaturi. Sed Achilles
profectus-est ire in tentorium; arcæque operculum aperuit
pulcræ, affabre-factæ, quam ei Thetis argenteis-pedibus
imposuit navi vehendam, bene quum-implesset tunicis,
lænisque ventum-arcentibus, villosisque tapetibus.
225 Ibi autem ei poculum inerat factum, neque quis alius
nec virorum bibebat ex eo nigrum vinum,
neque ulli libabat deorum, nisi Jovi patri.
Hoc tunc ex arca sumtum purgavit sulphure
primum, postea autem lavit aquæ puris liquoribus:
230 lavitque-sibi ipse manus, hausitque nigrum vinum:
precabatur deinde stans medi in-septo, libavitque vinum,
cælum suspiciens; Jovemque non latuit fulmine-gaudentem:

Jupiter rex, Dodonæe, Pelasgice, procul habitans,
Dodonæ præsidens hiberno-figore-infestæ; ac Selli
235 tui circumhabitant vates pedibus-illotis, humi-cubantes.
Certe quidem jam olim meum sermonem exaudisti precantis
honorasti me, valdeque læsisti populum Achivorum:
atque etiam nunc mihi hoc perfice votum:
ipse quidem enim ego manebo navium in cœtu;
240 sed socium mitto, multis cum Myrmidonibus,
ad-pugnandum: cum-hoc una victoriam præmitte, late-sonans Jupiter!
confirma autem ei cor in præcordiis, ut et Hector
intelligat, num, etiam solus, sciat pugnare
noster famulus; an ei tunc *tantum* manus invictæ
245 insaniant, quando ego iero ad pugnam Martis.
Ac postquam a navibus prælium clamoremque repulerit,
incolumus mihi postea veloces ad naves redeat,
armisque cum omnibus, et cominus-pugnantibus sociis.

Sic dixit vota-faciens: hunc autem audivit providus Jupiter;
250 eique alterum quidem dedit pater, alterum vero abnuit:
a-navibus quidem ei repellere præliumque pugnamque
dedit, salvum vero *eum* abnuit e-pugna reverti.
Atque hic quidem, ubi-libaratque et supplicarat Jovi patri,

rursus tentorium ingressus-est, poculumque reposuit in arca;
255 stetit autem egressus pro tentorio: adhuc vero cupiebat animo
spectare Trojanorum et Achivorum pugnam gravem.

Illi autem cum Patroclo magnanimo armati
ordine-ibant, donec in Trojanos magnis cum-animis irruerent.
Protinus vero vespis similes effundebantur
260 in-via-habitantibus, quas pueri irritant de-more,
assidue vexantes, quæ in via domilicia habent:
insipientes; commune autem malum multis faciunt;
has vero si quis præteriens homo viator
moverit insciens, ipsæ continuo, animosum cor habentes,
265 ultro quæque provolat, et defendit suos fœtus:
harum tunc Myrmidones cor et animum habentes
navibus effundebantur: clamor autem immensus ortus-est.
Patroclus vero socios hortabatur, altum clamans:

Myrmidones, socii Pelidæ Achillis,
270 viri estote, amici, recordaminique strenuæ fortitudinis:
ut Peliden honoremus, qui longe fortissimus *est*
Argivorum apud naves, et cominus-pugnantes famuli:
cognoscat vero et Atrides late-dominans Agamemno
suam noxam, quod fortissimum Achivorum nihil honoravit.

275 Sic fatus, excitavit robur et animum uniuscujusque:
irrueruntque in-Trojanos conferti: circùm autem naves
terribiliter resonabant clamantibus ab Achivis.[TR1]

Trojani vero, ut viderunt Menœtii fortem filium,
ipsum, et famulum, cum armis coruscantes,
280 omnibus commotus-est animus, inclinatæque-sunt phalanges,
existimantes apud naves pedibus-velocem Peliden
iram abjecisse, in-gratiamque rediisse:
circumspectabat autem unusquisque, qua effugeret gravem perniciem.

Patroclus autem primus jaculatus-est hasta fulgenti,
285 ex-adverso in medium, ubi plurimi tumultuabantur,
navis ad puppim magnanimi Protesilai:
et percussit Pyræchmen, qui Pæonas equestres-bellatores
duxit ex Amydone,ab Axio late-fluente:
hunc feriit ad-dextrum humerum: is autem supinus in pulvere
290 concidit edito-gemitu: socii vero circa-ipsum fugati-sunt,
Pæones: nam Patroclus terrorem immiserat omnibus,
ductore occiso, qui præstantissimus-erat pugnando.
A navibus vero *eos* repulit, exstinxitque ardentem ignem.
Semiusta autem navis relicta-est illic; sed in-fugam-versi-sunt
295 Trojani immani *cum* tumultu; Danai vero effundebantur
naves per cavas: tumultusque vehemens factus-est.

Ut vero quum a summo vertice montis magni
dimovit densam nubem fulgurator Jupiter,
apparentque omnes speculæ et cacumina prominentia,
300 et saltus; cœlitus autem ruptus-est immensus æther:
sic Danai, a-navibus quidem depulso hostili igne,
paullulum respirarunt; pugnæ tamen non erat cessatio:
nondum enim prorsus Trojani Marti-caris ab Achivis
effuse fugabantur nigris a navibus:
305 sed adhuc resistebant, e-navibus vero recedebant necessitate.

Tum vero vir interfecit virum, diffusa-late pugna,
ducum. Primus autem Menœtii fortis filius
statim aversi Areilyci percussit femur
hasta acuta, penitusque æs transegit:
310 fregit autem os hasta: is vero pronus in terram
decidit. Ac Menelaus Mavortius vulneravit Thoantem,
pectore nudatum juxta scutum; solvitque membra.
Phylides autem Amphiclum irruentem observans,
prior ictum-intulit extremo cruri, ubi crassissima
315 sura hominis est; circùmque hastæ cuspide
nervi discissi-sunt; ipsi vero tenebræ oculos cooperuerunt.
Nestoridæ autem, alter quidem vulneravit Atymnium acuta hasta,
Antilochus, perque-ile trajecit æream hastam:
cecidit vero *hic ei* ad-pedes: Maris autem cominus hasta
320 in-Antilochum irruebat, ob-fratrem iratus,
stans ante cadaver: eum vero par-deo Thrasymedes
prior assecutus *est,* antequam *is Antilochum* vulneraret, nec aberravit,
ad-humerum protinus; extremum autem brachium hastæ cuspis
abripuit a musculis, et os penitus abscidit:
325 fragoremque-edidit cadens, et caligo *ei* oculos cooperuit.
Sic illi quidem duo duobus a-fratribus domiti
iverunt ad Erebum, Sarpedonis fortes socii,
filii jaculatores Amisodari; qui Chimæram
nutrierat insuperabilem, multis perniciem hominibus.
330 Ajax vero Cleobulum Oïliades impetu-facto
vivum cepit, impeditum in turba; sed ei ilico
solvit robur, percutiens ense cervicem capulum-magnum habente:
totus autem incaluit ensis sanguine; eique oculos
occupavit purpurea mors, et fatum violentum.
335 Peneleus autem Lyconque concurrerunt; hastis etenim
aberrarant a-se-invicem, incassumque jaculati-erant ambo:
hi rursus ensibus concurrerunt. Tunc Lycon quidem
setis-equinis-cristatæ galeæ conum feriit, juxtaque capulum
ensis fractus-est: sed *ei* sub aure cervicem percussit
340 Peneleus, totusque immersus-est ensis; tenebat autem sola
cutis, pendebatque caput; solutaque-sunt membra.

Meriones autem Acamantem secutus pedibus velocibus,
percussit, currum conscensurum, ad dextrum humerum:
ceciditque *is* e curru, et oculis obfusa-est caligo.
345 Idomeneus autem Erymantem in os sævo ære
percussit: atque in-adversum hasta ærea pertransiit
subtus sub cerebro, diffiditque ossa alba:
atque excussi sunt dentes: impletique-sunt ei ambo
sanguine oculi: quem per os et per nares
350 efflavit aperto-ore; mortis autem nigra nubes *eum* obtexit.

Hi igitur ductores Danaorum interfecere virum singuli.
Ut vero lupi in-agnos impetu-irruunt, vel hædos,
exitiabiles, e gregibus surripientes *eos* qui in montibus
pastoris stultitia dispersi-sunt; hi vero conspicati,
355 statim discerpunt imbellem animum habentes:
sic Danai in-Trojanos impetu-irruebant: illi vero fugæ
horrisonæ meminerunt, oblitique-sunt strenuæ fortitudinis.

Ajax autem ille magnus semper in Hectorem ære-armatum
cupiebat jaculari; is vero scientia bellandi,
360 clypeo taurino coopertus latos humeros,
observabat sagittarumque stridorem et sonitum jaculorum.
Certe quidem jam agnoscebat pugnæ alio-inclinatam victoriam:[TR2]
sed et sic manebat, servabatque caros sodales.

Ut vero quum ab Olympo *monte* nubes vadit ad-cœlum usque
365 æthere ex sereno, quando Jupiter procellam inducit:
sic horum a navibus *fugientium* factus-est clamorque fugaque
nec ordine *fossam* transibant rursus. Hectorem equi
efferebant veloces-pedibus cum armis: deseruit vero populum
Troicum, quos invitos depressa fossa coercebat.
370 Multi vero in fossa trahentes-currum veloces equi
fractos ad summum temonem liquerunt currus regum:
Patroclus autem insequebatur, vehementer Danaos adhortans,
Trojanis mala meditans: hi autem clamoreque fugaque
omnes implerunt vias, quum dissipati-essent: in-altumque procella *pulveris*
375 spargebatur sub nubes; cursu-tendebantque solidis-ungulis equi
retro ad urbem a navibus et tentoriis.
Patroclus vero, qua plurimum excitatum vidit populum,
ea regebat *equos,* inclamans: sub axibusque viri cadebant
proni e curribus, currusque cum-fragore-evertebantur.
380 E-regione autem fossam transiliere veloces equi,
[immortales, quos Peleo dii dederant præclara dona,]
prorsum pergere-cupientes; in Hectorem vero vocabat *eum* animus;
quem cupiebat percutere: eum vero extulere veloces equi.
Ut sub nimbo-procelloso tota nigra gravatur terra

385 die autumnali, quum rapidissimum fundit imbrem
Jupiter, quando hominibus iratus sævit,
qui vi in foro perversa exercent judicia,
et justistiam expellunt, deorum ultionem non curantes:
horumque omnes quidem fluvii inundant labentes,
390 multasque montium-devexitates tunc abscindunt torrentes,
et in mare purpureum valde strepunt fluentes
ex montibus in præceps: corrumpunturque opera hominum:
sic equæ Trojanæ valde ingemiscebant currentes.

Patroclus autem, postquam primas interciderat phalanges,
395 rursus ad naves coercuit retrosum-agendo neque ad-urbem
sinebat cupientes ascendere, sed inter
naves et fluvium et murum altum
occidebat rapide-insequens, multorumque exigebat ultionem.
Tunc quidem Pronoum primum percussit hasta fulgenti,
400 pectore nudatum juxty clypeum: solvitque *ei* membra:
fragoremque-*is*-edidit cadens. Atque Thestorem, Enopis filium,
iterum impetu-facto (qui quidem pulcre-polita in sella
sedebat contractus; nam perculsus-erat animo, e manibusque
habenæ defluxerant): ille vero *eum* ense percussit cominus
405 ad malam dextram, perque ejus *eam* transegit dentes:
traxit autem *eum* hasta prehensum super loricam-currus, veluti quum vir
scopulo in prominenti sedens, sacrum piscem
trahit e ponto foras lino et splendido ære:
sic *hunc* traxit e curri hiantem *Patroclus* hasta fulgenti,
410 et in os *demum* excussit: lapsumque ipsum liquit anima.
Ac deinde Erylaum irruentem percussit saxo,
medio in capite; illudque in-duas-partes totum diffissum-est
in casside valida: is vero pronus in terram
decidit: et ei mors circumfusa-est animam-disperdens.
415 Ac deinde Erymantem et Amphoterum et Epalten,
Tlepolemumque Damastoriden, Echiumque Pyrinque
Ipheumque Evippumque et Argeaden Polymelum
omnes alium-super-alium dejecit in-terram almam.

Sarpedon autem, postquam vidit loricas-sine-cinctu-habentes socios
420 manibus sub Patrocli Menœtiadæ domitos,
adhortatus-est eximios increpans Lycios:

Proh pudor, o Lycii, quo fugitis? nunc strenui estote:
occurram enim ego huic viro, ut intelligam,
quisnam hic sit-victor: ac jam malis multis affecit
425 Trojanos: quippe multorumque et fortium genua solvit.

Dixit, et de curru cum armis desiliit in-terram.
Patroclus vero altera-ex-parte, ut vidit, desiliit de-curru.
Hi autem, sicut vultures unguibus-aduncis, curvis-rostris,

petra super excelsa ingentem clangorem-edentes pugnant:
430 sic hi, clamantes, in alterum-alter irruebant.
Hos autem intuitus, misertus-est Saturni filius versuti,
Junonemque allocutus-est sororem uxoremque:

Hei mihi, quum mihi Sarpedonem, carissimum hominum,
in-fatis *sit* a Patroclo Menœtiade domari.
435 Bifarium autem mihi animus fertur, in-præcordiis versanti,
utrumne ipsum, vivus dum-sit, pugna e lacrimosa
ponam abreptum Lyciæ in opulento populo,
an jam sub manibus Menœtiadæ domem.

Huic autem respondit inde magnis-oculis veneranda Juno:
440 importunissime Saturnie, quale hoc verbum dixisti!
Virumne mortalem, jam-olim destinatum fato,
iterum vis a-morte tristi liberare?
Fac: at non tibi omnes assentiemur dii ceteri.
Aliud vero tibi dicam, tu vero in animo reconde tuo:
445 si vivum dimiseris Sarpedonem suam domum,
perpende, ne-quis posthac deorum velit et alius
abducendum-curare suum carum filium ex aspero prælio.
Multi enim circum urbem magnam Priami pugnant
filii immortalium, quibus iram gravem injicies.
450 Sed si *hic* tibi dilectus est, tuumque *eum* miseratur cor,
eum quidem sinito in aspera pugna
manibus sub Patrocli Menœtiade domari;
at postquam jam eum reliquerit animaque et vita,
mitte eum ut-Mors ferat, et suavis Somnus,
455 donec Lyciæ latæ ad-populum pervenerint;
ibi ei exsequias-facient fratresque amicique,
cum tumuloque cippoque: hic enim honor est mortuorum.

Sic dixit: nec non-obsecutus-est pater hominumque deûmque;
cruentas autem guttas demisit in-terram,
460 filium dilectum honorans, quem ei Patroclus erat
interemturus in Troja glebosa, procul a patria.[TR3]

Hi autem quum jam prope essent in alterum-alter irruentes,
tum Patroclus quidem inclytum Thrasymelum,
qui strenuus famulus Sarpedonis erat regis,
465 hunc percussit imum ad ventrem, solvitque *ei* membra.
Sarpedon vero ab-ipso quidem aberravit hasta fulgenti,
secundus impetum-faciens; at Pedasum vulneravit equum
hasta dextrum in-humerum: isque gemuit animam exspirans;
et decidit in pulverem porrectus, avolavitque anima.
470 Duo autem *reliqui equi* dissultabant: crepuitque jugum, habenæque ipsis
confundebantur, quia jacebat funalis in pulvere.
Hujus quidem *rei* Automedon hasta-inclytus invenit finem:

educto longo ense robusto a femore,
insurgens abscidit funalem; nec segniter-agebat,
475 duo vero *reliqui* recte-stabant, inque loris-jugalibus directi-erant.
Hi autem (*viri*) rursus congressi-sunt pugna de exitiosa.

Tum Sarpedon quidem aberravit hasta fulgenti,
Patroclique supra humerum sinistrum abiit cuspis
hastæ, nec feriit ipsum: sed posterior irruit ære
480 Patroclus: hujus vero non irritum telum effugit manu,
sed feriit ubi præcordia complectuntur densum cor.
Cecidit autem, sicut quando aliqua quercus cadit, vel populus
vel pinus alta, quam in-montibus fabri viri
exciderunt securibus recens-exacutis, navale-lignum ut-esset:
485 sic ille ante equos et currum jacebat porrectus,
dentibus-frendens, pulvere manibus-prehenso sanguinolento.
Veluti taurum interficit leo, armento superveniens,
fulvum, magnanimum, inter pedes-trahentes boves,
peritque *is* gemens sub maxillis leonis:
490 sic a Patroclo Lyciorum ductor clypeatorum
cæsus annitebatur, carumque nomine-vocabat socium:

Glauce carissime, bellator inter viros, nunc te admodum oportet,
pugnacemque esse, et audacem bellatorem:
nunc tibi cordi-sit pugna gravis, si prælio-impiger es.
495 Primum quidem adhortare Lyciorum ductores viros,
quaquaversum obiens, Sarpedoni ut-propugnent:
ac deinde et ipse super me pugnes ære.
Tibi enim ego etiam posthac pudor et opprobrium
ero dies omnes perpetuo, si forte mihi Achivi
500 arma detraxerint, in *hoc* ad-naves certamine interfecto.
Verum sustineto strenue, adhortareque populum omnem.

Sic igitur ipsum locutum finis mortis texit,
oculos naresque (*ut nec videret nec respiraret*). Ille pectori insistens
e corpore traxit hastam, et animus eam sequebatur,
505 ejusque simul animamque et hastæ evulsit cuspidem.
Myrmidones autem illic detinuerunt *ejus* equos anhelantes,
cupientes fugere, ut reliquerant currus dominorum.

Glauco vero gravis dolor ortus-est vocem *amici* audienti:
commotumque-est ei cor, quod non posset opem-ferre.
510 Manu autem prensum stringebat *sibi* brachium: affligebat enim eum
vulnus, quod ei Teucer irruenti inflixerat sagitta,
e-muro excelso, malum a-sociis propulsans.
Precans autem dixit longe-jaculanti Apollini:

Exaudi, rex, qui alicubi Lyciæ in opulento populo
515 es, vel in Troja (potes autem tu undecunque auscultare),

virum afflictum, sicut nunc me dolor invadit.
Vulnus enim habeo hoc grave; undique autem mihi manus
acutis doloribus transfixa-est, nec mihi sanguis
siccari potest; gravaturque mihi humerus per ipsum:
520 hastamque non possum sustinere firmiter, nec pugnare,
accedens, cum-hostibus. Vir autem fortissimus periit,
Sarpedon, Jovis filius: ille vero ne suo quidem filio opem-fert.
Sed tu saltem mihi, rex, huic gravi vulneri medere;
sopi autem dolores; præbeque vires; ut socios
525 adhortans Lycios excitem ad pugnandum;
ipseque de corpore mortuo pugnem.

Sic dixit precans: hunc autem exaudivit Phœbus Apollo.
Statim sedavit dolores, a vulnere autem gravi
sanguinem atrum siccavit, roburque ejus immisit animo.
530 Glaucus vero *hoc* agnovit sua in mente, lætatusque-est,
quod se cito exaudierat magnus deus precatum.
Primum quidem excitavit Lyciorum ductores viros,
quaquaversum obiens, super-Sarpedone ut præliarentur;
ac deinde arcessitum Trojanos ibat, magnis-passibus gradiens
535 Polydamantem ad Panthoiden et Agenorem divinum;
ivit etiam arcessitum Æneamque et Hectorem ære-armatum.
Prope autem stans hunc verbis alatis allocutus-est:

Hector, nunc jam omnino oblitus es sociorum,
qui te propter, procul ab-amicis et patria terra,
540 animam deperdunt: tu vero non vis opem-ferre.
Jacet Sarpedon, Lyciorum ductor clypeatorum,
qui Lyciam tuebatur jureque *dicendo* et virtute sua:
hunc vero sub Patroclo domuit hasta æreus Mars.
Sed, amici, adeste, indignaminique animo,
545 ne arma abstulerint, indignisque-modis-acceperint mortuum
Myrmidones, de-Danais irati, quotquot perierunt;
quos apud naves veloces interfecimus hastis.

Sic dixit: Trojanos vero prorsus occupavit dolor
intolerabilis, nescius cedere; quippe ipsis columen urbis
550 erat, etiamsi alienigena esset: multæ enim una illum
copiæ sequebantur, inter *quas* ipse fortissimus-erat pugnando.
Ibant autem recta in-Danaos ardentes: præibatque ipsis
Hector, iratus de-Sarpedone. At Achivos
concitabat *ad certamen* Menœtiadæ Patrocli animosum cor;
555 Ajaces primos allocutus-est, animis-incitatos etiam per-se:[TR4]

Ajaces, jam vobis hostes-propulsare cordi esto,
quales quidem antea eratis inter viros, vel etiam fortiores.
Jacet vir, qui primus insiliit in-murum Achivorum,
Sarpedon; sed o-si ipsum contumelia-afficere possimus ablatum,

560 armaque ab-humeris auferre, et aliquem sociorum
ab-eo *nos* propulsantium domare sævo ære.

Sic dixit: hi vero etiam per-se *hostes* arcere promti-erant.
Postquam autem utrinque firmarant phalangas,
Trojani et Lycii, et Myrmidones et Achivi,
565 concurrerunt super corpore mortuo pugnaturi,
horrendum clamantes; vehementer autem sonuerunt arma virorum.
Jupiter vero noctem perniciosam extendit-super aspera pugna,
ut dilecto de filio pugnæ perniciosus labor esset.

Moverunt autem priores Trojani agilibus-oculis-præditos Achivos.
570 Percussus enim erat nequaquam ignavissimus vir inter Myrmidones,
filius Agaclei magnanimi, divinus Epigeus,
qui in Budio bene-habitato imperabat
antea: sed tum, strenuum consobrinum quum-occidisset,
ad Peleum venit-supplex, et ad Thetin argenteis-pedibus;
575 hi autem cum Achille agmina perrumpente misere comitem
Ilium ad bonis-equis-fœcundam, ut cum-Trojanis pugnaret.
Hunc ibi manum-injicientem cadaveri feriit splendidus Hector
saxo in-capite: quod in-duas partes totum diffissum-est
in casside valida: isque pronus super cadavere
580 decidit, et ipsi mors circumfusa-est exitialis.
Patroclo autem dolor ortus-est de-interfecto socio:
rectaque-prorupit per primos-pugnatores, accipitri similis
veloci, qui fugatos-persequitur graculosque sturnosque:
sic recta in-Lycios, Patrocle equis-vecte,
585 ruisti et in-Trojanos; iratus vero eras corde de-socio.
Et percussit Sthenelaum, Ithæmonis dilectum filium,
in-cervice saxo, abrupitque ejus tendines.
Cessare autem retro primi-pugnatores et splendidus Hector.
Quantus autem jaculi jactus longi est,
590 quod quidem vir emiserit connixus, vel in certamine-ludi,
vel etiam in bello, hostes propter animam-perdentes:
tantum recesserunt Trojani; locoque-moverunt *eos* Achivi.
Glaucus autem primus, Lyciorum ductor clypeatorum,
conversus-est, interfecitque Bathyclem magnanimum,
595 Chalconis dilectum filium, qui in-Hellade domos habitans,
opibusque divitiisque excellebat inter-Myrmidones:
hunc quidem Glaucus in-pectore medio vulneravit hasta,
conversus repente, quando ipsum jam-tangebat insequens.
Fragoremque edidit cadens: magnus vero dolor cepit Achivos,
600 ut ceciderat strenuus vir; valde autem Trojani gavisi-sunt:
steteruntque circa ipsum progressi frequentes: nec-tamen Achivi
fortitudinis obliti-sunt, sed vires recta ferebant in-eos.
Tum autem Meriones Trojanorum interfecit virum armatum,

Laogonum, audacem filium Onetoris, qui Jovis sacerdos
605 Idæi erat, deique instar honorabatur a-populo:
hunc percussit sub mala et aure: confestim vero anima
abiit e membris, horrendæque illum tenebræ occuparunt.
Æneas autem in Merionen hastam æream misit;
sperabat enim se assecuturum sub-clypei-tegmine progredientem.
610 Sed ille quidem ex-adverso conspicatus evitavit æream hastam;
in-anterius enim declinavit, sed a-tergo hasta longa
solo infixa-est, supraque pars-posterior quassabatur
hastæ: hinc deinde remisit impetum fortis Mars.
[Cuspis vero Æneæ vibrata in terram
615 abiit; quippe incassum robusta e manu exsilierat.]
Æneas autem animo iratus-est, dixitque:

Merione, cito certe te, etiamsi saltator (*agilis*) sis,
hasta mea compescuisset in-perpetuum, si te percussissem.

Illum autem Meriones hasta-inclytus vicissim affatus est:
620 Ænea, arduum *est* te, etiamsi fortis sis,
omnium hominum exstinguere robur, quicunque te contra
venerit propulsaturus; mortalis vero certe et tu es.
Si et ego te percussero assecutus medium acuto ære,
statim, licet strenuus sis et manibus fretus,
625 gloriam mihi dederis, animam autem Plutoni equis-insigni.

Sic dixit: hunc autem objurgavit Menœtii fortis filius:
Merione, cur tu hæc, etiamsi strenuus es, concionaris?
O amice, neutiquam Trojani contumeliosis verbis
a-cadavere cedent, antequam aliquem terra tenebit:
630 in manibus enim finis pugnæ, verborum autem, in concilio.
Quare non oportet verba multiplicare, sed pugnare.

Sic fatus, hic quidem præibat, ille vero una sequebatur par-deo vir.
Horum autem, ut ligna-cædentium virorum fragor exoritur
montis in saltibus, longeque exauditur:
635 sic horum excitabatur strepitus a terra late-patente,
æreque, corioque, boumque-tergoribus scite-compactis,
percussorum ensibusque et hastis utrimque acutis.
Nec jam vel sollers vir Sarpedonem divinum
agnosset, quippe telis et sanguine, et pulveribus,
640 a vertice obvolutus-erat usque ad pedes imos.
Illi vero assidue circa mortuum versabantur, quum muscæ
in stabulo murmurant lacte-plenas ad mulctras,
tempore in verno, quando lac vasa rigat:
sic utique ii circa mortuum versabantur. Nec unquam Jupiter
645 vertebat ab aspera pugna oculos fulgentes,
sed in ipsos usque aspiciebat, et consultabat animo
multa admodum de cæde Patrocli, deliberans,

num jam et illum in aspera pugna
illic super parem-deo Sarpedonem splendidus Hector
650 ære cæderet, deque humeris arma auferret;
an adhuc etiam pluribus augeret laborem gravem.
Sic autem ei cogitanti visum-est satius esse,
ut strenuus famulus Pelidæ Achillis
retro Trojanosque et Hectorem ære armatum
655 repelleret ad urbem, multorumque animam eriperet.
Hectori autem primo imbellem animum immisit:
currumque *is* quum-conscendisset in-fugam vertit *equos,* hortatusque-est ceteros
Trojanos fugere: agnovit enim Jovis sacras lances.
Tunc ne fortes quidem Lycii mansere, sed fugati-sunt
660 omnes, ut regem viderunt vulneratum corde,
jacentem in cadaverum acervo: multi enim super ipsum
deciderant, quando certamen asperum intendebat Saturnius.
Illi vero ab humeris Sarpedonis arma abstulerunt,
ærea, coruscantia, quæ quidem cavas ad naves
665 dedit ferenda sociis Menœtii fortis filius.
Et tunc Apollinem allocutus-est nubes-cogens Jupiter:

Eia, age nunc, dilecte Phœbe, atro sanguine purga,
profectus, e telorum acervo *sublatum* Sarpedonem, et ipsum deinde,
procul illinc auferens, lava fluminis fluentis,
670 ungeque ambrosia, et immortalibus vestibus induito;
deduc autem eum cum deductoribus velocibus qui-ferant,
Somno et Morti gemellis, qui quidem eum celeriter
ponent in Lyciæ latæ opulento populo.
Ibi ei exsequias-facient fratresque familiaresque,
675 tumuloque cippoque: hic enim honor est mortuorum.

Sic dixit; nec patri non-fuit-dicto-audiens Apollo.
Descendit autem ab Idæis montibus ad pugnam gravem:
statimque e telis *coacervatis* Sarpedonem divinum sublatum,
procul inde auferens, lavit fluminis fluentis,
680 unxitque ambrosia, et immortalibus vestibus induit;
deduxitque autem cum deductoribus velocibus qui-ferrent,
Somno et Morti gemellis; qui quidem eum celeriter
deposuerunt in Lyciæ latæ opulento populo.

Patroclus autem equos et Automedontem exhortatus,
685 Trojanos et Lycios insequebatur, et magnum accepit-malum:
demens: si tamen mandatum Pelidæ observasset,
certe effugisset fatum exitiale atræ mortis.
Sed semper Jovis validius consilium, quam hominum;
[qui et fortem virum in-fugam vertit, et aufert victoriam
690 facile, quum vel ipse excitaverit ad pugnandum:]

qui ei et tunc animum in pectoribus exstimulavit.

Tum quem primum, quem vero postremum interfecisti,
Patrocle, quando jam te dii ad-mortem vocarunt?

Adrestum quidem primum, et Autonoum, et Echeclum,
695 et Perimum Megaden, et Epistorem, et Melanippum;
ac deinde Elasum, et Mulium, atque Pylarten:
hos interfecit: sed ceteri in-fugam *eundi* memores-fuere quisque.

Tum altis-portis Trojam cepissent filii Achivorum,
Patrocli sub manibus, (præ *aliis* enim adversa hasta furebat),
700 nisi Apollo Phœbus bene-structa super turri
stetisset, illi exitialia cogitans, Trojanisque auxilians.
Ter quidem in cubitum scandebat muri excelsi
Patroclus, ter autem ipsum aspere-exceptum-deturbavit Apollo,
manibus immortalibus fulgentem clypeum feriens.
705 Sed, quando jam quarto irruebat, deo par,
minaciter increpitans verbis alatis eum allocutus-est:

Recede, nobilissime Patrocle! neque enim fatum
tua sub hasta urbem vastatum-iri Trojanorum magnanimorum,
nec sub Achille, qui-tamen te multo fortior *est.*

710 Sic dixit: Patroclus autem recessit longe retro,
iram devitans longe-jaculantis Apollinis.

Hector vero in Scæis portis tenebat solidis-ungulis equos:
ambigebat enim, utrum pugnaret in turbam iterum agens,
an copiis ad murum clamore-imperaret congregari.
715 Hæc quidem ei cogitanti astitit Phœbus Apollo,
viro quum-se-assimulasset juvenique fortique,
Asio, qui avunculus erat Hectoris equûm-domitoris,
frater-germanus Hecubæ, filiusque Dymantis,
qui Phrygiam habitabat fluenta ad Sangarii:
720 huic se ut-assimularat, eum allocutus-est Jovis filius Apollo:

Hector, cur a-pugna cessas? nec quicquam te *hoc* decet.
Utinam quanto deterior sum, tanto te fortior essem:
tum statim tuo-malo a-pugna recessisses.
Sed age, in-Patroclum impellito validis-ungulis equos,
725 si qua ipsum interficere possis, dederitque tibi gloriam Apollo.

Sic fatus, rursus quidem abiit deus per pugnam virorum.
Cebrionen vero jussit bellicosum splendidus Hector
equos ad prælium verberantem-agere: at Apollo
ingressus-est turbam profectus, et tumultum Argivis
730 immisit exitialem; Trojanisque et Hectori gloriam præbuit.
Hector autem ceteros quidem Danaos mittebat, nec occidebat;
sed ille in-Patroclum regebat validis ungulis equos.
Patroclus vero ex-altera-parte ab equis desiliit in-terram,

sinistra hastam tenens; alteraque arripuit saxum
735 candidum, asperum, quod ei manus complectebatur.
Misit vero connixus; nec longe aberat a-viro,
nec frustra-misit telum: percussit enim Hectoris aurigam
Cebrionen, nothum filium illustris Priami,
equorum habenas tenentem, in-frontem acuto lapide.
740 Ambo autem supercilia confregit lapis, neque ejus restitit
os: oculi autem humi ceciderunt in pulverem,
ipsius ante pedes: ille vero, urinatori similis,
decidit ab affabre-facta sella: liquitque ossa anima.
Illum autem aspere-deridens allocutus-es, Patrocle eques:[TR5]

745 Dii boni, profecto perquam agilis vir! ut facile saltat!
Sicubi sane et ponto in piscoso esset,
multos satiare-posset vir hic, ostrea quærens,
nave desiliens, et si tempestuosus *pontus* esset:
adeo nunc in campo e curru facile saltat.
750 Profecto et inter Trojanos saltatores sunt.

Sic locutus, Cebrionen heroem *spoliaturus* invasit,
impetum leonis habens, qui stabula vastans,
vulneratus-est ad pectus, suaque ipsum perdidit virtus:
sic in Cebrionen, Patrocle, insiliisti ardens.
755 Hector vero ex-altera-parte ab equis desiliit in-terram.
Hi-duo de Cebrione, tanquam leones, pugnabant;
qui montis in-verticibus de interemta cerva,
ambo esurientes, magnis animis pugnant:
sic de Cebrione duo artifices pugnæ,
760 Patroclusque Menœtiades et splendidus Hector,
cupiebant alter-alterius incidere corpus sævo ære.
Hector quidem *illum* capite postquam prehendit, non dimittebat:
Patroclus autem ex-altera-parte *hunc* tenebat pede: et jam ceteri
Trojani et Danai committebant acre prælium.

765 Ut vero Eurusque Notusque certant inter-se
montis in saltibus, profundam concussuri silvam,
fagumque, fraxinumque, corticosamque cornum,
quæ altera-alteri affligunt extensos-in-longum ramos
sono immenso, fragor autem *exoritur* fractarum *arborum:*
770 sic Trojani et Achivi in se-invicem insilientes
cædebant, sed neutri meminerant perniciosæ fugæ.
Multæ autem Cebrionen circa acutæ hastæ defixæ-sunt,
sagittæque alatæ a nervis salientes:
multa et saxa grandia clypeos contuderunt
775 pugnantium circa ipsum; is autem in vortice pulveris
jacebat magnus magno-spatio, oblitus aurigationis.

Quamdiu quidem Sol circa medium cœlum versabatur,

tamdiu valde utrosque tela attingebant, cadebatque populus.
Quum vero Sol transiret ad-occasum,
780 tum jam præter fatum Achivi superiores erant;
ac Cebrionen quidem e-telis *coacervatis* heroem extraxerunt,
Trojanorum e tumultu, et humeris arma deripuerunt.

Patroclus vero in-Trojanos infesto animo irruit:
ter quidem inde insiluit, veloci par Marti,
785 horrendum clamans: ter autem novenos viros interfecit.
Sed quum jam quartum impetum-faceret, deo par,
tum vero tibi, Patrocle, manifestus-imminebat vitæ-finis:
occurrebat enim tibi Phœbus in aspera pugna
terribilis. Hic quidem (*Patroclus*) illum euntem per turbam non vidit:
790 caligine enim multa tectus obvius-veniebat.
Stetit autem pone, percussitque tergum latosque humeros
Patroclo manu prona; vertigineque-correpti-sunt ei oculi.
Hujus vero a capite galeam dejecit Phœbus Apollo:
hæc autem voluta tinnitum dabat pedibus sub equorum,
795 oblonga galea; fœdatæque-sunt jubæ
sanguine et pulvere. Antea quidem fas non erat,
setis-equinis-comantem cassidem fœdari pulvere.
sed viri divini caput formosamque frontem
tuebatur, Achillis: tum vero Jupiter Hectori dedit
800 suo capite ferendam: prope vero ei erat exitium.
Tota autem ei in manibus fracta-est longæ-umbræ hasta,
gravis, magna, valida, *ære* munita; et ab humeris
clypeus cum loro humi cecidit talaris.
Solvit autem ei loricam rex, Jovis filius, Apollo.
805 Illi vero stupor animum occupavit, solutaque-sunt subtus splendida membra:
stetitque attonitus: pone autem tergum acuta hasta
humeros inter e-propinquo percussit Dardanus vir,
Panthoides Euphorbus, qui æqualium-cœtum superabat
hastæque aurigandique peritia, pedibusque velocibus:
810 etenim jam aliquando viros viginti deturbaverat de curribus,
quum-primum venit cum curru, discens præliari;
qui tibi primus immisit telum, Patrocle eques,
nec domuit *te:* is quidem retro recurrit; immixtusque-est turbæ,
e corpore abrepta hasta fraxinea; nec sustinuit
815 Patroclum, nudus licet *hic* esset, in pugna.
Patroclus autem dei plaga et hasta domitus,
retro sociorum in agmen recedebat, mortem evitans.

Hector vero, ut vidit Patroclum magnanimum
retro cedentem, vulneratum acuto ære,
820 prope eum venit per ordines, vulneravitque hasta

imum ad ile; penitus autem æs adegit.
Fragorem vero edidit cadens, magnoque affecit-dolore populum Achivorum.
Ut autem quum aprum indomitum leo urgebat pugna,
qui montis in-vertice magnis animis decertabant,
825 fonte de exiguo; volunt vero bibere ambo:
multum autem anhelantem *aprum* leo domuit vi:
sic multos occidenti Menœtii forti filio
Hector Priamides cominus hasta animum abstulit:
et super-eo glorians verba alata dixit:

830 Patrocle, certe credidisti urbem *te* vastaturum nostram,
Trojanasque mulieres, libero die erepto,
abducturum-esse in navibus dilectam in patriam terram:
demens! pro his enim Hectoris veloces equi
pedibus contendunt pugnatum: hasta vero ipse
835 inter-Trojanos bellicosos excello, qui ab-ipsis arceo
diem servitutis; te vero hic vultures comedent.
Ah infelix, nec tibi, fortis licet-sit, auxiliatus-est Achilles,
qui nimirum tibi admodum multis, remanens, mandavit proficiscenti:
Ne mihi ante revertere, Patrocle equis-vecte,
840 naves ad cavas, quam Hectoris homicidæ
sanguinolentam tunicam circa pectora discideris.
Sic fere te allocutus-est, tuoque animo vecordis persuasit.

Illum vero languens allocutus-es, Patrocle eques:
jam nunc, Hector, magnis-verbis gloriator: tibi enim dedit
845 victoriam Jupiter Saturnius, et Apollo, qui me domuerunt
facile: ipsi enim ab humeris arma detraxerunt.
Tales vero etiamsi mihi viginti occurrissent,
omnes hic periissent, mea sub hasta domiti.
At me fatum perniciosum et Latonæ interfecit filius,
850 eque-viris Euphorbus: tu vero me tertius interfectum-spolias.
Aliud autem tibi dicam, tu vero in animo reconde tuo:
haud sane ne-*tu*-quidem ipse diu vives, sed tibi jam
prope instat mors et fatum violentum,
manibus domando Achillis eximii Æacidæ.

855 Sic illum quidem locutum finis mortis obtexit;
anima autem e membris volans ad Orcum descendit,
suam sortem lugens, relicta amplitudine et juventa.
Hunc et mortuum allocutus-est splendidus Hector:

Patrocle, quid mihi vaticinaris grave exitium?
860 quis vero scit, an Achilles, Thetidis filius comas-pulcras-habentis,
prior mea sub hasta percussus animam perdiderit?

Sic igitur locutus hastam æream e vulnere

traxit, pede insistens: illum vero supinum repulit ab hasta.
Statim autem cum hasta in Automedontem ibat,
865 parem-deo famulum pedibus-velocis Æacidæ:
cupiebat enim *eum* ferire: hunc vero extulere veloces equi
immortales, quos Peleo dii dederant, splendida dona.

[TR1] "Achivivis" → "Achivis"
[TR2] "victo-riam" (two lines) → "victoriam" (one line).
[TR3] "patria," → "patria."
[TR4] "per-se" → "per-se:"
[TR5] "eques" → "eques:"

Iliadis XVII.—Menelai principatus.

ARGUMENT: THE SEVENTH BATTLE, FOR THE BODY OF PATROCLUS.—THE ACTS OF MENELAUS.

Menelaus, upon the death of Patroclus, defends his body from the enemy: Euphorbus, who attempts it, is slain. Hector advancing, Menelaus retires; but soon returns with Ajax, and drives him off. This, Glaucus objects to Hector as a flight, who thereupon puts on the armour he had won from Patroclus, and renews the battle. The Greeks give way, till Ajax rallies them: Aeneas sustains the Trojans. Aeneas and Hector attempt the chariot of Achilles, which is borne off by Automedon. The horses of Achilles deplore the loss of Patroclus: Jupiter covers his body with a thick darkness: the noble prayer of Ajax on that occasion. Menelaus sends Antilochus to Achilles, with the news of Patroclus' death: then returns to the fight, where, though attacked with the utmost fury, he and Meriones, assisted by the Ajaces, bear off the body to the ships.

The time is the evening of the eight-and-twentieth day. The scene lies in the fields before Troy.

TEXT:

1 Nec latuit Atrei filium, Marti-carum Menelaum,
Patroclus a-Trojanis domitus in prælio.
Processit autem per primos-pugnatores, armatus corusco ære;
circumiensque ipsum protegebat, ut fere circa vitulum mater,
5 tum-primum-enixa, querula, non ante experta partum:
ita circa Patroclum ibat flavus Menelaus.
Prætendit autem ei hastamque et clypeum undique æqualem,
illum interficere paratus, quicunque huic adversus veniret.
Nec Panthi filius præstans-hastæ-*usu* neglexit
10 Patroclum stratum eximium: prope autem ipsum

stetit, et allocutus-est Marti-carum Menelaum:

Atride Menelae, Jovis-alumne, dux virorum,
recede, et linque mortuum, sinitoque spolia cruenta:
non enim quisquam *me* prior Trojanorum inclytorumque sociorum
15 Patroclum percussit hasta in aspera pugna:
quare me sine gloriam magnam inter Trojanos reportare,
ne te percutiam, atque dulcem animam eripiam.

Illum vero graviter indignans allocutus-est flavus Menelaus:
Jupiter pater, haud sane decorum, superbius gloriari.
20 Nec vero pantheræ tanti spiritus, nec leonis,
nec suis apri infesti, cujus quidem maximus
animus in pectoribus supra-modum robore se-effert:
quantum Panthi filii præstantes-hastæ-*usu* spirant.
Atqui nec vis Hyperenoris equûm-domitoris
25 suæ juventutis fructum-percepit, quando me probris-incessit, et me exspectavit,
et me putavit inter Danaos ignavissimum bellatorem
esse: nec eum puto pedibus quidem suis reversum,
oblectasse uxoremque caram, venerandosque parentes.
Sic certe et tuum ego solvam robur, si contra me
30 steteris: sed te equidem recedentem hortor
in turbam abire, neu adversus consistas mihi,
antequam quid mali passus-fueris: factum vero et stultus agnovit.[TR1]

Sic dixit; illi vero non persuasit; sed vicissim *is* affatus-est:
nunc ergo jam, Menelae Jovis-alumne, omnino ultionem-dabis
35 fratri meo, quem occidisti; et *de quo* jactans prædicas;
viduasti autem uxorem in recessu thalami recentis,
infandumque parentibus fletum et mœrorem effecisti.
Certe ipsis miseris fletus finis fierem,
si ego caputque tuum et arma reportans
40 Pantho in manus dedero et Phrontidi divinæ.
Sed non amplius diu intentatus labor erit,
nec certaminis-expers, vel de-virtute vel de-fuga.

Sic fatus, feriit *illum* in clypeum undique æqualem,
nec perrupit æs; recurvata-est autem ei cuspis
45 scuto in valido. Sed alter impetum-fecit ære
Atrides Menelaus, precatus Jovem patrem;
retro autem cedentis gulam imam
feriit, et ipse *hastam* nisu-impressit, robusta manu fretus:
e-regione autem mollem per cervicem abiit cuspis.
50 Fragoremque edidit cadens, sonueruntque arma super ipso.
Sanguine ei rigabantur comæ, Gratiis (*earum comis*) similes,
cincinnique, qui auroque et argento constricti-erant.
Qualem vero nutrit plantam vir late-frondentem olivæ

loco in solitario, ubi abunde scaturit aqua,
55 pulcram, germinantem; hanc autem flatus motant
variorum ventorum, et *illa* pullulat flore albo:
ingruens vero repente ventus cum turbine multo,
fossaque *eam* evertit, et extendit super terram:
talem Panthi filium præstantem hastæ-peritia Euphorbum
60 Atrides Menelaus, postquam interfecerat, armis spoliabat.

Ut vero quando quis leo in montibus-nutritus, robore fretus,
pascentis armenti bovem rapuerit, quæ optima:
hujus autem cervicem diffregit, correptam validis dentibus,
primum, deinde vero sanguinemque et viscera omnia haurit
65 dilanians: circumque hunc canesque virique pastores
crebro admodum clamant e-longinquo, neque audent
contra ire; valde enim eos pallidus timor occupat:
sic horum nemini animus in pectoribus audebat
contra ire Menelao gloria-sublimi.
70 Tunc facile abstulisset inclyta arma Panthoidæ
Atrides, nisi ipsi invidisset Phœbus Apollo,
qui in-eum Hectorem incitavit, veloci parem Marti,
viro se-quum-assimulasset, Ciconum ductori Mentæ,
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

75 Hector, nunc tu quidem sic curris, quæ-non-assequeris persequens,
equos Æacidæ bellicosi: illi vero difficiles
viris quidem mortalibus domitu, et equitatu,
alii saltem atque Achilli, quem immortalis peperit mater.
Interim autem tibi Menelaus Mavortius, Atrei filius,
80 Patroclum protegens, Trojanorum[TR2] fortissimum occidit,
Panthoiden Euphorbum, exemitque *ei* impetuosum robur.

Sic fatus, rursum abiit deus per pugnam virorum:
Hectori vero gravis dolor circumtexit præcordia circumfuso-nigra *sanguine.*
Dispexit autem inde per ordines; statimque agnovit
85 hunc quidem auferentem inclyta arma, illum vero in terra
jacentem: fluebatque sanguis per inflictum vulnus.
Ivit autem per primos-pugnatores, armatus curosco ære,
acutum clamans, flammæ similis Vulcani
intextinguibili: nec filium latuit Atrei acutum vociferans:
90 ingemiscens vero *is* dixit ad suum magnum animum:

Hei mihi: si quidem dereliquero arma pulcra,
Patroclumque, qui jacet hic meum propter honorem,
vereor, ne-quis mihi Danaorum succenseat, qui viderit.
Si autem cum-Hectore solus et Trojanis pugnem
95 verecundans, *metuo* ne-qua me circumveniant unum multi:
Trojanos vero huc omnes ducit galeam-motans Hector.

Sed cur mihi hæc meus secum-disserit animus?
Quandocunque homo velit contra deum (*dei nutum*) cum-viro pugnare,
quem deus honorat, statim in-eum magna clades devolvitur.
100 Ideo mihi nemo Danaorum succensebit, qui viderit
Hectori *me* cedentem, quoniam ex (*auctore*) deo pugnat.
Sicubi vero Ajacem bello strenuum audire-potuero,
ambo iterum invadentes reminisceremur pugnæ,
etiam adversus deum, si quo-modo eriperemus mortuum
105 *in-gratiam* Pelidæ Achillis: inter-mala sane melius esset.

Dum si hæc versabat in mente et in animo,
interea Trojanorum ordines advenere; præibat autem Hector.
Atque hic retro cessit, reliquitque mortuum
subinde-se-convertens; ut leo bene-barbatus,
110 quem canesque et viri a stabulo abigunt
contis et clamore: ejus autem in præcordiis forte cor
cohorrescit, invitusque abit a caula:
sic a Patroclo discessit flavus Menelaus.
Constitit vero conversus, ut venit ad-agmen sociorum,
115 circumspiciens Ajacem magnum, Telamonium filium.
Hunc autem valde celeriter advertit pugnæ ad lævam totius,
confirmantem socios, et concitantem ad-pugnam;
divinitus enim iis terrorem immiserat Phœbus Apollo.
Profectusque-est currens, statimque astans verbum dixit:

120 Ajax, huc, amice, de-Patrocle mortuo *pugnaturi*
festinemus, si cadaver saltem Achilli referre-possimus
nudum: sed ejus arma habet galeam-motans Hector.

Sic dixit: Ajaci vero bellicoso animum commovit.
Ivit autem per primos-pugnatores, simulque flavus Menelaus.
125 Hector quidem Patroclum, quum inclytis armis exuisset,
trahebat, ut ab humeris caput abscinderet acuto ære,
et cadaver Trojanis raptatum canibus daret.
Ajax vero prope venit, gestans scutum, tanquam turrim;
Hector autem retro in turbam abiens recedebat sociorum;
130 in currumque insiliit; deditque ille arma pulcra Patrocli
Trojanis ferenda ad urbem, magna gloria ut-essent ipsi.
Ajax vero Menœtiadæ scutum latum obtendens
constitit, tanquam leo circumeundo *defensans* suos natos:
cui catulos ducenti occurrerint in silva
135 viri venatores; hic autem præ-robore truces-oculos-volvit,
totumque supercilium deorsum trahit, oculos tegens:
sic Ajax Patroclum heroem circumiens-protegebat.
Atrides autem ex-altera-parte, Marti-carus Menelaus,
stetit, magnum luctum in pectoribus augens.

140 Glaucus vero, Hippolochi filius, Lyciorum ductor virorum,

Hectorem torve intuitus gravi objurgavit sermone:

Hector, specie insignis, bellica-virtute jam multum eges:
certe te sic *sine causa* fama bona tenet, fugax quum-sis.
Considera nunc, quomodo civitatem et urbem servare possis
145 solus cum viris, qui in-Ilio nati-sunt:
non enim quisquam Lyciorum quidem pugnaturus cum-Danais
ibit pro urbe: quoniam nulla utique gratia fuit
pugnare hostibus cum viris indesinenter usque.
Quomodo tu deteriorem virum servaveris in turba,
150 improbe, quum Sarpedonem, simul hospitem et socium,
reliquisses Argivis capturam et prædam fieri?
qui quidem magno commodo fuit urbique et ipsi tibi,
vivus quum-esset: nunc vero non ab-eo arcere canes sustinuisti.
Itaque nunc si quis mihi Lyciorum obsequetur virorum,
155 domum iverint. Trojæ vero manifesta-aderit gravis pernicies.[TR3]
Si enim nunc Trojanis vis animosa inesset,
intrepida, qualis viros subit, qui de patria
adversus-hostes viros laborem et certamen suscipiunt,
statim Patroclum traheremus in Ilium.
160 Si vero hic ad urbem magnam Priami regis
perferretur mortuus, et ipsum traxissemus e-pugna,
ilico certe Argivi Sarpedonis arma pulcra
hoc pretio-redderent, et ipsum duceremus in Ilium.
Talis enim famulus interfectus-est viri, qui longe fortissimus
165 Argivorum apud naves, et cominus-pugnantes famuli.
Sed tu contra Ajacem magnanimum non sustinuisti
stare, oculos intuitus hostium in pugna,
neque ex-adverso pugnare: quippe te fortior est.

Hunc autem torve intuitus allocutus-est galeam-motans Hector:
170 Glauce, quid vero tu, talis quum-sis superbe, locutus-es?
Dii-boni, certe putabam te mente superare ceteros,
eos, quotquot Lyciam glebosam habitant:
nunc vero tuam reprehendo plane mentem, quod-tale dixisti;
qui me ais Ajacem ingentem non sustinuisse.
175 Nequaquam ego horrui pugnam, nec strepitum equorum:
sed semper Jovis validius consilium *est* ægidem-tenentis,
qui et fortem virum in-fugam-vertit, et aufert victoriam
facile: alias autem ipse excitat ad-pugnam.
Sed age huc *adsis,* amice, prope me sta, et aspice opus:
180 utrum tota-die ignavus ero, ut dicis,
an aliquem etiam Danaorum, fortitudine licet promtissimum,
reprimam a-defensione Patrocli mortui.

Sic locutus, Trojanos hortabatur, altum clamans:
Trojani, et Lycii, et Dardani cominus-pugnantes,

185 viri estote, amici, memoresque impetuosæ fortitudinis:
dum ego Achillis eximii arma induam,
pulcra, quibus Patrocli vim spoliavi, *ipso* interfecto.

Sic igitur locutus abiit galeam-motans Hector
ardenti e prælio: currens autem assecutus-est socios
190 cito admodum, necdum longo-intervallo, pedibus velocibus insecutus,
qui ad urbem portabant inclyta arma Pelidæ.
Stans vero seorsum a-prælio lacrimoso, arma mutabat:
nempe sua dedit, ferenda ad Ilium sacrum,
Trojanis bellicosis: ipse vero immortalia arma induebat
195 Pelidæ Achillis, quæ ei (*ejus*) dii cœlites
patri caro dederant: hic autem suo filio præbuit
jam-senex: sed non filius in armis patris consenescebat.

Illum vero ut seorsum vidit nubes-cogens Jupiter
armis Pelidæ se-armantem divini,
200 quassans caput, ad suum locutus-est animum:

Ah miser, haudquaquam tibi mors in-animo est,
quæ jam te prope est: tu vero immortalia arma induis
viri fortissimi, quem tremunt et alii.
Hujus jam socium interfecisti mitemque fortemque:
205 arma autem non secundum fas (*contumeliose*) a capiteque et humeris
abstulisti; verumtamen tibi nunc saltem magnam victoriam dabo,
ejus compensationem, quod a-te haudquaquam, e-pugna reverso,
excipiet Andromache inclyta arma Pelidæ.

Dixit, et nigris superciliis annuit Saturnius:
210 Hectori autem apta-erant arma ad corpus; subiit vero eum Mars
horrendus, bellicus: impletaque-sunt ei membra intus
vigore et robore: ad inclytos autem socios
ivit magno clamore: similisque *Achilli* videbatur eis omnibus,
armis resplendens magnanimi Pelidæ.
215 Hortabatur autem unumquemque obiens verbis,
Mesthlenque, Glaucumque, Medontemque Thersilochumque,
Asteropæumque, Disenoremque, Hippothoumque,
Phrocynque, Chromiumque et Ennomum augurem:
hos ille incitans, verbis alatis allocutus-est:

220 Audite, innumeræ copiæ circumhabitantium sociorum;
non enim ego multitudinem quærens, neque egens *ea,*
huc e vestris urbibus excivi quemque;
sed ut mihi Trojanorum uxores et infantes liberos
promtis-animis defenderetis bellicosis ab Achivis:
225 hæc in-animo-habens, donis *exigendis* exhaurio et commeatu
populos, vestrumque cujusque animum recreo.
Quare aliquis (*quisque*) nunc recta *in hostem* conversus, aut pereat,

aut salvus-sit: hoc enim belli commercium.
Quicunque vero Patroclum, mortuum licet, tamen
230 Trojanos ad equûm-domitores pertraxerit, cesseritque ei Ajax,
dimidium illi exuviarum tribuam, dimidium vero ipse
habebo ego; tantaque ipsi gloria erit, quanta vel mihi.

Sic dixit: illi vero recta in-Danaos magna-mole ferebantur,
hastis elevatis; admodum autem ipsis sperabat animus
235 mortuum ab Ajace abstrahere Telamonio:
stulti; certe multis super ipso animam abstulit.
Et tunc Ajax allocutus-est pugna strenuum Menelaum:

O amice, o Menelae Jovis-alumne, haud-jam nos
spero ipsos quidem redituros e bello.
240 Haudquaquam tantum de-cadavere timeo Patrocli,
qui mox Trojanorum saturabit canes atque alites,
quantum meo capiti metuo, ne-quid *gravius* patiatur,
et tuo: quippe prælii nubes omnia circumtegit,
Hector; nobis vero manifestus-apparet gravis interitus.
245 Sed age, fortissimos Danaorum voca, si quis audierit.

Sic dixit: nec non-obsecutus-est pugna strenuus Menelaus;
vociferatus-est autem alta-voce, Danais ut-exaudiretur:

O amici, Argivorum ductores ac principes,
qui juxta Atridas, Agamemnonem et Menelaum,
250 publice-præbita *vina* bibunt, et imperant singuli
copiis: a Jove autem honor et gloria sequitur.
Difficile vero mihi est dispicerer unumquemque
ducum: tantum enim certamen pugnæ exarsit.
Sed aliquis (*quisque*) ipse prodeat, indignereturque in animo,
255 Patroclum Trojanis canibus ludibrium fieri.

Sic dixit: confestim autem exaudiit Oïlei *filius* velox Ajax;
primusque obvius prodiit, currens per prælium.
Post hunc vero Idomeneus et armiger Idomenei,
Meriones, par Marti homicidæ.
260 Ceterorum vero quisnam sua mente nomina diceret,
quotquot jam postea pugnam instaurarunt Achivorum?

Trojani vero priores-impetum-fecere conferti; præibat autem Hector.
Ut vero quum in ostiis a-Jove-fluentis fluvii
fremit ingens fluctus adversus *ejus* fluentum, circùmque extrema
265 litora clamant, eructato mari extra:
tanto utique Trojani clamore ibant. Sed Achivi
stabant circum Menœtiaden, unum animum habentes,
septi scutis æratis. Sed illorum
splendidis galeis Saturnius caliginem multam
270 circumfudit: quippe nec Menœtiaden oderat vel antea,

dum, vivus, famulus erat Æacidæ:
odit autem illum hostium canibus prædam fieri
Trojanis: ideo etiam eum ut-defenderent excitavit socios.

Moverunt autem loco priores Trojani agilibus-oculis Achivos:
275 mortuo vero derelicto, *hi* trepidi-fugerunt, neminem tamen eorum
Trojani magnanimi interfecere hastis, cupientes licet;
sed corpus ad-se-trahebant: non-diu vero ab-illo Achivi
erant abfuturi: admodum enim illos celeriter convertit
Ajax, qui superabat quidem forma, superabat et factis
280 ceteros Danaos, post eximium Peliden.
Recta autem perrupit primos-pugnatores, sui similis vi
apro, qui in montibus canes florentesque juvenes
facilie dissipat, se-subito-impetu-convertens per fruticeta
sic filius Telamonis præclari, splendidus Ajax,
285 facile aggressus Trojanorum dissipavit phalangas,
qui Patroclum circumdederant, sperabantque maxime
urbem ad suum trahere, et gloriam reportare.

Nempe illum (*Patroclum*) Lethi Pelasgi splendidus filius,
Hippothous, pede trahebat per acrem pugnam,
290 ligatum loro ad malleolum circa tendines,
Hectori et Trojanis gratificans: repente autem ipsi
venit malum, quod ab-eo nemo arcuit cupientium licet.
Illum filius Telamonis, impetu-facto per turbam,
percussit cominus, galeam per æneis-munitam-malis:
295 scissa-est autem equinis-setis-densa galea *circa* hastæ cuspidem,
percussa hastaque magna et manu robusta:
cerebrum vero propter conum prosiliebat e vulnere,
cruentum; ipsius autem ibidem solutum-est robur, e manibusque
Patrocli pedem magnanimi remisit in-terram,
300 ut-jaceret: prope autem ipsum cecidit cernuus super mortuum,
longe a Larissa glebosa; nec parentibus
nutritia caris reddidit, brevisque ei ætas
fuit, sub Ajacis magnanimi hasta domito.
Hector vero in-Ajacem jaculatus-est hasta fulgenti;
305 sed is quidem ex-adverso conspicatus evitavit æream hastam,
paullulum: ille autem Schedium, magnanimi Iphiti filium,
Phocensium longe fortissimum, qui in inclyto Panopeo
domos habitabat, multis viris imperans:
hunc percussit sub jugulum medium; penitus autem extrema
310 cuspis ærea prope summum humerum emersit.
Fragorem vero edidit cadens, sonueruntque arma super ipso.
Ajax autem Phorcyn bellicosum, Phænopis filium,
Hippothoum defendentem, medium ad ventrem percussit:
rupitque loricæ cavitatem, et intestina æs *penetrans*

315 hausit; ipse vero in pulverem lapsus, prehendit terram palma.
Cessere autem retro primique-pugnatores et splendidus Hector:
Argivi vero altum clamarunt, traxeruntque mortuos,
Phorcynque, Hippothoumque: solvebantque arma ab humeris.

Tunc rursus Trojani Marti-caris *acti* ab Achivis
320 in-Ilium ascendissent, præ-ignavia domiti;
Argivi autem gloriam retulissent, etiam præter Jovis fatum,
fortitudine et robore proprio: verum ipse Apollo
Æneam instigavit, corpore Periphanti similis,
præconi Epytidæ, qui ejus apud patrem senem
325 præconem-agens consenuerat, benevola mente consilia sciens:
huic se-quum assimulasset, ipsum allocutus-est Jovis filius Apollo:

Ænea, quo-pacto etiam invito deo servetis
Ilium excelsam? ut jam *fecisse* vidi viros alios
fortitudineque roboreque confisos, virtuteque,
330 copiisque suis, etiam perexiguum populum habentes.
Nobis vero Jupiter quidem potius cupit, quam Danais,
victoriam: sed ipsi fugitis territi admodum, nec pugnatis.

Sic dixit: Æneas autem longe-jaculantem Apollinem
agnovit, coram intuitus: valdeque Hectorem allocutus est clamans:

335 Hectorque et ceteri Troum-ductores ac sociorum,
dedecus quidem nunc hoc *est, nos* bellicosis *actos* ab Achivis
in-Ilium ascendere, præ-ignavia domitos.
Verum enim adhuc aliquis-ait deorum mihi prope astans,
Jovem, summum consiliarium, in-pugna auxiliatorem esse.
340 Ideo recta in-Danaos eamus, neque illi certe quieti
Patroclum navibus admoverint mortuum.

Sic dixit: et multo primis-pugnatoribus præsiliens, stetit.
Illi vero conversi-sunt, et adversi steterunt Achivis.
Tum vero Æneas Leocritum vulneravit hasta,
345 filium Arisbantis, Lycomedis fortem socium.
Hunc autem lapsum miseratus-est Marti-carus Lycomedes;
stetitque admodum prope accedens, et jaculatus-est hasta fulgenti,
et percussit Hippasiden Apisaonem, pastorem virorum,
in-jecur subter præcordia; statimque *ei* genua solvit:
350 is quidem e Pæonia glebosa venerat,
et post Asteropæum fortissime-se-gerebat in-pugna.
Hunc autem lapsum miseratus-est Mavortius Asteropæus,
rectaque prorupit et hic, promtus cum-Danais pugnare:
sed nequaquam etiam poterat; scutis enim obsepti-erant undique
355 qui-stabant circa Patroclum, et hastas prætendebant.
Ajax enim valde omnes obibat, multis adhortans;
nec quemquam retro a-mortuo cedere sinebat,

nec quemquam procurrere ad-pugnandum Achivos ante alios:
sed potius ipsum circumeuntes-defendere, cominusque pugnare *jussit.*
360 Sic Ajax præcipiebat ingens: sanguine autem terra
rigabatur purpureo; illi vero alii-super-alios cadebant
mortui, simul Trojanorum et animosorum sociorum,
et Danaorum: neque enim vel hi sine-sanguine pugnabant;
pauciores tamen multo peribant: meminerant enim usque
365 a-se-mutuo per turbam arcere cædem gravem.

Sic hi quidem pugnabant instar ignis; nec dixisses
nec solem salvum esse, neque lunam.
Caligine enim obtinebantur in prælio, quotquot fortissimi
stabant circa Menœtiaden mortuum.
370 At ceteri Trojanique et bene-ocreati Achivi,
liberi pugnabant sub ære-sereno: expansusque-erat splendor
solis acer, nubesque non exsurgebat a-toto
campo, nec a-montibus: interquiescentes autem pugnabant,
sua-invicem evitantes tela luctuosa,
375 longe distantes. Hi vero in medio *qui erant,* dolores patiebantur
caligine et pugna; affligebanturque sævo ære,
quotquot fortissimi erant. Duo vero nondum viri audierant,
viri gloriosi, Thrasymedes Antilochusque,
de-Patroclo mortuo eximio; sed adhuc putabant *eum*
380 vivum in primo tumultu cum-Trojanis pugnare.
Hi autem intuentes cædem et trepidam-fugam sociorum,
seorsum pugnabant, quoniam sic jusserat Nestor,
hortatibus-propellens ad-pugnam nigris a navibus.

His vero per-totum-diem contentionis magnum certamen ortum-erat
385 gravis: defatigatione autem et sudore indesinenter usque
genuaque, tibiæque, pedesque subtus cujusque,
manusque, oculique, fœdabantur pugnantium,
circa strenuum famulum pedibus-velocis Æacidæ.
Ut vero quum vir tauri bovis magni pellem
390 famulis dederit distendendam, ebriam pinguedine;
acceptam autem hi seorsum-dispositi extendunt
in-orbem, statimque humor exiit, subitque adeps,
multis trahentibus; tenditur autem tota undique:
sic hi huc et illuc cadaver parvo in spatio
395 trahebant utrique: admodum enim ipsis sperabat animus,
Trojanis quidem, *se id* tracturos ad Ilium; at Achivis,
naves ad cavas: de ipso autem tumultus ortus-erat
atrox; nec Mars copiarum-concitator, nec Minerva
hunc conspicata vituperasset, ne si multum quidem ipsam ira cepisset.

400 Talem Jupiter super Patroclo virorumque et equorum
die illo intendit exitialem laborem. Necdum aliquâ

sciebat Patroclum mortuum *esse* divinus Achilles.
Longe enim seorsum a-navibus pugnabant velocibus,
muro sub Trojanorum: quare illum nunquam existimabat animo
405 mortuum-esse; sed vivum, ubi-accessisset ad-portas,
reversurum: nam neque hoc credebat omnino,
eversurum *eum* urbem sine se, sed neque secum.
Sæpe enim hoc ex-matre didicerat, seorsum audiens,
quæ ei referebat Jovis magni sententiam:
410 verum tunc non ei dixerat malum tantum, quantum acciderat,
mater, quod quidem ei multo carissimus periisset socius.

Illi vero assidue circa mortuum acutas hastas tenentes,
indesinenter concurrebant, et invicem-se interficiebant:
sic autem aliquis dicebat Achivorum ære-loricatorum:

415 O amici, non sane nobis honestum *est* redire
naves ad cavas; sed hic terra nigra
omnibus dehiscat: hoc nobis continuo multo satius esset,
quam si hunc Trojanis permittamus equûm-domitoribus
urbem ad suam *ut*-trahant, et gloriam referant.

420 Sic autem rursus aliquis Trojanorum magnanimorum dicebat:
o amici, etiam si fatale *sit* juxta virum hunc domari
omnes simul, nunquam aliquis recedat a-pugna.

Sic igitur aliquis dicebat, animosque excitabat socii.
Sic hi quidem pugnabant: ferreus autem strepidus
425 æreum ad-cœlum ibat per ætherem infructuosum.

Equi autem Æacidæ, a-pugna seorsum stantes,
flebant, ut-primum senserunt aurigam
in pulvere prostratum ab Hectoris homicida.
Certe vero Automedon, Dioris fortis filius,
430 sæpe et scutica celeri *eos* urgebat verberans,
sæpe et blandis *verbis* alloquebatur, sæpe et minis:
illi vero neque retro ad naves, latum versus Hellespontum,
volebant ire, neque in pugnam ad Achivos:
sed veluti cippus manet firmiter, qui super tumulo
435 viri stat mortui, vel mulieris:
sic manebant immote perpulcrum currum tenentes,
solo admotis capitibus: lacrimæ autem illis
calidæ de palpebris in-terram fluebant plorantibus,
aurigæ desiderio: floridaque fœdabatur juba,
440 orbe excidens juxta jugum utrimque.
Plorantes autem illos conspicatus, miseratus-est Saturnius,
movensque caput, ad suum dixit animum:

Ah miseri, cur vos dedimus Peleo regi
mortali? vos vero estis senii-expertes, immortalesque.

445 An ut ærumnosos inter homines dolores haberetis?
non enim quicquam alicubi est calamitosius homine
omnium, quæquæ super terram spirantque et moventur.
At non sane vobis certe et curribus artificiose-factis
Hector Priamides vehetur: haud enim permittam.
450 Annon satis, quod et arma habet, et in-*iis*-gloriatur sic?
Vobis autem in genua mittam robur, et in animum,
ut et Automedontem salvum-evehatis e pugna
naves ad cavas: adhuc enim istis gloriam præbebo,
ut-cædant, usque-dum ad-naves bonis-transtris pervenerint,
455 occideritque sol, et tenebræ sacræ supervenerint.

Sic locutus, equis inspiravit robur validum.
Hi autem, a jubis pulvere in-solum excusso,
velociter ferebant citum currum inter Trojanos et Achivos;
iisque *vectus* Automedon pugnabat, dolens licet de-socio,
460 curru *in istos* ruens, tanquam vultur in anseres:
facile enim refugiebat e Trojanorum tumultu,
facile et irruebat confertam per turbam, persequens.
Sed non occidebat viros, quando impetum-sumebat persequendi:
haudquaquam enim licuit, solum stantem sacra in sella,
465 hasta impetum-facere, et inhibere veloces equos.
Tandem vero illum socius vir vidit oculis
Alcimedon, filius Laercei Æmonidæ:
stetit autem post currum, et Automedontem allocutus-est:

Automedon, quisnam tibi deorum inutile consilium
470 pectoribus indidit, et abstulit mentem sanam?
quod-ita in Trojanos pugnas prima in turba
solus; at tibi socius occisus-est; arma autem Hector
ipse gerens humeris exsultat Æacidæ.

Illum vero Automedon allocutus-est, Dioris filius:
475 Alcimedon, quisnam tibi Achivorum alius similis,
equorum immortalium cui-in-manu-sit castigatioque et impetus,
nisi Patroclus, diis artifex par,
dum viveret? nunc autem mors *eum* et fatum assecutum-est;
verum tu scuticam et habenas splendidas
480 accipe, ego autem curru descendam, ut pugnem.

Sic dixit: Alcimedon autem celerem-prælio currum conscendens,
raptim scuticam et habenas cepit manibus:
Automedon vero desiliit. Vidit autem splendidus Hector,
statimque Æneam allocutus-est, prope stantem:

485 Ænea, Trojanorum princeps ære-loricatorum,
equos hos animadverti pedibus-velocis Æacidæ
in pugnam progressos, cum aurigis imbellibus:

ideo speraverim *me* capturum, si modo-tu animo
tuo velis: quum non, irruentes in-nos,
490 substinuerint contra stantes pugnare Marte.

Sic dixit: nec non-obsecutus-est fortis filius Anchisæ.
Hi vero recta ibant, tergoribus-boum tecti humeros,
aridis, solidis: multiplex vero superinductum-erat æs.
Cum his autem Chromiusque et Aretus divinæ-formæ
495 ibant ambo: admodum vero iis sperabat animus
ipsosque interficere, abigereque arduos-cervicibus equos:
stulti, nec jam erant sine-sanguine quidem reversuri
retro ab Automedonte. Hic autem, precatus Jovem patrem,
fortitudine et robore repletus-est præcordia circumfusa nigro-*sanguine;*
500 statimque Alcimedontem affatus-est, fidum socium:

Alcimedon, ne jam a-me longe tene equos,
sed proxime inspirantes tergo *meo.* Haud enim ego
Hectorem Priamiden a-robore temperaturum puto,
antequam Achillis pulcre-jubatos conscenderit equos,
505 nobis interfectis, fugaritque ordines virorum
Argivorum; vel ipse inter primos captus-fuerit.

Sic fatus, Ajaces-duos vocavit, et Menelaum:
Ajaces, Argivorum ductores, et Menelae,
jam mortui quidem curam-committite *iis,* qui fortissimi,
510 ut-eum circumeuntes-defendant, et propulsent ordines virorum:
a-nobis vero vivis propulsate crudelem diem:
hac enim ingruunt pugnam per lacrimosam
Hector, Æneasque, qui Trojanorum sunt fortissimi.
Sed hæc quidem deorum in genibus posita-sunt.
515 Jaculabor enim et ego: hæc vero Jovi omnia curæ-erunt.

Dixit, et vibratam emisit longæ-umbræ hastam,
et intorsit Areti in clypeum undique æqualem:
is vero non hastam inhibuit, penitus autem transiit æs,
imumque in ventrem per balteum trajecit.
520 Ut vero quum acutam tenens securim juvenis vir,
ictu-incusso pone cornua bovis agrestis,
nervum perscindit totum, hic autem saltu-dato cadit:
sic utique ille saltu-dato cecidit supinus: ei autem hasta
in-visceribus perquam acuta vibrando solvit membra.
525 Hector vero in-Automedontem jaculatus-est hasta fulgenti:
sed is quidem ex-adverso conspicatus evitavit æream hastam:
in-anteriorem enim partem declinavit: sed a-tergo hasta longa
solo infixa-est, supraque pars-posterior quassabatur
hastæ: tunc inde remisit impetum validus Mars (*hasta bellica*).
530 Et certe tunc ensibus cominus concurrissent,
si non ipsos Ajaces diremissent ardentes,

qui adveniebant per turbam, socio vocante.
Hos veriti cesserunt rursus retro
Hector, Æneasque et Chromius divina-forma:
535 Aretum vero ibidem dereliquerunt, laceratum corde,
jacentem; Automedon autem, veloci par Marti,
armisque *eum* spoliavit, et gloriams verbum dixit:

Profecto jam paullulum saltem de-Menœtiade mortuo
cor dolore levavi, deteriorem licet interfecerim.

540 Sic fatus, in curru sumtas exuvias cruentas
posuit; ipseque inscendebat, pedibus et manibus superne
sanguinolentus, tanquam quis leo taurum depastus.

Rursus autem super Patroclo intendebatur aspera pugna,
gravis, lacrimosa: excitabat vero certamen Minerva,
545 e-cœlo delapsa: miserat enim *eam* late-sonans Jupiter,
ut-concitaret Danaos: jam enim animus conversus-erat ejus.
Sicut purpuream irin mortalibus extendit
Jupiter cœlitus, signum ut-sit vel pugnæ,
vel etiam tempestatis male-frigidæ: quæ ab operibus
550 homines cessare-facit super terram, pecudesque contristat:
sic hæc, purpurea-nube quum-contexisset se ipsam,
ingressa-est Achivorum gentem, excitabatque virum quemque.
Primum vero Atrei filium incitans allocuta-est,
fortem Menelaum; (hic enim eam prope erat),
555 quum-se-assimulasset Phœnici corpore et indefessa voce:

Tibi certe jam, Menelae, pudor et opprobrium
erit, si Achillis illustris fidum socium
muro sub Trojanorum veloces canes discerpserint.
Sed inhæreas strenue, adhortareque populum omnem.

560 Hanc autem vicissim affatus-est pugna strenuus Menelaus:
Phœnix, pater, senex olim-nate, utinam Minerva
daret robur mihi, telorumque averteret impetum:
ita equidem vellem adesse et auxilium-ferre
Patroclo: graviter enim mihi mortuus corripuit animum.
565 Sed Hector ignis horrendam habet vim, nec cessat
ære cædens: ei enim Jupiter gloriam præbet.

Sic dixit: gavisa-est autem dea oculis-cæsiis Minerva,
quod se prorsus-primam deorum implorarit omnium.
Ac vim humeris et genibus indidit,
570 et ei muscæ audaciam pectoribus immisit,
quæ, licet abacta maxime a-corpore humano,
instat mordere, dulcisque illi sanguis hominis *est:*
tali eum audacia replevit præcordia circùm-nigra.
Stetit autem super Patroclo, et jaculatus-est hasta fulgenti.

575 Erat autem in Trojanis Podes, filius Eetionis,
divesque, fortisque: maxime vero eum honorabat Hector
inter-populares, quia ipsi sodalis erat carus conviva:
hunc ad balteum percussit flavus Menelaus,
ruentem in-fugam: penitusque æs transegit:
580 fragorem vero *is* edidit cadens. At Atrides Menelaus
mortuum a Trojanis subtrahebat ad agmen sociorum.

Hectorem autem prope stans excitabat Apollo,
Phænopi Asiadæ similis, qui illi omnium
hospitum carissimus erat, in-Abydo ædes habitans:
585 [huic sese assimilans ipsum affatus-est sagittans Apollo:]

Hector, quisnam te amplius Achivorum formidarit?
ut jam Menelaum territus-fugis, qui tamen antehac *erat*
mollis bellator; nunc vero abit solus sublatum-auferens
mortuum e Trojanis: tuum autem interfecit fidum socium,
590 strenuum inter primos-pugnatores, Poden, filium Eetionis.

Sic dixit: illum vero doloris nubes obtexit nigra:
processit autem per primos-pugnatores, armatus corusco ære.
Ac tum Saturnius sumsit ægidem fimbriatam,
splendentem, Idamque nubibus cooperuit;
595 et quum-fulgurasset, pervalide tonuit; eamque concussit:
victoriam vero Trojanis dedit, inque-fugam-vertit Achivos.

Primus Peneleus Bœotius fuit-dux fugæ:
percussus-erat enim in-humerum hasta, facie *in hostem* conversus usque,
summum leviter: perstrinxerat eum ad-dos usque
600 cuspis Polydamantis: is enim ferierat prope accedens.
Leitum dein Hector cominus percussit in-manum ad carpum,
filium Alectryonis magnanimi: cessareque fecit a-pugna;
trepidusque *is* fugit circumspectans; quippe non-amplius sperabat animo
hastam tenentem in manu *se* pugnaturum cum-Trojanis.
605 Hectori vero Idomeneus in Leitum irruenti
percussit loricam ad pectus juxta papillam:
sed in cuspidis junctura facta-est longa hasta: et clamarunt
Trojani. Hic autem in-Idomeneum jaculatus-est Deucaliden,
in-curru stantem: ab-eo quidem paullulum aberravit:
610 sed hic Merionis armigerumque aurigamque,
Cœranum, qui e Lycto bene-habitata comitabatur eum
(pedes enim primo, relictis navibus utrinque-recurvis,
venerat, et Trojanis magnam victoriam[TR4] præbuisset,
nisi Cœranus confestim celeres adduxisset equos:
615 et huic quidem salus venit, arcuitque sævum diem:
ipse autem perdidit animam vi Hectoris homicidæ)
hunc percussit sub malam et aurem, ac dentes

excussit hasta extrema, linguamque perscidit mediam:
cecidit autem e curribus, habenasque effudit in-terram.
620 Et hasce Meriones cepit manibus suis
inclinans-se a solo, et Idomeneum allocutus-est:

Urge nunc scutica *equos,* usque-dum veloces ad naves perveneris:
sentis autem et ipse, quod non-amplius victoria *est* Achivorum.

Sic dixit: Idomeneusque scutica-impulit pulcris-jubis equos
625 naves versus cavas: jam enim timor inciderat animo.
Nec latuit Ajacem magnanimum et Menelaum
Jupiter, quum jam Trojanis daret alternantem victoriam.
Hisce autem sermonem orsus-est magnus Telamonius Ajax:

Eheu, jam quidem etiam qui admodum stultus sit,
630 senserit, quod Trojanis pater Jupiter ipse opem-fert.
Illorum enim omnium tela assequuntur, quicunque emittat,
seu imbellis, seu strenuus: Jupiter vero omnino omnia dirigit:
nobis vero sic omnibus irrita cadunt in-terram.
Sed agite, per-nos tamen excogitemus consilium optimum,
635 et quomodo mortuum extrahamus, et *quomodo* etiam ipsi
gaudium dilectis sociis simus reversi:
qui fere huc respicientes tristantur, nec amplius putant
Hectoris homicidæ robur et manus invictas
nos sustenturos, sed in navibus nigris casuros-esse.
640 *Utinam* vero esset socius, qui-nuntiaret citissime
Pelidæ: non enim illum opinor ne audiisse quidem
tristem nuntium, quod sibi carus periit sodalis.
Atqui nondum possum conspicari talem inter-Achivos:
caligine enim teguntur simul ipsique et equi.
645 Jupiter pater, at tu libera a caligine filios Achivorum;
facque serenitatem, daque oculis videre:
in luce vero vel perde, quandoquidem tibi placuit ita.

Sic dixit: eum autem pater miseratus-est lacrimantem:
statimque caliginem quidem dissipavit, et amovit nebulam;
650 sol vero affulsit, aciesque tota illustrata-est:
et tunc Ajax allocutus-est pugna strenuum Menelaum:

Circumspice nunc, Menelae Jovis alumne, si videre-possis
vivum adhuc Antilochum, magnanimum Nestoris filium:
hortare vero, ut-Achilli bellicoso ocyus profectus
655 nuntiet, quod ei multo carissimus periit socius.

Sic dixit: nec non-obsecutus-est pugna strenuus Menelaus;
profectusque-est ire, tanquam aliquis leo a caula,
qui postquam fatigatus-fuerit canesque virosque lacessendo,
qui ipsum non sinunt boum pinguedinem diripere,
660 totam-noctem vigilantes: ille autem carnium cupidus,

recta-irruit, sed nihil proficit; crebra enim jacula
adversa volant audacibus a manibus,
incensæque faces, quas quidem horrens-recedit incitatus licet;
mane autem seorsum discedit mœsto animo:
665 sic a Patroclo pugna strenuus Menelaus
abibat perquam invitus: admodum enim timebat, ne eum Achivi
gravi præ metu prædam hostibus relinquerent.
Multum autem Merionæque et Ajacibus mandabat:

Ajaces, Argivorum ductores, Merioneque,
670 nunc aliquis mansuetudinis Patrocli miseri
recordetur: omnibus enim norat mitis esse,
vivus dum-erat: nunc vero eum mors et fatum occupat.

Sic igitur fatus abiit flavus Menelaus,
quaquaversum circumspectans, veluti aquila, quam quidem aiunt
675 acutissime cernere inter-aerias volucres,
quam, licet in-alto sit, pedibus velox non latet lepus,
arbusto sub late-comanti jacens; sed in ipsum *ea*
impetum-facit, et ei celeriter correpto eximit animam:
sic tunc sibi, Menelae Jovis-alumne, oculi lucidi
680 quaquaversum versabantur, multorum per agmen sociorum,
sicubi Nestoris filium adhuc viventem videres.
Illum vero citissime animadvertit, pugnæ ad sinistram universæ,
confirmantem socios, et concitantem ad-pugnandum:
prope vero stans *eum* allocutus-est flavus Menelaus:

685 Antiloche, eia, age huc *ades,* Jovis-alumne, ut audias
tristem nuntium, qui non debuit exstitisse.
Jam quidem te et ipsum opinor inspicientem
agnoscere, quod cladem deus Danais advolvit,
victoria autem *est* Trojanorum: occidit vero fortissimus Achivorum,
690 Patroclus, magnumque desiderium Danais incidit.
Sed tu cito Achilli, currens ad naves Achivorum,
nuntia, si celerrime cadaver ad navem ablatum-servare possit
nudum: sed arma habet galeam-motans Hector.

Sic dixit: Antilochus autem cohorruit, sermone audito.
695 Diu vero eum inopia vocis tenuit: atque ei oculi
lacrimis impleti-sunt, florensque ei hæsit vox.
Sed ne sic quidem Menelai mandatum neglexit:
profectusque-est currens, sed arma eximio dedit socio,
Laodoco, qui prope eum flectebat solidis-ungulis equos.
700 Hunc quidem, lacrimas-fundentem, pedes ferebant e prælio,
Pelidæ Achilli mala rem nuntiaturum.

Nec inde tibi, Menelae Jovis-alumne, voluit animus
laborantibus sociis auxiliari, unde discesserat

Antilochus, magnum vero desiderium Pyliis factum-erat:
705 sed ille his quidem Thrasymedem divinum excitavit,
ipse vero rursus ad Patroclum heroem profectus-est.
Constitit autem, ad Ajaces cursu-veniens, statimque *eos* allocutus-est:

Illum quidem jam ad-naves præmisi celeres,
ut-eat ad Achillem pedibus velocem: nec-tamen illum puto
710 nunc venturum, vehementer licet iratum Hectori divino:
nullo enim modo inermis cum-Trojanis pugnaverit.
Nos vero etiam per-nos excogitemus consilium optimum,
vel quomodo mortuum extrahamus, vel *quomodo* etiam ipsi
Trojanorum e pugna mortem et fatum effugiamus.

715 Huic autem respondit deinde magnus Telamonius Ajax:
omnia recte dixisti, admodum-inclyte o Menelae:
sed tu quidem, et Meriones, subeuntes valde cito,
mortuum sublatum ferte e prælio: verum a-tergo
nos pugnabimus cum-Trojanisque et Hectore divino,
720 parem animum habentes, cognomines, qui et antea
sustinuimus acrem Martem prope invicem manentes.

Sic dixit: illi vero mortuum a terra ulnis-sustulerunt
alte admodum: acclamavit autem populus retro
Trojanus, ut viderunt cadaver tollentes Achivos:
725 rectaque-irruerunt, canibus similes, qui in aprum
percussum impetum-faciunt ante juvenes venatores;
aliquantisper enim currunt, dilacerandi cupidi;
sed quum jam in illos convertitur aper, robore fretus
retroque cedunt, diffugiuntque-trepidi alio alius:
730 sic Trojani, aliquantisper quidem catervatim assidue sequebantur,
ferientes ensibusque et hastis utrinque-acutis;
sed ubi jam Ajaces conversi contra ipsos
constitere, eorum mutabatur color, nec quisquam sustinebat,
in-adversum irruens, de mortuo pugnare.

735 Sic hi alacres cadaver efferebant ex prælio
naves versus cavas: sed pugna intendebatur ipsis
atrox, velut ignis, qui invadens urbem hominum,
ingruens subito incendit, pereuntque ædes
in flamma magna: eamque fremebunda-agitat vis venti:
740 sic quidem hos equorumque et virorum bellatorum
horrisonus tumultus insequebatur abeuntes.
Illi vero, tanquam muli, valido robore eminentes,
trahunt ex monte per asperam viam
vel trabem, vel lignum ingens navale: intus vero animus
745 affligitur simul laboreque et sudore contendentibus:
sic illi alacres cadaver ferebant. At a-tergo
Ajaces-duo arcebant *Trojanos,* sicut agger arcet aquam

silvosus, campum-per totum porrectus;
qui vel rapidorum fluminum molesta fluenta
750 reprimit, continuoque omnibus fluctum in-campum dirigit
avertens: haudquaquam vero eum vi perrumpunt fluentes:
sic usque Ajaces aciem reprimebant retro
Trojanorum: illi tamen simul sequebantur, duoque in iis maxime,
Æneasque Anchisiades, et splendidus Hector.
755 Horum vero, sicut sturnorum nubes aufugit, vel graculorum,
horrende vociferantes, quum prævidet ingruentem
circum (*vulturium*), qui parvis cædem infert avibus:
sic utique sub Æneaque et Hectore filii Achivorum
horrende vociferantes abibant, obliviscebanturque pugnæ.
760 Multa vero arma pulcra ceciderunt inque circumque fossam
fugientium Danaorum: pugnæ tamen non fiebat cessatio.

[TR1] "agnovit" → "agnovit."
[TR2] "Trajanorum" → "Trojanorum"
[TR3] "pernicies;" → "pernicies."
[TR4] "magnum victoriam" → "magnam victoriam"

Iliadis XVIII.—Armorum fabricatio.

ARGUMENT: THE GRIEF OF ACHILLES, AND NEW ARMOUR MADE HIM BY VULCAN.

The news of the death of Patroclus is brought to Achilles by Antilochus. Thetis, hearing his lamentations, comes with all her sea-nymphs to comfort him. The speeches of the mother and son on this occasion. Iris appears to Achilles by the command of Juno, and orders him to show himself at the head of the intrenchments. The sight of him turns the fortunes of the day, and the body of Patroclus is carried off by the Greeks. The Trojans call a council, where Hector and Polydamas disagree in their opinions: but the advice of the former prevails, to remain encamped in the field. The grief of Achilles over the body of Patroclus. Thetis goes to the palace of Vulcan to obtain new arms for her son. The description of the wonderful works of Vulcan: and, lastly, that noble one of the shield of Achilles.

The latter part of the nine-and-twentieth day, and the night ensuing, take up this book: the scene is at Achilles' tent on the sea-shore, from whence it changes to the palace of Vulcan.

TEXT:

1 Sic illi quidem pugnabant instar ignis ardentis:

Antilochus vero Achilli pedibus celer nuntius venit.
Illum invenit ante naves erectis-cornibus (*proris et puppibus*),
ea cogitantem in animo quæ jam perfecta erant:
5 ingemiscens autem dicebat ad suum magnum animum:

Hei mihi, quidnam rursus capite-comantes Achivi
ad naves fugati-aguntur, territi per-campum?
Metuo ne jam mihi perfecerint dii malas sollicitudines animo,
ut olim mihi mater narravit, ac mihi dixit,
10 Myrmidonum fortissimum, adhuc vivente me,
manibus sub Trojanorum relicturum-esse lucem solis.
Certe omnino jam mortuus-est Menœtii fortis filius,
miserandus: certe jusseram *eum,* repulso hostili igne,
retro ad naves ire, nec cum-Hectore fortiter pugnare.

15 Dum is hæc versabat in mente et in animo,
interea ad-eum prope accessit illustris Nestoris filius,
lacrimas calidas fundens, dixitque nuntium gravem:

Hei mihi, Pelei fili bellicosi, profecto perquam tristem
audies nuntium *rei,* quæ non debuit facta-esse.
20 Jacet Patroclus; de-cadavere autem jam pugnant
nudo: sed ejus arma habet galeam-motans Hector.

Sic dixit: illum vero doloris nubes obtexit atra.
Ambabus manibus tollens pulverem flagratum (*cinerem*),
fudit super caput, pulcramque deturpabat faciem:
25 divinæque tunicæ niger undique-adhæsit cinis.
Ipse vero in pulveribus magnus magno-spatio porrectus
jacebat, suisque manibus comam deturpabat scindens.
Ancillæ autem, quas Achilles in-præda-ceperat, Patroclusque,
animo tristatæ altum ejulabant, et foras
30 procurrebant circa Achillem bellicosum: manibus vero omnes
pectora plangebant, resolvebanturque subtus genua cujusque.
Antilochus autem ex-altera-parte lugebat, lacrimas fundens,
manus tenens Achillis: is autem suspirabat generoso corde;
timebat enim, ne jugulum *Patroclo Hector* abscinderet ferro:
35 horrendum vero ejulabat. Audivit autem veneranda mater,
sedens in fundo maris, apud patrem senem;
ululavitque inde: deæ autem circa-ipsam congregabantur,
omnes quotquot in fundo maris Nereides erant.
Illic quidem erat Glauceque, Thaliaque, Cymodoceque,
40 Nesæa, Spioque, Thoaque, Haliaque magnis-oculis,
Cymothoeque, et Actæa, et Limnorea,
et Melita et Iæra, et Amphithoe, et Agave,
Dotoque, Protoque, Pherusaque, Dynameneque,
Dexameneque, et Amphinome, et Callianira,
45 Doris, et Panope, et inclyta Galatea,

Nemertesque, et Apseudes, et Callianassa:
illic erat et Clymene, Ianiraque, et Ianassa,
Mæra, et Orithyia, comisque-pulcris Amathia;
aliæque, quæ in fundo maris Nereides erant.
50 Iis vero splendidus implebatur specus; hæ autem simul omnes
pectora sibi plangebant; Thetis vero exorsa-est fletum:

Audite, sorores Nereides, ut bene omnes
sciatis audientes, quanti meo insint dolores animo.
Hei mihi miseræ, hei mihi infeliciter-fortissimum-enixæ!
55 quæ postquam pepereram filium eximiumque fortemque,
præstantissimum heroum, isque succreverat plantæ similis:
hunc quidem ego educatum, ut plantam in fœcundo-loco agri,
in-navibus misi recurvis ad Ilium,
contra-Trojanos pugnaturum: hunc autem non receptura-sum rursus,
60 domum reversum, intra ædes Peleias.
Quamdiu vero mihi vivit et videt lumen Solis,
tristatur, nec quicquam ei possum auxiliari proficiscens.
Sed proficiscar, ut visam dilectum filium, et audiam,
quinam ipsum invaserit luctus, seorsum-a pugna manentem.

65 Sic locuta reliquit specum: illæ vero cum ipsa
lacrimabundæ ibant; circumque ipsas unda maris
scindebatur. Hæ autem ut jam ad-Trojam glebosam venerant,
litus conscenderunt ordine, ubi frequentes
Myrmidonum subductæ-erant naves velocem circa Achillem.
70 Huic autem graviter-suspiranti astitit veneranda mater;
acutum autem ululans, caput prehendit filii sui:
et lugens, verbis alatis *eum* allocuta-est:

Fili, quid fles? qui vero te mente invasit dolor?
Eloquere, ne cela: illa quidem jam tibi perfecta-sunt
75 a Jove, ut jam antea precatus-es, manibus sublatis,
omnes ad puppes cogi filios Achivorum,
tui indigentes, patique indignas res.

Illam autem graviter-suspirans allocutus-est pedibus velox Achilles:
mater mea, hæc quidem mihi Olympius perfecit:
80 sed quæ mihi ex-his voluptas, quum carus periit socius,
Patroclus? quem ego supra omnes honorabam socios,
æque-ac meum caput: hunc perdidi: arma vero Hector
ei trucidato exuit ingentia, mirabilia visu,
pulcra: quæ quidem Peleo dii dederunt, splendida dona,
85 die illo, quando te mortalis viri collocarunt in-cubili.
Utinam tu quidem ibidem inter immortales marinas
habitasses, Peleusque mortalem duxisset uxorem!
Nunc vero *mortali nupsisti,* ut et tibi luctus in animo immensus esset,
de-filio occiso: quem non recipies rursus

90 domum reversum: quippe ne me-quidem *ipsum* animus jubet
vivere, neque hominibus interesse, nisi Hector
primus mea sub hasta, percussus, animam perdiderit,[TR1]
Patroclumque ob-interfectum-pœnas Menœtiaden dederit.

Illum vero vicissim affata-est Thetis, lacrimas fundens:
95 cito-moriturus certe mihi, fili, es, quum-talia dicas:
ilico enim tibi deinde post Hectorem fatum paratum *est.*

Illam vero graviter ingemiscens allocutus-est pedibus velox Achilles:
ilico moriar, quandoquidem non eram socio,
dum-interficeretur, auxiliaturus: ille quidem valde procul a-patria
100 interiit: me vero desideravit, mali propulsator ut-sim.
Nunc autem, quoniam non revertar utique caram in patriam terram
neque ulla Patroclo natus-sum lux (*salus*), nec sociis
ceteris, qui jam multi domiti-sunt ab-Hectore divino:
sed sedeo apud naves, inutile pondus terræ,
105 talis quum-sim, qualis nullus Achivorum ære-loricatorum
in pugna; concione autem meliores sunt et alii.
Utinam contentio a diis et ab hominibus pereat,
et ira, quæ impellit etiam admodum-prudentem sævire:
quæque multo dulcior melle stillante
110 hominum in pectoribus augescit, tanquam fumus:
sicut me nunc irasci-fecit rex virorum Agamemno.
Sed hæc quidem ante-acta-esse sinamus, dolentes licet,
animum in pectoribus nostrum domantes necessitate.
Nunc vero ibo, ut cari capitis perditorem inveniam,
115 Hectorem; mortem autem ego tunc accipiam, quandocunque demum
Jupiter voluerit perficere, atque immortales dii ceteri.
Neque enim ne vis quidem Herculis effugit mortem,
qui tamen carissimus erat Jovi Saturnio regi:
sed eum fatum domuit et gravis ira Junonis.
120 Ita et ego, si jam mihi simile fatum decretum-est,
jacebo, quum mortuus-fuero: nunc vero gloriam bonam auferam,
et aliquam Troadum et Dardanidum profundo-sinu,
ambabus manibus genis a-teneris
lacrimas abstergentem, crebro suspirare cogam:
125 sentiant autem, quod jam diu ego a-pugna cessavi.
Neu me prohibe a-pugna, amans licet: nec mihi persuadebis.

Huic autem respondit deinde dea Thetis pedibus-argenteis:
sane jam hæc, fili, revera *sunt;* non malum est,
laborantibus sociis arcere gravem perniciem:
130 sed tibi arma pulcra inter Trojanos detinentur,
ærea, coruscantia: illa quidem galeam-motans Hector
ipse ferens humeris exsultat: nec-tamen ipsum puto
diu *iis* gavisurum-esse; quippe cædes prope eum *est.*

Sed tu quidem neutiquam ingredere pugnam Martis,
135 antequam me huc profectam (in) oculis videris.
Mane enim revertar, cum sole oriente,
arma pulcra ferens a Vulcano rege.

Sic igitur fata, retro se-vertit a-filio suo:
et conversa, inter-marinas sorores dixit:

140 Vos quidem nunc subite maris latum sinum,
visuræque senem marinum et ædes patris,
et ei omnia dicite; ego vero ad latum Olympum
vadam ad Vulcanum clarum-arte fabrili, si velit
filio meo dare inclyta arma collucentia.

145 Sic dixit: illæque undam maris statim subierunt:
ipsa utem ad-Olympum, dea Thetis argenteis-pedibus,
abiit, ut dilecto filio inclyta arma afferret.

Illam quidem ad-Olympum pedes ferebant: sed Achivi
immenso *cum* fremitu sub Hectore homicida
150 fugientes, ad-navesque et Hellespontum venerant.
Nec tamen Patroclum adhuc bene-ocreati Achivi
extra tela extraxerant mortuum, famulum Achillis:
rursus enim jam illum assecuti-fuerant peditesque et currus,
Hectorque Priami filius, flammæ similis vi.
155 Ter quidem illum retro pedibus prehendit splendidus Hector,
abstrahere cupiens, magnaque-voce Trojanos inclamabat:
ter autem duo Ajaces, impetuosam induti fortitudinem,
a-mortuo *eum* vi-repulerunt: ille vero firmiter, robore fretus,
interdum impetum-faciebat per tumultum, interdum autem
160 consistebat alte clamitans: retro vero non cedebat omnino.
Sicut autem a corpore haudquaquam leonem fulvum possunt
pastores in-agro pernoctantes valde esurientem summovere:
sic hunc non poterant duo Ajaces armis-acres,
Hectorem Priamiden, a mortuo absterrere.
165 Et jam abstraxissetque, et immensam retulisset gloriam,
nisi Pelidæ pedibus-ventosa velox Iris
nuntia venisset currens ab Olympo, ut-armaretur,
clam Jove aliisque diis; miserat enim eam Juno.
Prope autem stans verbis alatis *Achillem* allocuta-est:

170 Surge, Pelide, omnium terribilissime virorum:
Patroclo auxiliare, cujus gratia certamen grave
stat ante naves: illi vero se-invicem perdunt,
hi quidem, pugnantes cadavere pro mortuo,
illi vero, ut-trahant ad Ilium ventosam,
175 Trojani, recta-irrunt: maxime vero splendidus Hector,
abstrahere cupit; caput autem ipsum animus jubet

infigere palis, abscissum tenere a cervice.
Sed surge, neu amplius jaceto: pudorque tuum animum tangat,
Patroclum Trojanis canibus ludibrium fieri:
180 tibi *erit* contumelia, si cadaver deturpatum evadat.

Huic autem respondit deinde pedibus-celer divinus Achilles:
Iri dea, quisnam te deorum mihi nuntium misit?

Illumque vicissim allocuta-est pedibus-ventosa velox Iris:
Juno me demisit, Jovis gloriosa conjux:
185 nec scit Saturnius in-alta sede, nec quisquam alius
immortalium, qui Olympum valde-nivosum circumcolunt.

Hanc autem respondens allocutus-est pedibus celer Achilles:
Et quomodo eam ad pugnam? habent vero arma *mea* isti:
mater autem cara non me prius sinebat armari,
190 quam ipsam reversam (in) oculis viderem:
pollicita-est enim a-Vulcano *se* allaturam arma pulcra.
Alterius autem non ullius scio cujus inclyta arma induere-possim,
nisi Ajacis scutum Telamonii:
sed et ipse hic, credo, inter primos versatur,
195 hasta cædem-edens de Patroclo mortuo.

Illum vero vicissim allocuta-est pedibus-ventosa velox Iris:
bene etiam nos scimus, quod tibi inclyta arma detinentur:
sed sic ad fossam profectus, Trojanis da-te-in-conspectum,
si forte te veriti abstinuerint a-pugna
200 Trojani, respirarintque Mavortii filii Achivorum
afflicti *jam:* exigua autem *erit* respiratio a-prælio.

Illa quidem sic locuta abiit, pedibus velox Iris:
at Achilles surrexit Jovi carus: ac Minerva
humeris validis circumposuit ægidem fimbriatam:
205 et ejus capiti nubem circumdedit augustissima dearum,
auream, ex ipsaque accendit flammam collucentem.
Ut vero quum fumus ascendens ex urbe ad-ætherem venit,
longe ex insula, quam hostes oppugnant,
qui per totum-diem horrendo cernunt Marte
210 urbe *procurrentes* ex sua; sed cum sole occidente
continuo et faces-in-speculis ardent densæ, alteque splendor
oritur emicans, finitimi ut-videant,
si forte cum navibus mali propulsatores veniant:
sic ab Achillis capite splendor ad-ætherem pertingebat.
215 Stetit autem ad fossam profectus extra murum, nec-tamen Achivis
miscebatur; matris enim prudens reverebatur præceptum.
Ibi stans clamavit; seorsum autem Pallas Minerva
vociferata-est: et in Trojanis immensum excitavit tumultum.
Ut vero quum admodum-luculenta vox *fit* quando clangit tuba
220

urbem cingentes hostes propter exitiales:
sic tunc admodum-luculenta vox exorta-est Æacidæ.
Illi vero ut audiverunt vocem æream Æacidæ,
omnibus commotus-est animus: ac pulcris jubis equi
retro currus vertebant: præsagiebant enim clades animo.
225 Aurigæ autem perculsi-sunt, bui viderunt indefessum ignem
horrendum super caput magnanimi Pelidæ
ardentem: illum vero accenderat dea cæsiis-oculis Minerva.
Ter quidem super fossam altum clamavit divinus Achilles:
ter vero conturbati-sutn Trojani inclytique socii.
230 Ibidem autem etiam tunc perierunt duodecim virir fortissimi
impediti circa suos currus et hastas (iis *confixi*). At[TR2] Achivi
alacriter Patroclum extra tela extractum,
deposuerunt in lectis; cari autem circumstabant socii
lugentes: cum iisque pedibus-velox sequebatur Achilles,
235 lacrimas calidas fudens, ut aspexit fidum socium
jacentem in feretro, laceratum acuto ære:
quem quidem miserat cum equis et curribus
in prælium, nec rursus excepit reversum.

Solem autem indefessum magnis-oculis veneranda Juno
240 misit ad Oceani fluenta, invitum, ut-rediret;
Sol occidit, finemque-fecerunt divini Achivi
certaminis asperi et omnibus-æque-gravis pugnæ.

Trojani vero ex-altera-parte, ex aspero prælio
ut-excesserant, solverunt sub curribus veloces equos;
245 ad concionem autem congregabantur, antequam cœnam curarent.
Erectis vero stantibus concio habita-est, nec quisquam sustinuit
sedere; omnes enim tenebat tremor: eo-quod Achilles
exortus-fuerat: diu vero a-pugna se-abstinuerat tristi.
Illis autem Polydamas prudens cœpit concionari,
250 Panthoides: hic enim solus videbat porro et retro (*futura et præterita*):
Hectori autem erat sodalis, eademque nocte nati-erant;
sed hic quidem verbis, ille vero hasta multum superabat.
Qui iis bene-cupiens concionatus-est et dixit:

In-utramque-partem diligenter deliberate, amici: hortor enim ego
255 in-urbem nunc ire, nec exspectare Auroram divinam
in campo prope naves: procul vero a muro sumus.
Quamdiu quidem hic vir Agamemnoni irascebatur divino,
tamdiu faciliores impugnatu erant Achivi.
Gaudebam enim ego veloces juxta naves pernoctans,
260 sperans *nos* naves capturos utrinque-recurvas.
Nunc vero graviter timeo pedibus-velocem Peliden:
qualis *est* illius animus violentus, non volet
manere in campo, ubi Trojani et Achivi

in medio utrique vim Martis dividunt (*utrique experiuntur*):
265 sed de urbeque pugnabit, ac *de* uxoribus.
Verum eamus ad urbem; obsequimini mihi: sic enim erit.
Nunc quidem nox quiescere-fecit pedibus-velocem Peliden
alma; si autem nos offenderit hic manentes
cras, progressus cum armis, probe *tunc* aliquis illum
270 agnoscet: libenter enim pervenerit ad-Ilium sacram,
quicunque effugerit: multos vero canes et vultures comedent
Troum: utinam procul-ab aure sic sit (*hoc nunquam audiam*)!
Si vero meis verbis obsecuti-fuerimus, tristes licet,
per-noctem quidem in concione robur habebimus, urbem autem turres
275 excelsæque portæ, tabulæque ad has aptatæ,
longæ, bene-politæ, coagmentatæ tutabuntur.
Mane vero sub-auroram cum armis loricati
stabimus super turribus: huic autem gravius *fuerit,* si voluerit,
profectus e navibus, circa murum nobiscum pugnare.
280 Retro iterum ibit ad naves, postquam arduis-cervicibus equos
vario cursu satiarit, sub turrem temere-vagans.
Intus vero non ipsum animus irruere sinet,
nec unquam vastabit, priusquam eum canes veloces ederint.

Illum vero torve intuitus allocutus-est galeam-motans Hector:
285 Polydama, tu quidem neutiquam mihi grata hæc dicis,
qui hortaris in urbem *nos* cogi revertentes.
An nondum satiati-estis manendo intra turres?
Antea enim Priami urbem articulate-loquentes homines
omnes prædicabant divitem-auri, divitem-æris:
290 nunc vero jam perierunt-ex ædibus reconditæ-opes pulcræ:
multæ autem jam in-Phrygiam et Mæoniam amœnam
opes venum-avectæ abiere, ex-quo magnus iratus-fuit Jupiter.
Nunc vero quum mihi dedit Saturni filius versuti
gloriam retulisse apud naves, marique conclusisse Achivos,
295 stulte, ne-amplius hæc consilia ostende in populo.
Non enim quisquam Trojanorum obtemperabit: non enim sinam.
Sed agite, sicut ego dixero, pareamus omnes.
Nunc quidem cœnam sumite per exercitum turmatim,
et excubiarum mementote, et vigilate quisque:
300 Troum vero quicunque de-opibus nimium sollicitus-est,
collectas-in-unum copiis det publice-absumendas,
quorum aliquem (*quemque*) melius est *illis* frui, quam Achivos.
Mane vero sub-auroram cum armis loricati
naves juxta cavas excitemus acrem Martem.
305 Si autem revera apud naves exortus-est divinus Achilles,
gravius, si voluerit, ei erit: non illum ego
fugiam e pugna horrisona, sed omnino contra
stabo, seu referat magnam victoriam, seu *ego* referam:

communis Mars *est,* atque etiam occisorem-occidit.

310 Sic Hector concionatus-est: ac Trojani acclamarunt,
vecordes; nam iis mentes exemerat Pallas Minerva:
Hectori enim assensi-sunt, perniciosa consilia-danti;
Polydamanti vero nullus, qui bonum suaserat consilium.
Cœnam deinde sumserunt per exercitum. At Achivi
315 tota-nocte Patroclum gemitibus-lugebant flentes.
Illis autem Pelides densum exorsus-est fletum,
manus viros-occidentes imponens pectoribus sodalis,
crebros admodum edens-gemitus: sicut leo bene-barbatus,
cui nempe catulos cervos-venans surripuerit vir
320 silva ex densa: ille vero tristatur sero adveniens;
multas autem convalles obit, viri vestigia indagans,
sicubi inveniat: perquam enim acris ira eum corripit:
sic is graviter-suspirans, dixit-inter Myrmidonas:

Dii boni! prorsus irritum verbum effudi die illo,
325 bono-animo-esse-jubens heroem Menœtium in ædibus:
dicebam enim ei *me* in Opuntem inclytum filium reducturum,
Ilium quando-evastasset, nactusque-esset prædæ portionem.
Sed non Jupiter hominibus cogitata omnia perficit.
Ambos enim *nos* fato-destinatum-est eamdem terram rubefacere
330 hic in Troja: quippe neque me reversum
excipiet in-ædibus senex equûm-agitator Peleus,
nec Thetis mater, sed hic *me* terra tenebit.
Nunc vero quandoquidem, Patrocle, te posterior subibo terram,
non tibi ante justa-faciam, quam Hectoris huc attulero
335 arma et caput, magnanimi tui interfectoris:
duodecim autem ante rogum cervices-abscindam
Trojanorum præclaris filiis, de-te interfecto iratus.
Interea vero mihi apud naves recurvas jacebis sic:
circumque te Trojanæ et Dardanides profundo-sinu
340 plorabunt, noctesque et dies lacrimas-fundentes;
quas ipsi labore-acquisivimus, vique hastaque longa,
opulentas evastantes urbes articulate-loquentium hominum.

Sic fatus, socios jussit divinus Achilles
circumdare igne positum tripodem magnum, ut celerrime
345 a-Patroclo abluerent tabum cruentum.
Illi vero aptum ad-lavacra tripodem statuere in ignem ardentem,
et aquam infudere, subtusque ligna accendêre allata:
ventrem quidem tripodis ignis ambibat, calefiebatque aqua.
Ac postquam fervefacta-erat aqua in splendenti ære,
350 tum statim laveruntque, et unxerunt pingui oleo:
ac vulnera impleverunt unguento novenni:
in lectis autem positum, tenui linteo texerunt

ad pedes a capite: desuper vero, palla candida.
Per-totam-noctem deinde pedibus celerem circa Achillem
355 Myrmidones Patroclum gemitibus lugebant flentes.
Jupiter autem Junonem allocutus-est sororem conjugemque:

Perfecisti[TR3] tandem, magnis-oculis veneranda Juno,[TR4]
et-excitasti Achillem pedibus celerem: profecto etenim te
ex ipsa nati-sunt capite-comantes Achivi.

360 Ei vero respondit deinde magnis-oculis veneranda Juno:
importunissime Saturnie, qualem hunc sermonem dixisti!
Namque fere aliquis est homo homini *hoc* perfecturus,
qui-tamen mortalisque est, ac non tot consilia novit:
quomodo jam ego, quæ aio dearum *me* esse præstantissimam,
365 utrumque, genereque, et quod tua uxor
vocata-sum, tu vero omnes inter immortales imperas,
non debui Trojanis ira-accensa mala machinata-esse?

Sic illi quidem talia inter se loquebantur.
Vulcani autem pervenit ad-domum Thetis pedibus argenteis,
370 immortalem, stellatam, insignem *inter domos aliorum* immortalium,
æream, quam quidem ipse fecerat Claudus.
Illum vero inveniet sudantem, versantem-se circa folles,
studiose-agentem: tripodas enim viginti omnes fabricabat,
qui-starent ad parietem bene-fundatæ domus:
375 aureas autem ipsis rotas unicuique fundo subdiderat,
ut ei sponte-sua divinum ingrederentur cœtum,
ac rursus ad domum redirent, mirabile visu.
Illi autem in-tantum quidem erant perfecti, ansas vero nondum
artificiosæ additæ-erant; quas jam apparabat, cudebatque clavos.
380 Dum is hæc conficiebat peritis præcordiis,
interea ad-eum prope accessit dea Thetis pedibus-argenteis.
Eam autem vidit progressa Charis splendida-vitta-in-capite,
pulcra, quam uxorem-duxerat inclytus Vulcanus;
inque ejus hæsit manu, verbumque dixit et elocuta est:

385 Quid, Theti sinuoso-peplo, venisti ad-nostram domum
venerandaque dilectaque? antea quidem nequaquam frequentabas.
Sed sequere ulterius, ut tibi hospitales-epulas apponam.

Sic locuta, ulterius ducebat *eam* augustissima[TR5]dearum.
Hanc deinde sedere-fecit in sede argenteis-clavis-distincta,
390 pulcra, artificiosa; suberatque scabellem pedibus:[TR6]
Vocavitque Vulcanum inclytum-artificem, dixitque sermonem:

Vulcane, prodi huc, Thetis enim aliquid tui indiget.
Huic vero respondit deinde inclytus Vulcanus:

Profecto mihi magnaque et veneranda dea *est* in-domo:
395 quæ me servavit, quum me dolor incessit, longe prolapsum,

matris meæ consilio impudentis, quæ me volebat
occultasse, claudus quum-essem: tum passus-forem dolores animo,
nisi me Eurynomeque, Thetisque excepisset sinu;
Eurynome, filia reflui Oceani.
400 Has apud per-novennium fabricavi artificiosa multa,
fibulasque, tortilesque armillas, fistulasque et torques,
in specu concava: circùm autem fluentum Oceani
spuma murmurans fluebat immensum: nec quisquam alius
norat nec deorum, nec mortalium hominum,
405 sed Thetisque et Eurynome sciebant, quæ me servarunt.
Hæc nunc nostram ad-domum venit: ideo me admodum decet
omnia Thetidi pulcræ-comis præmia-salutis persolvere.
Sed tu quidem nunc ei apponito epulas-hospitales lautas,
dum ego folles reponam, instrumentaque omnia.

410 Dixit, et ab incudis-stipite monstrum ardens surrexit,
claudicans; subtus autem tibiæ moliebantur imbecillæ.
Folles quidem seorsum posuit ab-igne, instrumentaque omnia
arcam in argenteam collecta-collocavit, quibus opus-faciebat:
spongia autem usquequaque ora et ambas manus abstersit,
415 cervicesque validas et pectora hirsuta:
induit vero tunicam; accepitque scipionem crassum, exiitque foras,
claudicans; sed ancillæ valide-subibant regi,
aureæ, vivis adolescentulis similes.
Quibus quidem mens inest in præcordiis, inest et vox,
420 et vis, ab immortalibus autem diis opera doctæ-sunt.
Hæ quidem a-latere regis sedulo-ibant: ille vero ægre-gradiens,
prope, ubi Thetis, *erat,* in throno consedit fulgido,
inque ejus hæsit manu, verbumque dixit et elocutus-est:

Cur, Theti sinuoso-peplo, venisti nostram ad-domum,
425 venerandaque dilectaque? antea quidem nequaquam frequentabas.
Eloquere, quod cogitas: perficere autem me animus jubet,
si possum perficere, et si perfectu est.

Huic autem respondit deinde Thetis, lacrimas defundens:
Vulcane, an jam ulla, quotquot deæ sunt in Olympo,
430 tot in animo suo pertulit mœrores graves,
quot mihi præ omnibus Saturnius Jupiter dolores dedit?
Unam quidem me ex-aliis marinis homini conjugem subjecit,
Æacidæ Peleo, et sustinui hominis cubile,
admodum invita: is quidem jam senio gravi
435 jacet in ædibus confectus: alia vero mihi nunc *imposuit Jupiter:*
filium postquam mihi dedit peperisseque enutriisseque,
præstantissimum heroum, is autem succreverat plantæ similis:
eum quidem ego educatum, ut plantam in-fœcundo-loco agri,
in-navibus dimisi recurvis ad Ilium,

440 cum-Trojanis pugnaturum: hunc autem non recipiam rursus,
domum reversum, in ædes Peleias.
Quamdiu vero mihi vivit et videt lumen Solis,
tristatur, nec quicquam ei possum auxiliari profecta.
Puellam quam quidem ei præmium electum-dederant filii Achivorum,
445 hanc rursus e manibus *ei* abstulit rex Agamemno.
Atque ille hujus *gratia* mœrens, animo tabescebat: at Achivos
Trojani ad puppes *actos* concluserunt, nec foras
sinebant exire: hunc autem precati-sunt primores
Argivorum, et multa inclyta dona *ei* recensebant.
450 Ibi ipse quidem deinceps abnuit *ab iis* exitium arcere:
sed ille Patroclum suis armis induit,
misitque eum in-pugnam, multumque una populum præbuit.
Toto vero die pugnarunt ad Scæas portas:
et omnino eo-ipso-die urbem expugnassent, nisi Apollo,
455 magnam cladem quum-fecisset, Menœtii fortem filium
occidisset inter primos-pugnatores, et Hectori gloriam dedisset.
Hujus-gratia nunc ad tua genua accedo, si volueris
filio meo brevi-morituro dare clypeum et galeam,
et pulcras ocreas, fibulis apte-junctas,
460 et loricam: quæ enim erat ei, *eam* perdidit fidus sodalis,
a-Trojanis domitus: hic vero (*Ach.*) jacet in terra animo dolens.

Huic vero respondit deinde inclytus Vulcanus:
bono-sis-animo, ne tibi hæc in anima tua sollicitudini-sint.
Utinam enim ipsum a-morte horrisona sic possem
465 seorsum abscondere, quando eum fatum grave adierit:
ut ei arma pulcra aderunt, qualia quilibet inde
hominum multorum admirabitur, quicunque viderit.

Sic locutus, eam quidem reliquit illic, ivitque ad folles:
hos autem ad ignem vertit, jussitque operari.
470 Folles autem in fornacibus viginti omnes spirabant,
omnigenum facilem-inflatu spiritum emittentes,
nunc quidem properanti ut-adsit, nunc vero contra,
quemadmodum Vulcanusque vellet et opus perfici-posset.
Æs autem in igne posuit indomitum, stannumque,
475 et aurum pretiosum, et argentum: ac deinde
posuit in stipite magnam incudem: sumsitque manu
malleum gravem, alteraque sumsit forcipem.

Fecit autem primum scutum magnumque solidumque,
usquequaque artificiose-fingens, et orbem circumdedit fulgidum,
480 triplicem, candentem, et ab *eo nexuit* argenteum lorum.
Quinque autem ipsius erant scuti plicæ: sed in ipso
faciebat artificiosa multa peritis præcordiis.

In *eo* quidem terram finxit, et cœlum, et mare,

Solemque indefessum, Lunamque plenam:
485 in *eo* et sidera omnia, quibus cœlum ut-corona-ambitur,
Pleiadesque, Hyadasque, roburque Orionis,
Ursamque, quam et Plaustrum *vulgari* appellatione vocant,
quæ ibidem vertitur, Orionem observat:
sola autem exsors est lavacrorum Oceani.

490 In *eo* et duas fecit urbes articulate-loquentium hominum
pulcras: in una quidem nuptiæque erant, conviviaque-solennia:
sponsasque e thalamis, tædis adlucentibus,
ducebant per urbem; multusque hymenæus excitabatur:
adolescentes autem saltatores in-orbem-agebant-se, interque eos
495 tibiæ citharæque sonum edebant: ac mulieres
stantes admirabantur in vestibulis unaquæque.
Viri autem in foro erant frequentes: ibi vero contentio
orta-erat, duoque viri contendebant mulctæ gratia,
ob-virum interfectum: alter quidem affirmabat omnia *se* reddidisse,
500 populo declarans; alter vego negabat *se* quicquam accepisse:
ambo vero cupiebant sub arbitro finem *causæ* facere.
Cives autem utrisque acclamabant, hinc-inde fautores:
præcones vero populum compescebant; at seniores
sedebant super politis lapidibus, sacro in circulo;
505 sceptraque præconum in manibus habebant in-aerem-clamantium:
his deinde exsurgebant, alternatimque sententias-ferebant.
Jacebant autem in medio duo auri talenta,
ei danda, qui inter hos senteniam rectissime diceret.

Sed alteram urbem duo exercitus obsidebant copiarum,
510 armis fulgentes. Bifariam autem ipsis placebat consilium,
aut *eam* evertere, aut in-duas-partes omnia dividere,
opes quantas oppidum amœnum intus continet:
illi vero nequaquam parebant, ad insidias autem clam-armabantur.
Murum quidem conjugesque dilectæ et infantes liberi
515 tenebant, supra-stantes, interque *eos* viri, quos habebat senectus:
ipsi vero profecti-sunt: dux-erat autem iis Mars et Pallas Minerva,
ambo aurei, aureasque vestes induti-erant,
pulcri et magni cum armis, velut dii quidem
utrinque perinsignes: populi vero humiliores erant.
520 Ii autem quum jam pervenerint, ubi illis visum-erat insidiari,
apud fluvium, ubi et aquatio erat omnibus pecoribus
ibi igitur hi considebant, tecti corusco ære.
His vero deinde seorsum duo speculatores sedebant a-copiis,
observantes, si-quando oves viderent et camuros boves.
525 Illi vero statim progrediebantur, duoque una sequebantur pastores,
oblectantes-se fistulis: insidias vero neutiquam præsenserant.
Ii quidem his prospectis incurrerunt, continuoque inde

intercludebant boum armenta et greges pulcros
candidarum ovium, interficiebantque insuper earum pastores.
530 Illi vero ut jam audiere magnum tumultum apud boves,
pro concione sedentes, confestim equos
conscendentes pedes-in-altum-tollentes insequebantur, moxque pervenere.
Consistentes vero pugnabant pugnam fluvii propter ripas,
feriebantque invicem-se æratis hastis.
535 In *iis* Discordia et Tumultus versabantur, et exitiale Fatum,
alium vivum tenens recens-vulneratum, alium illæsum;
alium interfectum per prælium trahebat pedibus:
vestem autem habebat circum humeros cruentatam sanguine virorum.
Versabantur vero, ut vivi homines, ac pugnabant,
540 cadaveraque suorum-invicem trahebant interemta.

In *eo* posuit et novale molle, pingue arvum,
latum, tertiatum: multi autem aratores in ipso
juga convertentes agebant huc et illuc.
Ii autem quoties reversi pervenirent ad-finem arvi,
545 iis tunc in manus poculum prædulcis vini
dabat vir obiens: illi autem convertebant-se ad *suos quisque* sulcos,
cupidi novalis profundi ad-terminum pervenire.
Ipsum autem *novale* nigricabat a-tergo, aratoque simile-erat,
aureum licet esset; hoc sane præ *ceteris* miraculum inerat.

550 In *eo* posuit et separatum-agrum profundæ-segetis: ubi operarii
metebant, acutas falces in manibus tenentes.
Manipuli autem alii secundum sulcum (*recta serie*) densi cadebant humi,
alios vero manipulorum-ligatores vinculis constringebant.
Tres autem manipulorum-ligatores *illos* sequebantur; ac pone
555 pueri manipulos-colligentes, in ulnis ferentes,
usque porrigebant: rex vero inter hos silentio
sceptrum tenens stabat super manipulorum-serie lætus corde.
Præcones autem seorsum sub quercu convivium apparabant;
bovemque mactatum magnum hic-inde-curabant; ac mulieres
560 in-cœnam operariis albas farinas multas immiscebant.

In *eo* posuit et uvis admodum gravatam vineam,
pulcram, auream: nigri autem per *eam* racemi erant:
stabatque-innixa palis ex-ordine argenteis.
Circumduxit autem cyaneam fossam, et septum
565 stanni: una autem sola semita erat ad eam,
qua ibant bajuli, quando vindemiarent per-vineam.
Virgunculæ autem et adolescentuli, teneris animis,
textilibus in qualis portabant prædulcem fructum.
His vero in mediis puer cithara arguta
570 suaviter personabat; chordamque ad pulcram (*vel* Linumque pulcrum)

canebat
tenella voce: hi autem rumpentes *vocem* simul
cum-cantuque sibiloque, pedibus tripudiantes sequebeantur.

In *eo* et armentum fecit boum capita-alte-ferentium:
ac boves ex-auro effictæ-erant, stannoque,
575 cumque-mugitu e stercore (*stabulo*) ruebant ad-pascua
præter fluvium resonantem, præter stridulum arundinetum.
Aurei autem pastores una ibant-cum bobus,
quatuor, novemque illos canes pedibus celeres sequebantur.
Terribiles vero leones duo inter primas boves
580 taurum mugitorem tenebant: is autem late mugiens
trahebatur; eumque canes recepturi-sequebantur et juvenes.
Illi quidem discerpta bovis magni pelle,
viscera et nigrum sanguinem hauriebant: at pastores
frustra insequebantur, veloces canes hortatibus-incitantes:
585 hi nempe mordere quidem recusabant-aversi a-leonibus,
stantes autem admodum prope latrabant, *eos*que evitabant.

In *eo* fecit et pascuum inclytus Vulcanus,
in pulcro saltu, magnum, ovium candidarum,
stabulaque, tuguriaque tecta, et ovilia.

590 In *eo* et chorum vario-effinxit-artificio inclytus Vulcanus,
ei similem, qualem olim in Cnosso lata
Dædalus concinnavit pulcras comas-habenti Ariadnæ.
Ibi quidem adolescentes, et virgines formosæ
tripudiabant, alter-alterius ad carpum manus tenentes.
595 Horum autem istæ quidem tenues linteas-vestes habebant, hi vero tunicas
induti-erant bene-textas, leniter nitentes oleo:
et hæ quidem pulcras coronas habebant, illi vero gladios
habebant aureos *pendentes* ab argenteis balteis.
Hi vero modo quidem *in orbem* discurrebant doctis pedibus
600 leviter admodum, veluti quum aliquis rotam aptatam in manibus
sedens figulus tentaverit, si currat:
modo autem rursus discurrebant per ordines in-se-invicem.
Multa vero pulcram choream circumstabat turba,
oblectantes-se: inter eos autem modulabatur cantor
605 citharam-pulsans: duo autem saltantes-in caput inter ipsos,
cantum quum-exordiretur, agebant-se inter medios.

In *eo* posuit et fluminis magnum robur Oceani,
orbem propter extremum scuti affabre facti.

Ac postquam fabricarat scutum magnumque solidumque,
610 fecit inde ei loricam, fulgentiorem ignis splendore:
fecit ei et cassidem validam, temporibus quadrantem,

pulcram, multo-exornatam-artificio; et auream cristam superimposuit:
fecit ei et ocreas e-ductili stanno.

Ac postquam omnia arma elaborarat inclytus Vulcanus,
615 coram matre Achillis posuit sublata.
Hæc vero, ut accipiter, desiliit ab Olympo nivoso,
arma coruscantia a Vulcano ferens.

[TR1] "perdiderit." → "perdiderit,"
[TR2] "(iis *confixi*) At" → "(iis *confixi*). At"
[TR3] "perfecisti" → "Perfecisti"
[TR4] "Juno" → "Juno,"
[TR5] "augustis sima" → "augustissima".
[TR6] "pedibus;" → "pedibus:"

Iliadis XIX.—Iræ renuntiatio.

ARGUMENT: THE RECONCILIATION OF ACHILLES AND AGAMEMNON.

Thetis brings to her son the armour made by Vulcan. She preserves the body of his friend from corruption, and commands him to assemble the army, to declare his resentment at an end. Agamemnon and Achilles are solemnly reconciled: the speeches, presents, and ceremonies on that occasion. Achilles is with great difficulty persuaded to refrain from the battle till the troops have refreshed themselves by the advice of Ulysses. The presents are conveyed to the tent of Achilles, where Briseis laments over the body of Patroclus. The hero obstinately refuses all repast, and gives himself up to lamentations for his friend. Minerva descends to strengthen him, by the order of Jupiter. He arms for the fight: his appearance described. He addresses himself to his horses, and reproaches them with the death of Patroclus. One of them is miraculously endued with voice, and inspired to prophesy his fate: but the hero, not astonished by that prodigy, rushes with fury to the combat.

The thirteenth day. The scene is on the sea-shore.

TEXT:

1 Aurora quidem croceo-peplo ab Oceani fluentis
exoriebatur, ut immortalibus lucem ferret et mortalibus:
illa vero ad naves pervenit, a deo dona ferens.
Invenit autem Patroclo circumfusum suum carum filium,
5 plorantem stridule; multi autem circum ipsum socii
lamentabantur. Inter hos vero astitit augustissima dearum,
inque ejus hæsit manu, verbumque dixit et elocuta-est:

Fili mi, hunc quidem sinamus, dolentes licet,

jacere, quandoquidem semel deorum consilio interfectus-est:
10 tu vero a Vulcano *allata* inclyta arma accipe,
perpulcra, qualia nondum quisquam vir humeris gestavit.

Sic igitur locuta dea arma deposuit
ante Achillem: illa vero sonuere facta-artificiose omnia.
Myrmidonas vero omnes cepit tremor, nec quisquam sustinuit
15 contra aspicere, sed territi-diffugerunt. At Achilles
ut vidit, ita ipsum magis subiit ira: intus autem ei oculi
terribiliter sub palpebris, tanquam flamma, micuerunt:
oblectabatur autem, in manibus tenens dei splendida dona.
At postquam animo suo delectatus-est, artificiosa aspiciens,
20 continuo matrem suam verbis alatis allocutus-est:

Mater mea, hæc quidem arma deus dedit, qualia par *est*
opera esse immortalium, nec mortalem virum perfecisse.
Nunc vero ego quidem me-armabo: sed perquam graviter
timeo, ne mihi interea Menœtii fortem filium
25 muscæ, ingressæ per ære-inflicta vulnera,
vermes intus-generent deturpentque mortuum
(vita vero ademta-est), inque corpore omnia putrescant.

Ei autem respondit deinde dea Thetis pedibus-argenteis:
fili, ne tibi hæc in animo tuo sint-curæ.
30 Ab hoc quidem ego conabor arcere improba examina,
muscas, quæ viros in-pugna-interfectos comedunt.
Etsi enim jaceat vel integrum in annum,
usque ei erit corpus incorruptum, aut etiam melius.
Verum tu, ad concionem vocatis heroibus Achivis,
35 ira renuntiata Agamemnoni, pastori virorum,
continuo prorsus ad pugnam armator, indueque fortitudinem.

Sic igitur fata, animos audentissimos *ei* immisit:
Patroclo vero ambrosiam et nectar rubrum
instillavit per nares, ut ei corpus incorruptum esset.

40 At hic ibat præter litus maris, divinus Achilles,
horrendum vociferans, excitabatque heroas Achivos.
Et quicunque antea quidem navium in cœtu solebant-manere,
quique gubernatores *erant* et tenebant clavos navium,
et promicondi apud naves erant, cibi dispensatores:
45 etiam hi tunc quidem ad concionem ibant, quod Achilles
in-conspectum-venit: diu vero a-pugna abstinuerat tristi.
At duo claudicantes ibant Martis famuli,
Tydidesque bellicosus, et divinus Ulysses,
hastæ innitentes; adhuc enim habebant vulnera gravia:
50 sed *jam* in prima concione consederunt profecti.
At ultimus venit rex virorum Agamemno,

vulnus habens: etenim illum in aspera pugna
vulneraverat Coon Antenorides ærata hasta.
Verum postquam omnes congregati-erant Achivi,
55 inter-eos exsurgens locutus-est pedibus celer Achilles:

Atride, omnino hoc (*reconciliatio*) utrisque utilius
fuisset, tibi et mihi, quando nos quidem, dolentes corde,
animum-rodente contentione irati-fuimus, gratia puellæ.
Hanc debuit in navibus occidisse Diana sagitta,
60 die illo quo ego cepi Lyrnessum populatus:
tum sane non tot Achivi mordicus prendissent immensum solum,
hostium sub manibus *strati,* me iram-fovente.
Hectori quidem et Trojanis hoc utilius *erat:* at Achivos
diu meæ et tuæ contentionis memores-fore puto.
65 Sed ea quidem ante-acta-esse sinamus, dolentes licet,
animum in pectoribus nostrum domantes necessitate.
Nunc vero ego finio iram; nec me oportet
pertinaciter usque irasci. Sed age ocyus
hortatibus-concita ad-prælium capite-comantes Achivos,
70 ut adhuc etiam Troum periculum-faciam, obvius profectus,
num velint apud naves pernoctare: sed aliquem puto
ipsorum libenter genu flexurum-esse *diis,* qui quidem effugerit
infesto e prælio *fugatus* sub hasta nostra.

Sic dixit: ac lætati-sunt bene-ocreati Achivi,
75 iræ quum-renuntiasset magnanimus Pelides.
Inter-hos autem locutus-est rex virorum Agamemno:
[eo-ipso-loco a sede, neque in mediis assurgens:]

O amici, heroes Danai, famuli Martis,
stantem quidem *vos* decet audire *me,* neque convenit
80 interpellare: grave enim *hoc cuique,* peritus licet sit.
Virorum autem in magno tumultu quomodo quis audierit,
vel dixerit? impeditur vero, argutus quamvis sit concionator.
Ad-Peliden quidem ego *orationem* dirigam, sed vos ceteri
intelligite, Argivi, sermonemque diligenter cognoscite quisque.
85 Sæpe jam mihi nunc Achivi sermonem dixerunt,
et mihi conviciabantur: ego autem non in-causa sum,
sed Jupiter, et Fatum, et per-tenebras-vagans Erinnys,
qui mihi in concione mente injecerunt sævam noxam,
die illo, quo Achillis præmium ipse abstuli.
90 Sed quid facerem? deus omnia perficit.
Veneranda Jovis filia Ate (*Noxa*) quæ omnes in-errorem-agit,
perniciosa; hujus quidem molles pedes: non enim solo
insistit: enimvero illa per virorum capita incedit.
[lædens homines: alterumque saltem *concertantium* irretit.]
95 Etenim jam olim Jovem læsit, quem-tamen potentissimum

hominum et deorum dicunt esse: sed etiam hunc
Juno, femina quæ-est, dolis decepit,
die illo, quo erat vim Herculeam (*Herculem*)
Alcmena paritura pulcris-muris-cincta in Thebe.
100 Nempe ille glorians dixerat-inter omnes deos:

Auscultate mihi, omnesque dii, omnesque deæ,
ut dicam, quæ me animus in pectoribus jubet.
Hodie virum in-lucem partuum-doloris-præses Ilithyia
edet, qui omnibus finitimis imperabit,
105 eorum hominum ex-genere, qui sanguine ex meo sunt.

Hunc vero dolos-meditans allocuta-est veneranda Juno:
mentieris, nec vero finem sermoni impones.
Eia autem, age, nunc mihi jura, Olympie, firmum jusjurandum,
revera eum omnibus finimitis imperaturum,
110 quisquis in die hoc ceciderit intra pedes mulieris
eorum hominum, qui tui ex sanguine sunt generis.

Sic dixit: Jupiter autem neutiquam fraudem intellexit;
sed juravit magnum jusjurandum; dein vero magnum malum-accepit.
Juno autem properans reliquit verticem Olympi,
115 statimque pervenit Argos Achaicum, ubi utitque norat
esse generosam uxorem Stheneli Perseidæ.
Ea vero gestabat-utero carum filium; ac septimus stabat (*inceperat*) mensis:
eduxit autem in lucem, licet immaturus essset,
Alcmenæ vero inhibuit partum, repressitque Ilithyias.
120 Ipsa autem renuntiatura *factum,* Jovem Saturnium affata-est:

Jupiter pater, candentis-fulminis-missor, rem quandam tibi mente ponam.
Jamjam vir natus-est, qui Argivis imperabit,
Eurystheus, Stheneli filius Perseidæ,
tuum genus: non ei inconveniens *est* imperare Argivis.

125 Sic dixit: eum vero dolor acutus in mente feriit profunda.
Ilico autem corripuit Aten capite nitentibus-capillis-ornato,
iratus animo suo, et juravit firmum jusjurandum,
nunquam in Olympumque et cœlum stellatum
redituram Aten, quæ omnes noxa-afficit.

130 Sic fatus, deturbavit *eam* a cœlo stellato,
manu circumrotatam: statimque *ea* pervenit ad-opera hominum.
De ea semper ingemiscebat, quando suum carum filium videret
opus indignum sustinentem, sub Eurysthei (*illatis ab Eur.*) ærumnis.
Sic et ego, quando tum magnus galeam-motans Hector
135 Argivos perdebat ad puppes navium,
non poteram oblivisci Noxæ, qua semel læsus-fueram.

At postquam noxam-accepi, et mihi mentem exemit Jupiter,
iterum volo *te* placere, dareque infinita dona.
At exsurge ad-pugnam, et ceteras excita copias:
140 dona autem ego hic omnia præbebo, quæcunque tibi profectus
hesternus (*heri*) in tentoriis promisit divinus Ulysses.
Si autem vis, exspecta, festinans licet ad-certamen:
donaque tibi ministri, mea ex nave sumentes,
ferent, ut videas, quod tibi animum-placantia dabo.

145 Hunc autem respondens affatus-est pedibus velox Achilles:
Atride augustissime, rex virorum Agamemno,
dona quidem, si vis, præbere, ut æquum-*est,*
vel retinere, penes te *est:* nunc vero recordemur prælii
ilico: non enim decet verbis-tempus-terere hic manentes,
150 nec moras-facere: adhuc enim magnum opus infectum:
ut aliquis rursus Achillem inter primos videat
hasta ærea Trojanorum perdentem phalangas.
Sic aliquis (*quisque*) vestrum memor cum-viro pugnet.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
155 ne tamen sic, strenuus licet sis, deo-similis Achille,
jejunos impelle ad Ilium filios Achivorum
cum-Trojanis pugnaturos. Nam non in-exiguum tempus erit
certamen, postquam primum congressæ-fuerint phalanges
virorum, ac deus inspiraverit animos utrisque.
160 Sed saturari jube velocibus in navibus Achivos
cibo et vino; hoc enim robur est et vis.
Non enim vir totum diem usque-ad solem occidentem
expers cibi poterit contra *hostem* pugnare.
Licet enim animo utique promto-sit ad-pugnandum,
165 tamen et sensim membra gravantur, et occupant *eum*
sitisque et fames, noxamque-trahunt genua eunti.
Qui vero vir, vini satur et cibi,
cum-viris hostibus totam-diem pugnat,
audens ei *est* animus in præcordiis, nec quicquam membra
170 prius defatigantur, quam omnes recedant a-pugna.
Sed age, populum quidem dimitte, et jentaculum jube
instrui: sed dona rex virorum Agamemeno
ferat in mediam concionem, ut omnes Achivi
oculis videant, tuque animo tuo læteris.
175 Jurato autem tibi jusjurandum, inter Argivos surgens,
nunquam *se* hujus cubile ascendisse vel *ei* coiisse;
[qua fas est, rex, et virorum et mulierum,]
et vero tibi ipsi animus in præcordiis placidus sit.
Ac deinde te convivio in tentoriis conciliet
180 lauto, ut ne-quid *tui* juris mutilum habeas.

Atride, tu vero deinde æquior et in alium
eris: haudquaquam enim indigne-ferendum, regem
virum placare, quando quis prior injuriam-fecerit.

Illum vero vicissim allocutus-est rex virorum Agamemno:
185 gaudeo tuo, Laertiade, hoc sermone audito
recte enim omnia persecutus-es et enarrasti.
Hæc vero ego volo jurare, jubetque me animus,
nec pejerabo per deum. Sed Achilles
maneat hic interim, festinans licet ad-certamen:
190 manete et ceteri omnes congregati, donec dona
e tentoriis venerit, et fœdera fida ferierimus.
Tibi vero ipsi hoc ego præcipio, et *te* jubeo, *Ulysse,*
delectis juvenibus primoribus universorum-Achivorum,
dona mea a nave afferre, quot Achilli
195 heri polliciti-sumus *nos* daturos; adducitoque mulieres:
Talthybius autem mihi ocyus per exercitum latum Achivorum
aprum quæsitum-apparet, mactandum Jovique Solique.

Hunc autem respondens allocutus-est pedibus velox Achilles:
Atride augustissime, rex virorum Agamemno,
200 alias certe potius debetis hæc procurare,
quando aliqua postea-cessatio a-pugna fuerit,
et ardor non tantus sit in pectoribus meis.
Nunc vero illi quidem jacent confossi, quos domuit
Hector Priamides, quando ei Jupiter gloriam præbuit.
205 Vos autem ad cibum-sumendum adhortamini: verum ego
nunc quidem juberem pugnam-inire filios Achivorum
jejunos, impransos: sed cum sole occidenti
paraturos-esse magnam cœnam, postquam ulti-simus contumelia.
Ante vero nequaquam mihi-quidem proprium per guttur demittetur
210 nec potus, nec cibus, sodale mortuo,
qui mihi in tentorio confossus acuto ære,
jacet, in vestibulum *pedibus* conversus: circum autem socii
lugent: ideo mihi neutiquam in mente hæc curæ-sunt,
sed cædesque et sanguis et gravis gemitus virorum.

215 Illum vero responden allocutus-est ingeniosus Ulysses:
o Achille, Pelei fili, longe fortissime Achivorum,
præstantior es me et fortior non parum quidem
hasta, ego vero te prudentia utique superavero
multum: quippe prior natus-sum, et plura cognovi.
220 Quare tibi acquiescat animus in verbis meis.
Celeriter pugnæ fit satietas hominibus;
cujus plurimam quidem stipulam in-terram æs fundit;
messis autem perexigua, postquam inclinet lances
Jupiter, qui hominum arbiter pugnæ est.

225 Ventre vero haudquaquam licet mortuum lugere Achivos:
admodum enim multi et crebri diebus omnibus
cadunt: quando igitur quis respiraverit a-dolore?
Sed oportet eum quidem sepelire, qui mortuus-sit,
firmum animum habentes, per diem *unam* defletum:
230 quotquot vero pugnæ horrendæ superfuerint,
eos meminisse potus et cibi, ut adhuc magis
viris cum-hostibus pugnemus indesinenter usque,
induti corpus ære indomito: nec quisquam alia
copiarum cohortatione exspectata subsistat.
235 Illa enim cohortatio in-malum *ei* cedet, qui relictus-fuerit
apud naves Argivorum: sed omnes-simul egressi
Trojanos in equûm-domitores excitemus acrem Martem.

Dixit, et Nestoris filios sibi-comites-delegit præclari,
Phylidenque Megetem, Thoantemque, Merionenque,
240 et Creontiaden Lycomedem, et Melanippum:
profectique-sunt ire ad tentorium Agamemnonis Atridæ.
statim deinde simul verbum fuit, et perfectum-erat opus:
septem quidem e tentorio tripodas ferebant, quos ei pollicitus-erat,
splendidosque lebetas viginti, duodecimque equos:
245 eduxerunt confestim et mulieres, egregiorum operum scientes,
septem, at octavam, Briseidem pulcris-genis.
Auri autem quum-appendisset Ulysses decem omnia talenta,
præibat *ferens,* simulque alii dona ferebant juvenes Achivorum:
et ea quidem in media concione posuere. Atque Agamemno
250 surrexit: Talthybius autem, deo similis voce,
aprum tenens in manibus, astabat pastori virorum.
Atrides autem, extracto manibus cultro,
qui ei juxta ensis magnam vaginam semper pendebat,
apri setis *pro primitiis* abscissis, Jovi manus attollens,
255 precabatur: verum omnes ibidem sedebant tacite
Argivi, ut par-erat, auscultantes regi.
Qui conceptis-precibus dixit, suspiciens in cœlum latum:

Testis-esto nunc Jupiter primum, deorum summus et maximus,
Terraque, et Sol, et Furiæ, quæ sub terra
260 homines puniunt, quicunque perjurium jurarit:
nequaquam ego puellæ Briseidi manum intuli,
nec concubitus causa indigens *ipsa,* neque ullius alterius *rei:*
sed mansit intacta in tentoriis meis.
Si vero quid horum perjurium *est,* mihi dii dolores dent
265 multos admodum, quot dant *ei* qui in-eos peccarit jurando.

Dixit, et jugulum apri abscidit sævo ære.
Hunc quidem Talthybius cani maris in magnum æquor
projecit circumrotatum, escam piscibus: at Achilles

assurgens inter-Argivos bellicosos locutus-est:

270 Jupiter pater, profecto magnas calamitates mortalibus infers!
Nec vero unquam animum in pectoribus meis
Atrides commovisset prorsus, nec puellam
abduxisset, me invito, *sui* impotens; at certe Jupiter
voluit Achivis mortem multis accidere.
275 Nunc vero abite ad jentaculum, ut committamus pugnam.

Sic dixit: solvit autem concionem celerem (*celeriter*).
Illi quidem dispergebantur suam ad navem quisque.
Dona vero Myrmidones magnanimi curabant,
iverunt autem ad navem ferentes Achillis divini:
280 et ea quidem in tentoriis posuerunt, et sedere-fecerunt mulieres:
equos vero ad armentum egerunt famuli præclari.

Briseis autem inde, similis aureæ Veneri,
ut vidit Patroclum confossum acuto ære,
ipsi circumfusa, stridulum edidit-ululatum, manibusque laniabat
285 pectoraque, et teneram cervicem, atque pulcra ora.
Dixit autem flens, mulier similis deabus:

Patrocle, mihi miseræ plurimum dilecte animo,
vivum quidem te reliqui ego, e-tentorio abiens;
nunc vero te mortuum invenio, princeps virorum,
290 reversa: ut me excipit malum e malo semper!
Virum quidem, cui collocarant me pater et veneranda mater,
vidi ante urbem confossum acuto ære;
tresque fratres, quos mihi eadem peperit mater,
conjunctissimos, qui omnes exitialem diem obierunt.
295 Haudquaquam tamen me sinebas, quando virum meum velox Achilles
interfecit, evertitque urbem divini Mynetis,
flere; sed me dicebas Achillis divini
ingenuam uxorem *te* facturum-esse, abducturumque in navibus
in Phthiam, paraturumque-epulas nuptiales inter Myrmidones.
300 Ideo te usque fleo mortuum, mitem semper.

Sic dixit flens: adgemebant autem feminæ,
de-Patroclo specie, de-suis autem *revera* ipsarum malis singulæ.
Ipsum vero circa *Achillem* seniores Achivorum congregabantur,
precantes, ut-vesceretur: is vero recusabat gemens:

305 Obsecro *vos,* si quis mihi carorum obsequitur sociorum,
ne me ante cibo jubete, neu potu,
satiare meum animum; quippe me dolor gravis invadit:
occidentem vero solem exspectabo, et perferam prorsus.

Sic fatus, alios quidem remisit reges:
310 duo autem Atridæ remanebant, et divinus Ulysses,
Nestor, Idomeneusque, senexque equûm-agitator Phœnix,

oblectantes assidue tristem: nec-tamen quicquam animo
oblectabatur, antequam belli os subiret sanguinolenti.
Recordatus vero crebro ex-imo-pectore-trahebat *gemitus,* dixitque:

315 Certe mihi olim et tu, infelix, carissime sodalium,
ipse in tentorio lautum jentaculum apposuisti
propere et diligenter, quando festinarent Achivi
Trojanis equûm-domitoribus inferre lacrimosum Martem:
nunc vero tu quidem jaces confossus: sed meum cor
320 expers *esto* potus et cibi, intus licet-sint,
tui desiderio. Nec enim quicquam pejus aliud paterer:
ne si quidem vel patrem mortuum audirem,
qui forte nunc in-Phthia molles lacrimas effundit,
desiderio talis filii; ipse vero alienigeno in populo
325 propter horrendam Helenam cum-Trojanis bellum-gero:
vel illum, qui in-Scyro mihi nutritur carus filius.
[si quidem adhuc vivit, Neoptolemus divinæ-formæ.]
Nam antea quidem mihi animus in pectoribus sperabat,
solum me moriturum-esse, longe-ab Argo equos-pascente,
330 hic in Troja; te vero ad-Phthiam rediturum-esse,
ut mihi filium veloci in nave nigra
e-Scyro educeres, et ei ostenderes singula,
possessionem meam, servosque, et alto-tecto magnam domum.
Nunc enim Peleum utique puto vel prorsus
335 obiisse, vel ægre adhuc viventem tristari,
senioque inviso, et meum (*de me*) exspectantem semper
tristem nuntium, quando interfectum audiat.

Sic dixit flens; adgemebant autem primores,
recordati quæ quisque in ædibus reliquerant.
340 Lugentes vero hos intuitus miseratus-est Saturnius,
confestimque Minervam verbis alatis allocutus-est:

Filia mea, jam prorsus deseruisti virum eximium.
An utique tibi haud-jam omnino in animo curæ-est Achilles?
ille, en! ante naves puppibus-et-proris-excelsas
345 sedet plorans sodalem carum: ac ceteri jam
abierunt ad jentaculum; is vero jejunus et impransus.
Quin abi, ei nectarque et ambrosiam amabilem
instilla in pectora, ut ne ipsum fames occupet.

Sic locutus, impulit ante promtam Minervam;
350 hæc vero, harpæ similis alis-patulæ, voce-argutæ,
e cœlo desiliit, per æthera. At Achivi
statim armabantur per exercitum: illa vero Achilli
nectar in pectora et ambrosiam amabilem
instillavit, ut ne eum fames acerba genua occuparet:
355 ipsa autem ad patris late-potentis solidam domum

abiit. Illi vero seorsum a-navibus se-effundebant velocibus.
Ut vero quum densæ nives a-Jove devolant,
gelidæ, ab impetu *actæ* sereni Boreæ:
sic tunc crebræ galeæ, lucidum renidentes,
360 e-navibus ferebantur, et clypei umbonibus-muniti,
loricæque cavitatibus-firmis, et fraxineæ hastæ.
Fulgor autem ad cœlum ibat, ridebatque omnis circùm terra
æris præ fulgure: ac strepitus excitabatur sub pedibus
virorum: in mediis vero armabatur divinus Achilles.
365 [Cujus et dentium stridor oriebatur; atque ei oculi
splendebant, velut ignis flamma; intus vero ei cor
subiit dolor intolerabilis: ipseque jam, Trojanis irascens,
induit dona dei, quæ ei Vulcanus laboraverat fabricans.]
Ocreas quidem primum circa tibias posuit
370 pulcras, argenteis fibulis apte-junctas:
deinde loricam circa pectora induebat.
Circa humeros autem posuit ensem argenteis-clavis-distinctum,
æreum: ac deinde scutum magnumque solidumque,
sumsit; ejus autem in-longinquum fulgor ibat, velut lunæ.
375 Ut vero quum e ponto flamma nautis relucet
ardentis ignis; is autem ardet alte in-montibus,
loco in solitario; ipsos vero invitos procellæ
ponto super piscoso ab-amicis seorsum ferunt:
sic ab Achillis scuto splendor ad-æthera ibat,
380 pulcro, affabre-facto. Atque galeam sublatam
capiti imposuit validam: hæc autem, stellæ instar, refulgebat,
setis-equinis-comans galea: quassabanturque comæ
aureæ, quas Vulcanus fuderat circa conum densas.
Tentabat autem se ipsum in armis divinus Achilles,
385 an sibi apta-essent, et facile-in-iis moverentur pulcri artus:
ei vero tanquam alæ erant, attollebantque pastorem virorum.
E theca autem paternam extraxit hastam,
gravem, magnam, validam: quam quidem non poterat alius Achivorum
vibrare, sed ipsam solus norat vibrare Achilles,
390 Peliadem fraxinum, quam patri caro *ejus* dederat Chiron
Pelii ex vertice, cædis-auctorem futuram heroibus.
Equos autem Automedonque et Alcimus adornantes
jungebant, ac pulcra lora-jugalia circumposita-erant; et frenos
maxillis immisere, habenasque extenderunt retro
395 coagmentatam ad-sellam-currus. Ac scuticam splendidam
manu capiens habilem, in currum insiliit
Automedon; retro ver ad-pugnam-paratus ascendit Achilles,
armis collucens, tanquam fulgidus sol.
Terribiliter autem equis imperitabat patris sui:

400 Xantheque, et Balie, inclyta soboles Podarges,

alio jam modo deliberate salvum-referre aurigam
retro Danaorum in agmen,ubi satiati-fuerimus pugna:
neque, ut Patroclum, relinquite illic mortuum.

Hunc autem sub jugo allocutus-est pedibus micans equus,
405 Xanthus, statim vero inclinavit caput; tota autem juba,
circulo profusa juxta jugum, ad-terram pervenit:
vocalem vero reddidit[TR1] dea candidis-ulnis Juno:

Et certe te nunc saltem salvum-referemus, impetuose Achille:
sed tibi prope *est* dies exitialis; nec quicquam nos
410 in-culpa, sed deusque magnus et fatum violentum.
Neque enim nostra tarditateque segnitieque
Trojani ab humeris Patrocli arma detraxerunt:
sed deorum fortissimus, quem comas-pulcras-habens peperit Latona,
interfecit *eum* inter primos-pugnatores, et Hectori gloriam dedit.
415 Nos vero etiam flatum Zephyri cursu æquaremus,
quem velocissimum dicunt esse: quin-et tibi ipsi
fatale est, a-deoque et viro vi domari.

Sic igitur locuti *equi* Erinnyes inhibuerunt vocem.
Hunc autem valde indignatus affatus-est pedibus velox Achilles:

420 Xanthe, quid mihi mortem vaticinare? minime te decet.
Bene etenim novi et ipse, quod mihi fatum *est* hic perire,
procul-a dilecto patre et matre: at tamen
non cessabo, priusquam Troes abunde satiaverint-se pugna.

Dixit, et inter primos clamans dirigebat solidis-ungulis equos.

[TR1] "redidit" → "reddidit"

Iliadis XX.—Deorum pugna.

ARGUMENT: THE BATTLE OF THE GODS, AND THE ACTS OF ACHILLES.

Jupiter, upon Achilles' return to the battle, calls a council of the gods, and permits them to assist either party. The terrors of the combat described, when the deities are engaged. Apollo encourages Æneas to meet Achilles. After a long conversation, these two heroes encounter; but Æneas is preserved by the assistance of Neptune. Achilles falls upon the rest of the Trojans, and is upon the point of killing Hector, but Apollo conveys him away in a cloud. Achilles pursues the Trojans with a great slaughter.

The same day continues. The scene is in the field before Troy.

TEXT:

1 Sic hi quidem apud naves recurvas armabantur
circum te, Pelei fili, pugnæ insatiabilem, Achivi:
Trojani vero ex-altera-parte in loco-editiore campi.

Jupiter autem Themidem jussit deos ad-concionem vocare
5 vertice ab Olympi multis-convallibus: illa autem quaquaversum
vadens jussit *deos* Jovis ad domum ire.
Nec aliquis igitur Fluviorum aberat, præter Oceanum,
nec Nympharum, quæ nemora pulcra inhabitant,
et fontes fluviorum, et prata herbosa.
10 Quum-venissent autem ad domum Jovis nubes-cogentis,
politis in-porticibus consederunt, quas Jovi patri
Vulcanus fecerat peritis præcordiis.
Sic hi quidem Jovis in-ædibus congregabantur: nec Neptunus
non-paruit deæ, sed e mari venit ad illos.
15 Sed autem in mediis, Jovisque interrogabat consilium:

Cur rursus, Candentis-fulminis-missor, deos ad-concionem vocasti?
num quid de Trojanis et Achivis deliberas?
Horum enim jam proxima pugna præliumque exarsit.

Hunc autem respondens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
20 nosti, Neptune, meum in pectoribus consilium,
quorum gratia *vos* congregavi: curæ-sunt mihi, pereuntes licet.
Sed ego quidem manebo in-cacumine Olympi
sedens; ibi spectans mentem oblectabo: at jam *vos* ceteri
abite, ut perveniatis ad Trojanos et Achivos:
25 utrisque vero auxilium-ferte, prout animus est cujusque.
Si enim Achilles solus contra Trojanos pugnabit,
ne paulisper quidem sustinebunt velocem Peliden.
Et vero ipsum etiam antea territi-fugiebant, *modo* aspicientes;
nunc tamen, quum jam et animo ob-socium irascitur graviter,
30 vereor, ne et murum præter-fatum evertat.

Sic dixit Saturnius, certamenque ingens excitavit.
Profecti-sunt autem ire ad-pugnam dii, diversos animos habentes:
Juno quidem ad cœtum navium et Pallas Minerva,
ac Neptunus terram cingens, et utilium-auctor
35 Mercurius, qui mente prudenti instructus-est:
Vulcanus autem cum his ibat, robore truculenter-spectans,
claudicans, subtusque tibiæ cum-molimine-ferebantur imbecillæ.
Ad Trojanos vero Mars galeam-motans; ac cum ipso
Phœbus intonsus, et Diana sagittis-gaudens,
40 Latonaque, Xanthusque, amansque-risum Venus.

Quamdiu quidem seorsum dii a-mortalibus erant viris,
tamdiu Achivi magnopere gloriabantur, quod Achilles
exortus-erat; diu vero a-pugna se-abstinuerat tristi:

Trojanis vero tremor gravis subiit membra cuique,
45 timentes, quod viderent pedibus-velocem Peliden
armis splendentem, hominum-perniciei parem Marti.
Sed postquam ad turbam Olympii venerant virorum,
exorta-est Contentio vehemens, populi-concitatrix; clamabatque Minerva,
stans modo quidem ad fossam depressam extra murum,
50 modo super litoribus resonis altum vociferabatur:
clamabat et Mars ex-altera-parte, obscuro turbini similis,
acuto a summa urbe Trojanos adhortans,
interdum propter Simoentem currens super Callicolone.

Sic istos utrosque beati dii excitantes,
55 commiserunt, interque eos contentionem rupere (*erumpere fecerunt*) gravem.
Horrendum vero intonuit pater hominumque deûmque
ex-alto: at subtus Neptunus concussit
terram immensam, montiumque excelsos vertices.
Omnes autem concutiebantur radices riguæ-fontibus Idæ,
60 et vertices, Trojanorumque urbes, et naves Achivorum.
Timuit vero subtus rex inferorum, Pluto,
territusque solio exsiliit, et exclamavit, *veritus* ne ei superne
terram rescinderet Neptunus concussor-terræ,
domusque mortalibus et immortalibus panderentur
65 terribiles, situ-sentæ, quas horrent dii ipsi.
Tantas utique sonitus oriebatur, diis certamine congressis.
Nempte contra Neptunum regem
stabat Apollo Phœbus, ferens sagittas pennatas:
contraque Martem dea cæsiis-oculis Minerva:
70 Junonique obstitit aureis-sagittis-instructa, tumultuum-*venationis*-amans,
Diana telis-gaudens, soror Sagittantis:
Latonæque obstitit potens, utilium-auctor Mercurius;
contraque Vulcanum magnus Fluvius vorticibus-profundis,
quem Xanthum vocant ii, hominesque Scamandrum.

75 Sic quidem dii contra deos ibant: at Achilles
Hectorem contra maxime cupiebat penetrare per-turbam,
Priamiden: hujus enim potissimum ipsum animus jubebat
sanguine satiare Martem, invictum bellatorem.
Æneam autem recta copiarum-concitator movit Apollo
80 contra Peliden, immisitque ei animos validos:
filio autem Priami Lycaoni assimilavit-se voce;
huic se quum-assimilasset, *eum* affatus-est Jovis filius Apollo:

Ænea, Trojanorum consiliator, ubi *sunt* tibi minæ,
quas *proferens* Trojanorum ducibus promisisti convivans,

85 Peliden Achillem contra pugnaturum-esse *te?*

Illum vero Æneas respondens allocutus-est:
Priamide, cur me hæc etiam invitum jubes,
contra Peliden nimis-animosum pugnare?
Non enim nunc primum pedibus-velocem contra Achillem
90 stetero, sed dudum me et alias hasta fugavit,
ex Ida, quando boves invasit nostras,
evertitque Lyrnessum et Pedasum: sed me Jupiter
servavit, qui mihi incitavit robur velociaque genua.
Certe domitus-fuissem sub manibus Achillis et Minervæ,
95 quæ ante eum vadens dabat lucem (*victoriam*) et hortabatur
eum, ut hasta ærea Lelegas et Trojanos interficeret.
Ideo non potest contra Achillem vir mortalis pugnare:
semper enim adest unus certe deorum, qui perniciem *ab-eo* avertat.
Et vero alioqui ipsius recta telum volat, nec desinit,
100 antequam corpus humanum transegerit. Si vero vel deus
æqualem tenderet belli finem, non me valde facile
vinceret, ne si quidem totum-æreum se-glorietur esse.

Hunc autem rursus allocutus-est rex, Jovis filius, Apollo:
heros, quin age, et tu deos sempiternos
105 precare; etenim te aiunt e-Jovis filia Venere
prognatum-esse; ille vero inferiore ex dea est.
Illa enim *ex* Jove est, hæc vero ex marino sene.
Sed recta infer æs indomitum, neu te omnino
sævis verbis avertat et minis.

110 Sic fatus, inspiravit robur magnum pastori virorum:
processit autem per primos-pugnatores, armatus corusco ære.
Nec latuit Anchisæ filius candidam-ulnis Junonem,
contra Peliden vadens per turmas virorum:
illa autem, ad-se vocatis diis, inter *eos* verbum dixit:

115 Considerate jam vos, Neptune, et Minerva,
in mentibus vestris, ut se-habebunt hæc opera.
Æneas hic ivit, armatus corusco ære,
contra Peliden: impulit vero *eum* Phœbus Apollo.
Sed agite, nos tamen eum avertamus retro
120 illinc: aut aliquis inde etiam nostrûm Achilli
astet, detque *ei* robur magnum, nec quicquam animo
deficiat: ut sciat, quod ipsum diligunt potentissimi
immortalium: hi vero inanes *sunt,* qui hactenus quidem
Trojanis defendere conantur prælium et cædem.
125 Omnes autem de-cœlo descendimus interfuturi
huic pugnæ, ut ne-quid inter Trojanos patiatur
hodie: in-posterum vero ea patietur, quæcunque ei Parca
nascenti nevit lino, quando ipsum peperiter mater.

Si vero Achilles non hæc deorum didicerit ex voce,
130 timebit inde, quando aliquis contra deus venerit
in prælio: terribiles vero dii, quum-apparent manifesti.

Huic autem respondit deinde Neptunus terræ-concussor:
Juno, ne sævi sine mente; neutiquam te decet.
Non ego-sane velim deos ad-certamen committere;
135 [nos alios, quoniam multo fortiores sumus:]
sed nos quidem inde consideamus profecti
ex via in speculam, prælium vero viris curæ-erit.
Sin autem Mars incipiat pugnam, aut Phœbus Apollo,
vel Achillem inhibeant, et non sinant pugnare:
140 statim inde et nobis ilico certamen orietur
conflictus: perquam autem celeriter decreto-eos-prælio puto
redituros in-Olympum, deorum ad cœtum aliorum,
nostris sub manibus necessitate violenter domitos.

Sic quidem locutus præibat Cæruleus-crinibus
145 murum ad circumaggeratum Herculis divini,
altum, quem quidem ei Trojani et Pallas Minerva
fecerant, ut cetum effugiens evitaret,
quando eum persequens-ageret a litore ad-planitiem.
Illic igitur Neptunus consedit, et dii alii,
150 ac nesciam-scindi nubem humeris circumdederunt:
illi vero ex-altera-parte considebant in jugis Callicolones,
circum te, arcitenens Phœbe, et Martem urbium-vastatorem.
Sic hi quidem utrinque sedebant meditantes
consilia: incipere autem exitialem pugnam
155 pigrabantur utrique: Jupiter vero, sedens alte, jubebat.

Illis vero totus impletus-erat campus, et fulgebat ære,
virorum et equorum: resonabatque-tremens terra pedibus
concurrentium simul. Duo autem viri longe fortissimi
in medium utrorumque congrediebantur, ardentes pugnare
160 Æneasque Anchisiades, et divinus Achilles.
Æneas autem primus minabundus processit,
nutans casside valida: ac clypeum impetuosum
prætendebat pectori, vibrabatque æream hastam.
Pelides vero ex-altera-parte contra ruebat, leo veluti
165 exitialis, quem quidem viri interficere animis-ardent,
congregati, totus pagus: is vero primum quidem contemnens
incedit; sed quando aliquis pugna-impigrorum juvenum
hasta ferierit, contorquetque-se hians, circaque dentes spuma
oritur, inque corde ei gemit generosus animus;
170 cauda vero lateraque et femora utrinque
verberat, seque ipsum excitat ad-pugnandum;
torvumque-intuens recta fertur furore, si quem occidat

virorum, vel ipse pereat prima in turba:
sic Achillem incitabat robur et animus magnus,
175 obviam ut-iret magnanimo Æneæ.
Illi vero quando jam prope erant in alterum-alter vadentes,
hunc prior allocutus-est pedibus-velox divinus Achilles:

Ænea, cur tu, tantum agminum spatium permensus,
hic constitisti? an te utique animus mecum pugnare jubet,
180 sperantem Trojanis *te* imperaturum equûm-domitoribus
dignitate qualis *est* Priami? Sed si me interfeceris,
non tibi propterea Priamus *hoc* præmium in manu ponet:
sunt enim ei filii: ipse autem firmus, nec imprudens-mente.
An vero tibi Trojani agri-portionem tribuerunt, egregiam præ-aliis,
185 amœnam vitifero-solo, et arabili, ut colas,
si me interfeceris? difficulter autem te spero hoc facturum.
Jam enim te, credo, et alias hasta fugavi.
An non recordaris, quando te a bobus, solus quum-esses,
agitavi de Idæis montibus velocibus pedibus
190 celeriter? tunc vero nusquam convertebaris fugiens:
inde autem in Lyrnessum evasisti: verum ego hanc
everti, aggressus (*auxiliante*) Minerva et Jove patre:
captivas autem mulieres, libero die erepto,
abduxi: at te Jupiter servavit, et dii ceteri.
195 Sed non nunc te servaturos puto, ut in animum
inducis: verum te ego regressum hortor
in multitudinem ire, neu adversus stes mihi,
antequam quid mali patiaris: factum vero et stultus sensit.

Huic vero Æneas respondit, dixitque:
200 Pelide, ne jam me verbis, puerulum tanquam,
speres *te* territurum: quippe aperte scio et ipse
et convicia, et opprobria proloqui.
Scimus autem alter-alterius genus, scimus et parentes,
jam-olim-dicta audientes verba mortalium hominum:
205 visu vero certe nec tu meos nosti, neque ego tuos.
Aiunt te quidem Pelei eximii prolem esse
matre vero ex Thetide, comis-pulcris marina-nympha:
at ego *me* filium magnanimo Anchisa
profiteor prognatum esse, mater autem mihi est Venus:
210 horum jam nunc alterutri certe carum filium plorabunt
hodie: non enim puto verbis omnino puerilibus
sic diremtos, e pugna *nos* redituros-esse.
Quodsi vis et hæc doceri; ut bene scias
nostrum genus (multi autem ipsum homines norunt):
215 Dardanum jam primum genuit nubes-cogens Jupiter:
condidit autem *is* Dardaniam: quippe nondum Ilios sacra

in campo ædificata-erat, urbs articulate-loquentium hominum,
sed adhuc radices habitabant irriguæ-fontibus Idæ.
Dardanus autem genuit filium Erichthonium regem,
220 qui tum opulentissimus erat mortalium hominum:
hujus ter-mille equæ per palustria pascebantur
feminæ, pullis exsultantes teneris:
harum *aliquas* et *ipse* Boreas adamavit pascentium,
equoque se quum-assimulasset, cæruleis-jubis, concubuit:
225 illæ vero gravidæ-factæ pepererunt duodecim equulas:
hæ autem quando saltu-lasciviebant super almam terram,
summum super aristarum fructum currebant, nec *eas* frangebant:
at quum saltu-lasciviebant super lata dorsa maris,
in-superficie super collisos-fluctus maris cani currebant.
230 Troem autem Erichthonius genuit Trojanis regem:
ex-Troe vero tres filii eximii geniti-sunt,
Ilusque, Assaracusque, et deo-par Ganymedes,
qui sane pulcerrimus erat mortalium hominum:
quem et in-altum-rapuerunt dii, Jovi ut-pocillator-esset,
235 pulcritudinem ob ipsius, ut immortalibus interesset.
Ilus autem genuit filium eximium Laomedontem;
Laomedon autem Tithonum genuit, Priamumque,
Lampumque, Clytiumque, Hicetaonemque, sobolem Martis:
Assaracus vero Capyn; is autem Anchisen genuit filium:
240 aque me Anchises; Priamus vero genuit Hectorem divinum.
Ex-hoc quidem genereque et sanguine *me* profiteor esse.
Jupiter vero virtutem viris augetque minuitque,
prout voluerit; ipse enim *est* potentissimus omnium.
Sed age ne-amplius hæc disseramus, pueruli tanquam,
245 stantes in media acie prælii.
Licet enim ambobus opprobria proloqui
multa admodum: ne navis quidem centiremis onus ferret.
Volubilis vero lingua est hominum, multique insunt sermones,
omnigeni; verborum autem latus campus hinc et inde.
250 Qualecunque dixeris verbum, tale et audieris.
Sed quid jurgiis et rixis nobis opus *est*
altercari inter-nos-contra, tanquam mulieres,
quæ iratæ per contentionem animum-rodentem
altercantur inter-se, mediam in viam prodeuntes,
255 multa veraque et non *vera:* ira vero et hæc jubet.
A-virtute tamen non me verbis avertes animosum,
priusquam ære pugnes contra. Verum age, ocyus
experiamur alter-alterum æratis hastis.

Dixit, et in terribile scutum intorsit gravem hastam,
260 horrendum: ingensque scutum circumsonuit hastæ cuspide.
Pelides vero scutum quidem a se *procul* manu robusta

tenuit, perculsus: credebat enim longæ-umbræ hastam
facile penetraturam-esse magnanimi Æneæ:
imprudens; nec cogitabat in mente et in animo,
265 quod non facile est, deorum inclyta dona
a-viris certe mortalibus domari, neque *ea his* cedere.
Neque tunc Æneæ bellicosi gravis hasta
perrupit scutum; aurum enim *eam* inhibuit, dona dei:
sed duas quidem transiit per plicas; verum etiam tres
270 supererant: quoniam quinque plicas duxerat Vulcanus,
duas æreas, duasque interiores stanni,
unam vero auream: qua demum detenta-est fraxinea hasta.

Secundus autem Achilles emisit longæ-umbræ hastam,
et percussit Æneæ clypeum undique æqualem,
275 oram ad summam, ubi tenuissimum ambibat æs,
tenuissimum vero inductum-erat corium bovis; ac penitus
Pelias prorupit fraxinus, crepuit vero clypeus ab ea (*ictu ejus*).
Æneas autem contractus-subsedit, et a se *procul* scutum sustulit,
territus: hasta autem supra dorsum in terra
280 stetit *ulterius* pergendi-cupida: et utrosque disruperat orbes
clypei totum-hominem-tegentis: is vero evitata hasta longa
constitit, (dolor autem ei offusus-est immensus oculis,)
perculsus, quod prope se fixum-erat telum. Verum Achilles
promtus irruit, stricto ense acuto,
285 terribilem edens-clamorem: at saxum sumsit manu
Æneas, manum pondus, quod ne duo quidem viri ferrent,
quales nunc homines sunt: is vero ipsum facile agitabat et solus.
Tum certe Æneas quidem irruentem percussisset saxo,
vel in-galeam, vel in-scutum, quod ab eo defendisset tristem mortem;
290 ipsum vero Pelides cominus ense anima privasset:
nisi celeriter animadvertisset Neptunus concussor-terræ.
Statim autem inter immortales deos verbum dixit:

Dii boni, certe mihi dolor *est* de-magnanimo Ænea,
qui cito a-Pelide domitus ad-Orcum descendet,
295 credens verbis Apollinis longe-jaculantis:
domens: nec quicquam *is* ab-eo propulsabit triste exitium.
Sed cur nunc hic insons mala patitur,
immerito, ob debitos-aliis dolores; grata autem semper
munera diis exhibet, qui cœlum latum inhabitant?
300 Sed agite, nos ipsi eum e morte subducamus,
ne-forte et Saturnius irascatur, si Achilles
hunc interimat: fatale vero ei est effugere,
ut ne sine-prole genus et prorsus-exstinctum pereat
Dardani, quem Saturnius præ omnibus dilexit liberis,
305 qui ex-se nati-sunt mulieribusque mortalibus.

Dudum enim Priami genus odit Saturnius:
nunc vero certe Æneæ vis Trojanis imperabit,
et filii filiorum, qui in posterum nati-fuerint.

Huic autem respondit deinde magnis-oculis veneranda Juno:
310 Terræ-concussor, ipse tu in mente tua consule
de-Ænea, utrum eum e-periculo-extrahas, an relinquas.
[a-Pelide Achille domandum, strenuus quanquam-sit.]
Sane enim nos multa juravimus jurajuranda
omnes inter deos, ego et Pallas Minerva,
315 nunquam a Trojanis *nos* depulsuras-ope-allata malum diem,
ne quando quidem Troja exitiali igne tota cremabitur
incensa, incenderint autem Mavortii filii Achivorum.

Sed ut hoc audivit Neptunus terræ-concussor,
profectus-est ire perque pugnam et per stridorem hastarum,
320 pervenitque, ubi Æneas, atque inclytus erat Achilles.
Confestim vero huic quidem inde ob oculos fudit caliginem,
Pelidæ Achilli: ipseque hastam ære-solido-præfixam
clypeo extraxit magnanimi Æneæ;
et eam quidem ante pedes Achillis posuit;
325 Æneam vero vi-abegit a terra in-altum sublatum.
Multos autem ordines heroum, multos et equorum
Æneas superavit-saltu, dei a manu impetu-sumto:
pervenitque ad extremam-partem impetuosi prælii;
ibi autem Caucones ad pugnam armabantur.
330 Eum vero admodum prope accessit Neptunus concussor-terræ,
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

Ænea, quis te sic deorum attonitum instigat
contra Peliden ferocem pugnare,
qui te simul fortior *est* et carior immortalibus?
335 Sed recede, quandocunque obvius-fueris-factus illi,
ne et præter fatum in-domum Orci pervenias.
At postquam Achilles mortem et fatum assecutus-fuerit,
audacter jam deinceps inter primos pugna;
non enim aliquis te alius Achivorum interficiet.

340 Sic fatus, *eum* reliquit illic, postquam præceperat omnia.
Tunc confestim Achillis ab oculis dispersit caliginem
magnam: is vero continuo clare vidit oculis;
ingemiscens autem dixit ad suum magnum animum:

Dii boni, certe magnum miraculum hoc oculis video:
345 hasta quidem hæc jacet in terra, neque omnino virum
video, in-quem immisi, interficere *eum* cupiens.
Certe et Æneas igitur carus immortalibus diis
erat: sed ipsum putabam frustra sic gloriari.

Valeat: non ei animus me amplius experiri
350 erit, qui et nunc fugit lubens ex morte.
Sed agedum, Danaos bellicosos adhortatus,
illos alios Trojanos experiar obvius profectus.

Dixit, et in ordines saliit: hortabaturque virum quemque:
Ne-amplius nunc a-Trojanis procul state, divini Achivi,
355 sed age, vir contra virum eat, promtusque-sit pugnare.
Difficile vero mihi est, etiam fortis licet sim,
tot homines insequi, et cum-omnibus pugnare:
neque-vel Mars, qui-tamen deus immortalis, nec Minerva,
tantæ aciei persequens-obierit os, et impigre-egerit:
360 sed quantum quidem ego valeo manibusque pedibusque
et animis, me jam nego remissurum ne minimum quidem:
sed omnino per-ordines ibo penitus, nec quenquam puto
Trojanorum gavisurum-esse, qui *meam* prope hastam venerit.

Sic dixit incitans: Trojanos vero splendidus Hector
365 hortabatur increpitans, affirmabatque *se* iterum contra Achillem:

Trojani magnanimi, ne timete Peliden.
Et ego verbis vel cum-immortalibus pugnare-possem;
hasta vero arduum, quoniam longe potentiores sunt.
Neque Achilles omnibus finem sermonibus imponet,
370 sed aliud quidem perficiet, aliud vero et in-medium claudum-relinquet.
Huic ego obvius ibo, etiam si igni manuum-vi similis-est,
si igni manuum-vi similis-est,[TR1] animoque rutilo ferro.

Sic dixit incitans: illi vero adversi hastas tollebant,
Trojani: horum autem in-unum congressa-est vis, ortusque-est clamor.
375 Et tunc Hectorem affatus-est astans Phœbus Apollo:

Hector, ne-jam omnino cum-Achille congredere-ante-aciem,
sed in agmineque et ex turba *eum* excipe,
ne-qua te vel missili-feriat, vel cominus ense percutiat.

Sic dixit: Hector vero rursus iniit turbam-densam virorum,
380 perculsus, ut audivit dei vocem locuti.
At Achilles in-Trojanos insiliit, præcordia indutus robore,
horrende vociferans: primum autem interfecit Iphitionem
strenuum Otryntiden, multarum ductorem copiarum,
quem nympha peperit Nais Otrynto urbium-eversori,
385 Tmolo sub nivoso, Hydæ in opulenta civitate:
hunc quidem recta irruentem feriit hasta divinus Achilles,
medio in capite; hoc vero in-duas-partes totum diffissum-est:
fragoremque-edidit *heros* cadens; et super-*eo*-gloriabatur divinus Achilles:[TR2]

Jaces, Otryntide, omnium terribilissime virorum!
390 hic tibi mors *accidit;* genus autem tibi est ad lacum

Gygæum, ubi tibi ager paternus est,
Hyllum ad piscosum, et Hermum vorticosum.

Sic dixit glorians: illi autem caligo oculos obtexit.
Hunc quidem Achivorum equi canthis-rotarum lacerarunt
395 prima in acie: ille vero post hunc Demoleontem,
strenuum propulsatorem pugnæ, Antenoris filium,
percussit ad tempus, per galeam æneis-munitam-malis.
Neque ærea galea *hastam* inhibuit, sed per ipsam
cuspis pergendi-cupida rupit os; cerebrum vero
400 intus totum fœdatum-est: domuit vero ipsum ardentem.
Hippodamantem autem deinde, de curru desilientem,
ante se fugientem, in-dorso percussit hasta.
Atque is animum exhalabat et mugiebat, ut quum taurus
mugit, vi-tractus Heliconium circa regem,
405 adolescentibus trahentibus; gaudet autem his Neptunus:
sic utique hujus mugientis reliquit ossa animus ferox.
Atque ille ivit cum hasta in deo-parem Polydorum
Priamiden: eum vero neutiquam pater sinebat pugnare,
quod sibi inter filios minimus erat natu,
410 et sibi carissimus erat, pedibusque omnes vincebat:
tum vero juvenili-stultitia, pedum virtutem ostentans,
ruebat per primos-pugnatores, donec suam perdidit animam:
hunc percussit medium jaculo pedibus-velox divinus Achilles,
in-terga prætercurrentis, ubi baltei annuli
415 aurei *balteum* constringebant, et duplex occurrebat lorica:
in-adversum vero perrupit ad umbilicum hastæ cuspis:
in-genua autem procidit ejulans: nubesque ipsum obtexit
nigra, ad se vero collegit intestina manibus, inclinatus.

Hector vero, ut vidit fratrem Polydorum
420 viscera manibus tenentem, advolutum terræ;
continuo ejus oculis offusa-est caligo, neque amplius sustinuit
diu procul versari, sed obviu venit Achilli,
acutam hastam vibrans, flammæ similis. At Achilles
ut vidit, ita exsiliit, et jactabundus verbum dixit:

425 Prope *est* vir, qui meum maxime intimum-pupugit animum,
qui mihi sodalem interfecit dilectum; nec sane diutius
alter-alterum trepidi-fugerimus per aciei semitas.

Dixit, et torve intuens allocutus-est Hectorem divinum:
Propius accede, ut ocyus ad-mortis metas pervenias!

430 Illum vero interritus allocutus-est galeam-motans Hector:
Pelide, ne jam me verbis certe, puerulum tanquam,
speres *te* perterrefacturum: nam aperte scio et ipse
et convicia, et opprobria proloqui.

Scio autem, quod tu quidem strenuus, ego vero te multo inferior *sum.*
435 Sed hæc quidem deorum in genibus posita sunt,
an tibi inferior licet sim, animum exemero,
hasta percusso: nam et meum telum acutum *est* in-cuspide.

Dixit, et vibratam emisit hastam; et eam-quidem Minerva
flatu ab-Achille retro avertit glorioso,
440 leniter admodum afflatam: ista autem rediit ad-Hectorem divinum,
ipsiusque ante pedes cecidit. Verum Achilles
promtus irruit, occidere *eum* cupiens,
horrendum vociferans: illum vero eripuit Apollo
facile admodum, utpote deus, operuitque caligine multa.
445 Ter quidem deinde irruit pedibus-velox divinus Achilles
hasta ærea, terque caliginem percussit profundam.
Sed quando jam quarto irruebat, dæomni par,
minaciter increpitans *eum* verbis alatis allocutus-est:

Rursus nunc effugisti mortem, canis; certe tibi prope
450 venerat malum: nunc vero te eripuit Phœbus Apollo,
cui certe vota-facis, proficiscens in stridorem jaculorum.
At certe te conficiam omnino, etiam posthac obvius-factus,
si forte aliquis et mihi deorum adjutor est.
Nunc vero ceteros persequar, quemcunque deprehendero.

455 Sic locutus, Dryopem feriit ad cervicem mediam jaculo,
ceciditque *is ei* ante pedes; ipse autem hunc quidem reliquit,
Demuchum vero Philetoriden, fortemque magnumque,
ad genu hasta percussum detinuit: huic quidem deinde,
feriens ense magno, exemit animam.
460 Atque ille Laogonum et Dardanum, filios Biantis,
ambos cum-impetu-adortus, e curru depulit in-terram,
alterum quidem hasta percussum, alterum vero cominus ense feriens;
Troem etiam Alastoriden: hic quidem obvius venerat, genibus,
si-quo-modo sibi parceret, prehensis, et vivum dimitteret,
465 nec *se* interficeret, æqualem-ætatem miseratus:
demens; neque hoc sciebat, quod non persuasurus erat.
Haudquaquam enim *Achilles* animo-miti vir erat, nec lenis,
sed valde promtus: hic quidem ceperat manibus genua,
cupiens precari, ille vero ense percussit ad jecur:
470 ei autem jecur excidit, et ater sanguis ex ipso
sinum *ei* implevit, ipsique tenebræ oculos contexere,
anima privato. Ille autem Mulium percussit prope-astans
hasta ad aurem; moxque per aurem ivit alteram
cuspis ærea: illeque Agenoris filium Echeclum
475 medium ad caput ense feriit capulum-magnum-habente:
totus autem incaluit ensis sanguine: huic vero oculos
occupavit purpurea mors et fatum violentum.

Deucalionem autem deinde, ubi connectuntur nervi
cubiti, hac illum caram per manum transfixit
480 cuspis ærea: ipse vero illum manebat manu gravatus,
præ *se* videns mortem: ille autem gladio cervice percussa,
procul cum-ipsa galea caput excussit; medulla vero
vertebris exsiliit; ipse autem in terra jacuit extensus.
At ille profectus-est ire in eximium Pirei filium,
485 Rhigmum, qui e Thracia glebosa venerat:
hunc percussit medium telo, fixumque-est in pulmone æs;
decidit autem e curru. Ille autem Areithoum famulum,
retro equos convertentem, in-dorsum acuta hasta
feriit, curruque deturbavit: turbati-sunt autem ejus equi.

490 Ut vero fertur-furens-per profundas convalles immane-ardens ignis
montis aridi; profunda autem crematur silva,
et quaquaversus agitans ventus flammam contorquet:
sic ille quaquaversus furens-ferebatur cum hasta, dæmoni par,
occidendos insequens; fluebat autem sanguine terra nigra.
495 Ut vero quum quis junxeri boves mares latis-frontibus,
ut-triturent hordeum album bene-condita in area,
citoque comminuuntur boum sub pedibus valde-mugientium:
sic ab Achille *acti* magnanimo solidis-ungulis equi
calcabant simul cadaveraque et clypeos: sanguine autem axis
500 subtus totus fœdatus-erat, et ambitus qui *erant* crica sellam-currus,
quos ab equinis ungulis guttæ apergebant,
atque a canthis: ille vero cupiebat gloriam referre,
Pelides, cruentoque-pulvere fœdabatur manibus invictis.

[TR1] Unclear why double "si igni manuum-vi similis-est". The Greek column of the book also features this duplication.
[TR2] "Achilles;" → "Achilles:"

Iliadis XXI.—Pugna ad fluvium.

ARGUMENT: THE BATTLE IN THE RIVER SCAMANDER.

The Trojans fly before Achilles, some towards the town, others to the river Scamander: he falls upon the latter with great slaughter: takes twelve captives alive, to sacrifice to the shade of Patroclus; and kills Lycaon and Asteropeus. Scamander attacks him with all his waves: Neptune and Pallas assist the hero: Simois joins Scamander: at length Vulcan, by the instigation of Juno, almost dries up the river. This Combat ended, the other gods engage each other. Meanwhile Achilles continues the slaughter, drives the rest into Troy: Agenor only makes a stand, and is conveyed away in a cloud by Apollo; who (to delude Achilles) takes upon him Agenor's shape, and while he pursues him in that

disguise, gives the Trojans an opportunity of retiring into their city.

The same day continues. The scene is on the banks and in the stream of Scamander.

TEXT:

1 Sed ubi jam ad-vadum pervenerant pulcre-fluentis fluvii,
Xanthi vorticosi, quem immortalis genuit Jupiter;
ibi divisos, hos quidem ad-campum insequebatur
urbem versus, qua Achivi turbati fugerant,
5 die superiori, quando furebat splendidus Hector:
illac hi (*Troj.*) profundebantur trepida-fuga; caliginemque Juno
expandit ante *eos* spissam, ut-inhiberet ac dimidia-pars
in fluvium volvebantur profundum, vorticibus-argenteis;
inciderunt autem magno strepitu: sonitumque-dedere alta fluenta,
10 ripæque circumcirca graviter gemuere: illi vero cum-fremitu
innatabant huc et illuc, agitati circa vortices.
ut vero quum *exactæ* (ab) impetu ignis locustæ evolant,
ut-fugiant ad-fluvium: atque ardet indefessus ignis
excitatus derepente; illæ vero metu-perculsæ-cadunt in aquam:
15 sic sub Achille *fugante* Xanthi vorticibus-profundis
implebantur fluentum resonans mixtim equisque et viris.

Sed ille nobilissimus hastam quidem reliquit illic in ripa
acclinatam myricis; ipse autem insiliit, dæmoni par,
gladium solum habens, exitialiaque animo meditabatur opera.
20 Et feriebat quaquaversum: illorum vero gemitus excitabatur fœdus
ense dum-cædebantur, rubescebatque sanguine aqua.
Ut vero a delphine ingenti *pellente* pisces alii
fugientes, implent recessus-intimos portus stationibus-tuti,
formidantes; omnino enim devorat, quemcunque ceperit:
25 sic Trojani fluvii per impetuosi fluenta
abdebant-se-perculsi sub crepidines. Ille vero ut lassatus-erat manibus cædendo,
vivos e fluvio duodecim legit juvenes,
piasculum de-Patroclo Menœtiade mortuo.
Hos eduxit foras metu-stupentes, tanquam hinnulos;
30 ligavitque a-tergo manus scite-sectis loris,
quæ ipsi ferebant in tortilibus tunicis:
tradidit autem sociis deducendos cavas ad naves;
at ipse iterum irruit, occidere cupiens.

Illic filio Priami obvius-factus-est Dardanidæ,
35 e fluvio fugienti, Lycaoni; quem olim ipse
abduxerat, captum e patris viridario, invitum,

nocturnus progressus: is vero caprifici acuto ære
incidebat novellos ramos, ut currus ambitus essent:
ei autem improvisum malum supervenit divinus Achilles.
40 Et tunc quidem ipsum in-Lemnum bene-habitatam vendidit,
navibus abductum: ac filius Jasonis pretium dedit.
Illinc vero hospes ipsum redemit, multaque dedit,
Imbrius Eetion, misitque in divinam Arisben:
inde *is* clam-effugiens paternam venit domum.
45 Undecim autem dies animum oblectabat cum-suis amicis,
reversus ex Lemno: duodecima vero ipsum rursus
manibus Achillis deus injecit, qui ipsum erat
missurus in Orcum, etiam nolentem ire.
Hunc igitur ut advertit pedibus-velox divinus Achilles
50 nudum, sine galeaque et clypeo; neque habebat hastam;
sed ea quidem omnia humum abjecerat; conficiebat enim sudor
fugientem e fluvio, delassatioque genua subtus domabat:
indignatus inde dixit ad suum magnum animum:

Dii boni, sane ingens miraculum hoc oculis video:
55 profecto jam Trojani magnanimi, quos interfeci,
rursus resurgent ex infernis-tenebris caliginosis:
ut jam et hic venit, qui-effugit sævum diem,
Lemnum in sacram venundatus: neque ipsum tenuit
pontus sali cani, qui multos invitos coercet.
60 Sed agedum et hastæ cuspidem nostræ
gustabit, ut videam in mente, et edocear,
utrum[TR1] similiter et illinc reversurus-sit, an ipsum coercebit
terra alma, quæ etiam fortem coercet.

Hæc animo-versabat manens: is vero prope eum venit attonitus,
65 genua tangere cupiens; valde enim exoptabat animo
effugere mortemque exitialem et fatum nigrum.
Nempe hic quidem hastam longam sustulit, divinus Achilles,
percutere paratus: is autem currens-subiit et prehendit genua
pronus: hasta vero super dorsum in terra
70 stetit, cupiens corpore satiari humano.
Atque hic altera *manu* quidem prehensis supplicabat genibus,
altera vero tenebat hastam acutam, nec dimittebat;
et eum compellans verbis alatis allocutus-est:

Genua-amplexus-oro te, Achille; tu vero me respice, meique miserere:
75 loco tibi sum supplicis, Jovis-alumne, reverendi.
Apud te enim primum gustavi Cereris fruges,
die illo, quando me cepisti, bene-structo in viridario,
et me vendidisti, procul abductum a-patreque amicisque,
Lemnum in sacram; centumque-boum-pretium tibi peperi.
80 Nunc vero redemtus-fuero, ter tanta præstans: dies autem mihi est

hic duodecimus, postquam in Ilium veni,
multa perpessus: nunc vero me tuis in manibus posuit
fatum exitiale: videor fere odio-esse Jovi patri,
qui me tibi rursus tradidit: brevis autem ævi me mater
85 peperit, Laothoe, filia Altæ senis,
Altæ, qui Lelegibus bellicosis imperat,
Pedasum excelsam tenens prope Satnioentem.
Hujus autem habuit filiam Priamus, multasque etiam alias
ex-hac duo nati-sumus, tu vero ambos obtruncabis.
90 Nempe illum primos inter pedites domuisti,
deo-parem Polydorum, postquam percussisti acuta hasta;
nunc vero hic mihi malum erit: non enim puto
tuas manus *me* evitaturum, quoniam prope-adduxit deus.
Aliud autem tibi dicam, tu vero in mente reconde tua;
95 ne me interfice: quippe non uterinus-frater Hectoris sum,
qui tibi sodalem interemit mitemque fortemque.

Sic igitur eum Priami allocutus-est splendidus filius,
supplicans verbis; immitem autem vocem audivit:

Stulte, ne mihi pretia-redemtionis memora, neu narra.
100 Antequam enim Patroclus assecutus-esset fatalem diem,
tum aliquantum mihi pepercisse in animo gratius erat
Trojanis, et multos vivos cepi, et vendidi:
nunc vero non est qui mortem effugiat, quemquem deus
ante Ilium meas in manus conjecerit,
105 et omnium Trojanorum, præcipue autem Priami filiorum.
Sed, amice, morere et tu: cur lamentaris ita?
occubuit et Patroclus, qui-tamen te multo præstantior.
Non vides, qualis et ego, pulcerque, magnusque?
patris vero sum eximii, deaque me peperit mater:
110 verum instat tamen et mihi mors et fatum violentum
(fuerit seu aurora seu crepusculum, seu meridies),
quando quis et mihi Marte animum auferet,
sive is hasta percusserit, sive a nervo sagitta.

Sic dixit: illius vero ibi soluta-sunt genua et carum cor:
115 hastam quidem dimisit, conseditque manibus passis
ambabus: Achilles vero stricto ense acuto
percussit ad claviculam prope cervicem; totus autem ei intro
subiit ensis anceps: ipse vero pronus in terra
jacebat extensus: ac sanguis ater effluebat, rigabatque terram.
120 Illum vero Achilles in-fluvium, prehensum-pede, misit ferendum,
et super eo glorians verba alata profatus-est:

Istic nunc jace inter pisces, qui tibi vulneris
sanguinem delambent, sine-metu; neque te mater
impositum lectis deflebit; sed Scamander

125 feret vorticosus in maris latum sinum.
Saliens aliquis per undam, nigram *ventis*-horrescentem-superficiem subibit
piscis, qui comederit Lycaonis albam pinguedinem.
Pereatis, donec urbe potiamur Ilii sacræ,
vos quidem fugientes, ego vero a-tergo contrucidans *insequar.*
130 Nec vobis vel Fluvius late-fluens, vorticibus-argenteis
proderit, cui jam diu multos sacrificatis tauros,
vivosque in vortices demittitis solidis-ungulis equos.
Sed et sic peribitis dira morte, usque-dum omnes
lueritis Patrocli cædem et perniciem Achivorum,
135 quos ad naves veloces interfecistis, absente me.

Sic dixit: Fluvius autem iratus-est in-corde vehementius;
agitabatque in animo, quomodo cessare-faceret a-labore *belli*
divinum Achillem, a-Trojanisque perniciem averteret.
Interea autem Pelei filius, tenens longa-umbra hastam,
140 Asteropæo insiliit, interficere cupiens,
filio Pelegonis: illum autem Axius latis-fluentis
genuit, et Peribœa, Acessameni filiarum
natu-maxima: huic enim mixtus-est Fluvius vorticibus-profundis.
In-hunc Achilles insiliit: hic vero adversus e-fluvio *prodiens*
145 constitit, tenens duas hastas: animos autem ei præcordiis indidit
Xanthus: quippe indignabatur de cæsis juvenibus,
quos Achilles cædebat per fluentum, nec miserabatur.
Hi vero ut jam prope erant in alterum alter vadentes,
illum prior affatus-est pedibus-velox divinus Achilles:

150 Quis, unde es virorum, qui mihi ausus-es obvius venire?
infelicium vero filii meo robori occurrunt.

Hunc vero Pelegonis allocutus-est splendidus filius:
Pelide magnanime, cur genus *me meum* interrogas?
Sum ex Pæonia glebosa, longe sita,
155 Pæonas viros ducens longis-hastis-armatos; hæc autem mihi nunc
aurora undecima, postquam in Ilium veni.
Ac mihi genus *est* ex Axio late-fluente,
[Axio, qui pulcerrimam aquam per terram fundit,]
qui genuit Pelegonem inclytum hasta; hunc autem me aiunt
160 genuisse: nunc vero pugnemus, splendide Achille.

Sic dixit minitans: at sustulit divinus Achilles
Peliacam fraxinum; ac simul hastis utrinque (*ex utraque manu*)
heros Asteropæus: quippe ambidexter erat:
et altera quidem hasta scutum percussit, nec penitus
165 perrupit scutum; aurum enim prohibuit, dona dei:
altera vero eum *ad* cubitum strictim percussit manus
dextræ; exsiliit autem sanguis ater: ipsa vero super eum

terræ infixa-est, cupiens corpore se-satiare.
Secundus vero Achilles fraxinum recta-volantem
170 in-Asteropæum immisit, occidere cupiens.
Et ab-hoc quidem aberravit; at altam percussit ripam,
medio-tenus autem impegit ripæ fraxineam hastam.
Pelides vero, ense acuto extracto a femore,
saliit ein eum ardenti-animo: at ille fraxinum Achillis
175 non poterat e crepidine evellere manu robusta.
Ter quidem ipsam concussit, extrahere cupiens;
ter vero remisit vi: at quarto, parabat animo
frangere incurvatam hastam fraxineam Æacidæ;
sed ante Achilles cominus ense animam *ei* abstulit.
180 Ventrem enim ei percussit ad umbilicum: atque omnia
effusa-sunt in-terram intestina; ipsique continuo tenebræ oculos contexere
anhelanti: Achilles vero in pectora irruens
armaque detraxit, et glorians verbum dixit:

Jaceto sic: arduum tibi præpotentis Saturnii
185 cum-filiis contendere, e-Fluvio licet genito.
Dicebas te quidem Fluvii genus *te* esse late-fluentis;
at ego genus magni Jovis glorior *me* esse:
genuit me vir multis imperans Myrmidonibus,
Peleus Æacides; ipse vero Æacus ex Jove erat.
190 Quo potentior quidem Jupiter Fluviis in-mare-fluentibus:
eo potentius itidem Jovis genus, *quam*-Fluvii est.
Etenim tibi Fluvius certe adest magnus, si potest quid
prodesse; sed non licet cum-Jove Saturnio pugnare.
Huic neque rex Acheloius æquiparatur,
195 nec profunde-fluentis ingens vis Oceani,
ex quo-tamen omnes fluvii, et omne mare,
et omnes fontes, et putei alti fluunt:
sed et is metuit Jovis magni fulmen,
horrendumque tonitru, quando de cœlo fragorem-dederit.

200 Dixit, et e crepidine evulsit æream hastam.
Illum vero ibidem reliquit, postquam caram animam abstulerat,
jacentem in arenis: adluebat autem ipsum nigra aqua.
Circa-eum quidem anguillæque et pisces occupati-erant,
pinguedinem carpentes, renibus-obtensam detondentes.
205 At ille profectus-est ire ad Pæonas bellatores-equestres,
qui adhuc juxta fluvium fugiebant vorticosum,
ut viderunt illum fortissimum in aspera pugna
manibus sub Pelidæ et ense violenter domitum.
Tunc interfecit Thersilochumque Mydonemque Astypylumque,
210 Mnesumque Thrasiumque et Ænium, et Ophelesten:

et adhuc plures interemisset Pæonas velox Achilles
nisi iratus *eum* affatus-esset Fluvius vorticibus-profundis,
viro se-postquam-assimularat ex altoque dixisset vortice:

O Achille, præ *aliis* quidem vincis, præ *aliis*que indigna facis
215 hominibus: semper enim tibi auxiliantur dii ipsi.
Si tibi Trojanos dedit Saturni filius omnes perdere,
ex me saltem exi-et per campum ardua patrato.
Referta enim jam sunt mihi cadaveribus amœna fluenta;
nec prorsus aliqua possum effundere fluctus in mare divinum,
220 angustatus cadaveribus; tu autem interficis exitiose.
Verum age jam et desiste; stupor me tenet, princeps virorum.

Hunc autem respondens allocutus-est pedibus celer Achilles:
erunt hæc, Scamander Jovis-alumne, ut tu jubes.
Trojanos tamen non ante desinam superbos interficere,
225 quam conclusero *eos* in urbem, et cum-Hectorem periculum-fecero
contra-stando, utrum me domabit, an ego ipsum.

Sic fatus, in-Trojanos irruit, dæmoni par.
Et tunc Apollinem allocutus-est Fluvius profundis-vorticibus:

Dii boni! Argenteo-arcu-insignis, Jovis fili, non tu-sane consilia
230 observasti Saturnii, qui tibi multis admodum mandavit,
Trojanis adesse et opem-ferre, usque-dum veniret
sol-vespertinus sero occidens, obumbraretque glebosa arva.

Dixit, et Achilles quidem hasta-inclytus insiliit medio,
a-crepidine proruens; ille vero concitus-ingruit, tumidis-fluctibus furens;
235 omniaque commovit fluenta turbidus: impulitque mortuos
multos, qui in eo affatim erant, quos occiderat Achilles.
Hos ejecit foras, mugiens tanquam taurus,
in-terram: vivos autem *alios* servavit in pulcris fluentis,
occultans in vorticibus profundis magnis.
240 Horrenda vero circum Achillem turbida constitit unda;
urgebatque scuto incumbens fluctus; nec pedibus
poterat se-stabilire. At ulmum prehendit manibus
adultam, magnam: ea autem radicitus procidens,
crepidinem totam disjecit, repressitque pulcra fluenta
245 ramis densis: junxit vero tanquam-ponte illum ipsum (*fluvium*),
intro tota prolapsa: isque e voragine prosiliens,
festinavit per-campum pedibus rapidis volare,
perculsus. Necdum destitit magnus deus, sed surrexit in illum,
in-summo-nigricans, ut ipsum arceret a-*bellico*-labore,
250 divinum Achillem, Trojanisque exitium averteret.
Pelides vero saltu-refugit, quantum *est* in hasta jactus,
aquilæ impetus habens nigri, illius venatricis,
quæ simul fortissimaque et celerrima *est* volucrum:

huic similis ruit, circa pectus autem æs
255 horrendum resonabat: oblique vero ab-illo declinans
fugiebat, et ille a-tergo fluens sequebatur magno sonitu.
Ut vero quum vir aquilex a fonte aquis-nigris
per plantas et hortos aquæ rivum deducit,
manibus ligonem tenens, e-sulco obices ejiciens;
260 et hac quidem (*aqua*) profluente, subtus calculi omnes
agitantur; hæc autem cito defluens murmurat
loco in declivi, præcurritque etiam ipsum ductorem:
sic perpetuo Achillem insequebatur unda fluvii,
velocem licet: dii vero potentiores mortalibus.
265 Quoties autem conaretur pedibus-velox divinus Achilles
stare contra, et cognoscere, an ipsum omnes
immortales in-fugam-agerent, qui cœlum latum tenent:
toties ipsi magnus fluctus a-Jove-fluentis fluvii
alluebat humeros desuper: is autem in-altum pedibus saliebat,
270 animo afflictus: fluvius vero subtus genua domabat
rapidus, oblique fluens, pulveremque subtrahebat pedibus.
Pelides autem ejulavit, intuitus in cœlum latum:

Jupiter pater, ut nullus me deorum miserabilem sustinet
ex fluvio eripere; in-posterum vero vel quidvis patiar.
275 Alius autem nullus mihi tantum in-culpa cœlestium,
quantum mea mater, quæ me mendaciis delinivit;
quæ me dicebat Trojanorum sub muro armatorum
velocibus periturum-esse Apollinis jaculis.
Utinam me Hector occidisset, qui hic nutritus-est fortissimus:
280 tum fortis quidem *me* occidisset, fortemque occisum-spoliasset.
Nunc autem me ingloria morte fatale-est corripi,
conclusum in magno fluvio, tanquam puerum subulcum,
quem torrens-in-angusto obruerit hieme transeuntem.

Sic dixit: huic autem valde cito Neptunus et Minerva
285 stetere prope accedentes, corpore autem hominibus se-assimilarant;
manuque manum prendentes, confirmarunt *eum* verbis.
Inter-quos sermonem orsus-est Neptunus terræ-concussor:

Pelide, neu jam nimis trepida, neu quid turbare:
tales enim tibi nos ex-diis auxiliatores sumus,
290 Jove approbante, ego et Pallas Minerva:
quoniam haud tibi a-Fluvio certe domari fatale est;
sed hic quidem cito desinet, tu vero videbis ipse.
At tibi prudenter suggeremus-consilium, si modo parueris:
ne prius abstineas manus ab-omnibus-æque-gravi pugna
295 quam in Ilii inclytos muros populum concluseris
Trojanum, quicunque effugere-possit: tuque, Hectori anima erepta,
retro ad naves ito: damus vero tibi gloriam referre.

Hi igitur sic locuti ad immortales abierunt.
At ille ivit (valde enim deorum impellebat *eum* præceptum)
300 in campum: hic vero totus inundabatur aqua effusa:
multa autem arma pulcra prælio-cæsorum juvenum
fluitabant, et cadavera: illius autem in-altum genua exsiliebant
adversus fluctum ruentis recta; neque eum tenuit
late-fluens fluvius; magnum enim robur immiserat Minerva.
305 Nec Scamander remisit suam vim, sed adhuc magis
irascebatur Pelidæ, tumefaciebatque undam fluenti,
in-altum sublatus: Simoentem vero hortabatur vociferans:

Care frater, robur viri ambo certe
cohibeamus: quoniam mox urbem magnam Priami regis
310 evertet; Trojani vero in pugna non manebunt.
Sed auxilium-fer celerrime, et imple fluenta
aqua ex fontibus, omnesque concita rivos;
erige vero magnam undam: et multam turbam excita
truncorum et lapidum, ut compescamus ferocem virum,
315 qui jamdudum vincit; animoque-agitat is paria diis.
Aio enim nec vim *illius* profuturam, nec formam,
neque illa arma pulcra, quæ alicubi in-imo-fundo voraginis
jacebunt a limo tecta: quin eum ipsum
involvam arenis affatim, sabulo circumfuso
320 imenso; neque ejus ossa scient Achivi
colligere: tantam ei colluviiem desuper obtendam.
Ibidem ei et sepulcrum factum-erit, nec quicquam ei opus
erit humatione, quando ei exsequias-facient Achivi.

Dixit, et ingruit in-Achillem turbidus, in-altum furens,
325 mugiens spumaque, et sanguine, et cadaveribus.
Purpurea vero continuo unda a-Jove-fluentis fluvii
stabat elevata, et rapiebat Peliden.
Juno autem alte clamavit, admodum-timens Achilli,
ne ipsum abriperet magnus Fluvius vorticibus-profundis.
330 Statim vero Vulcanum allocuta-est, suum carum filium:

Exsurge-ad-certamen, Vulcane, mi fili: contra te enim
Xanthum vorticosum in-pugna existimamus-parem esse:
verum opem-fer citissime, ostentaque flammam multam.
Verum ego Zephyri et velocis Noti
335 ibo e mari gravem excitatura procellam,
quæ Trojanorum capita et arma comburat,
incendium exitiale ferens. Tu vero Xanthi præter ripas
arbores ure, et ipsum immitte igni; nec te omnino
blandis verbis avertat, et (*sive*) minis:
340 neque ante cohibeas tuam vim, quam ubi jam
loquar ego clamans; tunc compesce indefessum ignem.

Sic dixit: Vulcanusque jaculabatur immane-ardentem ignem.
Primum in campo ignis accendebatur cremabatque mortuos
multos, qui in eo affatim erant, quos occiderat Achilles:
345 totus vero siccatus-est campus, coercitaque splendens aqua.
Ut vero quum autumnalis Boreas recens-irrigatam aream
statim exsiccaverit; gaudetque, ipsum quisquis de-more-colit:
sic exsiccatus-est campus totus, ac mortuos
exussit; *jam*que in fluvium vertit flammam collucentem.
350 Urebantur ulmique et salices, ac myricæ:
urebatur lotusque, atque ulva, ac cyperus,
quæ circum pulcra fluenta fluvii affatim nascebantur:
laborabant anguillæque, et pisces, qui per vortices,
qui per pulcra fluenta urinabantur huc et illuc,
355 spiritu laborantes ingeniosi Vulcani.
Urebatur et vis Fluvii, verbaque fecit et elocuta-est:

Vulcane, nullus tibi certe deorum potest ex-æquo certare,
neque ego tecum quidem sic gine ardenti pugnavero.
Desine a-certamine: Trojanos vero vel statim divinus Achilles
360 urbe expellat: quid mihi cum-contentione et auxilio?

Dixit, igne ardens: ebulliebant autem pulcra fluenta.
Ut vero lebes fervet intus, dum-urgetur igne multo,
adipem liquefaciens saginati porci,
undique exæstuans, subtus vero ligna sicca jacent:
365 sic hujus pulcra fluenta igne ardebant, bulliebatque aqua;
nec animus-erat profluere, sed inhibebatur: infestabat vero vapor,
Vulcani per-vim ingeniosi. At ille Junonem,
multis supplicans, verbis alatis allocutus-est:

Juno, cur tuus filius in-meum fluentum incubuit, infestaturus
370 *hoc* præ ceteris? non sane tibi ego tantum in-culpa sum,
quantum ceteri omnes *dii,* quotquot Trojanis auxiliatores.
Sed certe quidem ego desistam, si tu jubes:
desistat vero et hic. Ego autem insuper et hoc jurabo,
nunquam pro Trojanis *me* depulsurum-ope-allata malum diem;
375 ne quando quidem Troja exitiali igne tota cremabitur
incensa, incenderint autem Mavortii filii Achivorum.

Et quum hoc audisset dea candidis-ulnis Juno,
confestim Vulcanum allocuta-est, suum carum filium:

Vulcane, abstine, fili inclyte: haud enim par-est
380 immortalem deum ita mortalium gratia torquere.

Sic dixit: Vulcanus autem exstinxit immane-ardentem ignem;
ac reflua continuo unda dejecit-se in-pulcros rivos.
Ac postquam Xanthi domita-erat vis, hi quidem postea
quieverunt: Juno enim *eos* coercuit, irata quidem.

385 Ceteris vero diis contentio incidit gravis,
dura: in-diversa vero iis in præcordiis animus ferebatur:
concurrerunt autem ingenti tumultu, remugiitque lata tellus;
circumque clangorem-dedit magnum cœlum. Audivit autem Jupiter
sedens in-Olympo; risitque ei suum cor
390 lætitia, ut vidit deos certamine congredientes.
Tum ii non-amplius diu seorsum-stetere: incepit enim Mars,
clypeorum-perforator, et primus in-Minervam irruit,
æream hastam tenens, et probrosa dixit verba:

Cur iterum, o impudentissima, deos ad-certamen committis,
395 audaciam exitiosam habens, magnus autem te animus exstimulavit?
annon recordaris, quando Tydiden Diomedem impulisti,
ut-*me* vulneraret? ipsaque fulgida hasta sumta,
recta in-me adegisti, et corpus pulcrum dilacerasti?
Ideo te vicissim nunc puto luituram-esse quanta in-me fecisti.

400 Sic fatus, percussit *eam* in scutum fimbriatum,
horrendum, quod ne Jovis quidem domuerit fulmen:
in-hoc eam Mars percussit cæde-inquinatus hasta longa.
Illa vero retro-cedens saxum prehendit manu robusta,
jacens in campo, nigrum, asperumque, magnumque,
405 quod homines prisci posuerant, ut-esset terminus arvi:
hoc percussit impetuosum Martem ad cervicem, solvitque membra.
Septem autem *is* occupavit jugera stratus, fœdavitque-pulvere crines;
armaque circumsonuere: risit vero Pallas Minerva,
et eum, glorians, verbis alatis allocuta-est:

410 Stulte, ne adhuc quidem sensisti, quanto fortiorem
glorior ego *me* esse, quod mihi vires *tuas* opponis.
Sic tuæ matris furias lueris,
quæ tibi irata mala machinatur; quod Achivos
deseruisti, ac Trojanis superbis auxilio-es.

415 Sic igitur locuta, avertit oculos lucidos.
Hunc vero abduxit manu prehensum Jovis filia Venus,
crebro admodum suspirantem: ægre autem *is* collegit animum.
Hanc vero ut advertit dea candidis-ulnis Juno,
statim Minervam verbis alatis allocuta-est:

420 Dii boni, ægidem-tenentis Jovis filia, indomita,
et vero rursus illa impudentissima abducit hominum-perniciem Martem
infesto e prælio per tumultum: at insequere.
Sic dixit: Minerva autem impetu-insequebatur, gaudebatque animo;
et irruens *in Venerem* ad pectora manu robusta
425 percussit: ejus autem ibi soluta-sunt genua et carum cor.
Illi itaque ambo jacebant in terra alma:
hæc vero super-*iis*-glorians verba alata dixit:

Tales nunc omnes, quotquot Trojanis auxiliatores,
sint, quando cum-Argivis pugnent armatis,
430 et æque audaces et sustinentes, ac Venus
venit Marti auxiliatrix, meo robori occurrens:
tum prorsus jam pridem nos destitissemus a-pugna
Ilii eversa bene-ædificata urbe.

Sic dixit: subrisit autem dea candidis-ulnis Juno.
435 At Apollinem allocutus-est rex Concussor terræ:

Phœbe, cur jam nos seorsum-stamus? neque par-est,
quum-cœperint alii: hoc quidem turpe, si sine-pugna
redierimus in Olympum, Jovis ad ære-fundatam domum.
Incipe; tu enim *es* natu junior: non enim mihi-quidem
440 honestum, quippe-qui prior natus-sum, et plura cognovi.
Stulte, ut mente-cassum cor habes! nec prorsus eorum
recordaris, quot jam passi-sumus mala circa Ilium
soli nos deorum, quum superbo Laomedonti
a Jovi profecti operam-locavimus in annum,
445 mercede condicta; is autem præcipiens mandata-dabat.
Nempe ego Trojanis circa urbem muros ædificavi
latosque et admodum pulcros, ut inexpugnabilis urbs esset:
Phœbe, tu vero pedes-trahentes camuros boves pascebas
Idæ in saltibus multas-convalles-habentis, silvosæ.
450 Sed quum jam mercedis terminum gratissimæ Horæ
attulerunt, tunc nos vi-fraudavit mercede tota
Laomedon violentus, minatusque dimisit.
Tibi quidem is minabatur pedes et manus desuper *se*
ligaturum, et venditurum insulas in longinquas:
455 affirmabatque idem utrisque *se* abscissurum aures ære.
Nos vero continuo revertebamur, irato animo,
ob-mercedem indignantes, quam pollicitus non persolvit.
Ob-hoc jam nunc populo gratificaris; nec nobiscum
tentas, ut Trojani fœdifragi pereant
460 funditus male, cum filiis et pudicis uxoribus.

Illum vero vicissim allocutus-est rex sagittans Apollo:
Neptne haudquaquam me prudentem dixeris
esse, si jam tecum mortalium gratia dimicem,
miserorum, qui foliis similes, interdum quidem
465 admodum-vegeti sunt, terræ fructu vescentes,
interdum vero pereunt exanimes. Sed citissime
desistamus a-pugna; at illi ipsi præliantor.

Sic igitur locutus retro se-vertit; verecundabatur enim
cum-patruo congredi in manibus (*certamine*).
470 Hunc autem soror vehementer objurgavit, domina ferarum:
[Diana agrestis, et probrosum dixit sermonem:]

Fugis jam, Sagittans, Neptunoque victoriam
totam concessisti, impuneque ei gloriam dedisti?
Stulte, curnam arcum gestas inutilem sic?
475 Non te nunc amplius patris in ædibus audiam
gloriantem, sicut antea inter immortales deos,
contra Neptunum adversis-viribus *te* pugnaturum.

Sic dixit: eam vero nihil allocutus-est sagittans Apollo;
sed irata Jovis veneranda uxor:
480 [increpuit Sagittis-gaudentem contumeliosis verbis:]

Quomodo vero tu nunc sustines, canis audax, contra me
stare? difficilis tibi ego, *cui* vires opponas,
sagittifera licet sis: quippe te leænam inter-mulieres
Jupiter constituit, et dedit interficere quamcunque velis.
485 Certe satius est *tibi* per montes feras interficere,
agrestesque cervas, quam cum-potentioribus vi pugnare.
Si vero vis pugna experiri, *fac*; ut bene scias,
quanto fortior sim, quandoquidem mihi vires opponis.

Dixit, et ambas ad carpum manus prehendit
490 sinistra, dextra autem ab humeris detraxit pharetram:
eaque (*pharetra*) verberabat *eam* ad aures subridens
huc-illuc-se versantem; veloces autem excidebant sagittæ.
Lacrimabunda deinde dea fugit, veluti columba,
quæ quidem ab accipitre *acta* cavam volat-in petram,
495 *in* latebram: neque enim illi capi fatale erat:
sic illa lacrimabunda fugit, reliquitque illic pharetram.
Latonam autem allocutus-est internuntius Argicida:

Latona, ego vero tecum haudquaquam pugnabo; arduum autem
confligere cum-uxoribus Jovis nubes-cogentis:
500 sed promtissima inter immortales deos
gloriator-te me vicisse aspera vi.

Sic igitur dixit: Latona vero collegit incurvos arcus *et sagittas*,
quæ-ceciderant alio aliæ in vertigine pulveris.
Hæc quidem sagittis sumtis, secuta-est filiam suam;
505 ea vero ad-Olympum pervenerat, Jovis ad ære-fundatam domum;
lacrimabunda autem patris insedit genibus filia,
circumque divinus pepulus tremebat: hanc vero ad se
recepit pater Saturnius et interrogavit, suaviter ridens:

Quis tibi talia fecit, cara filia, cælestium?
510 [temere, tanquam aliquid mali facienti palam?]

Illumque vicissim allocuta-est pulcre-coronata Tumultuosa:
tua me conjux male-excepit, pater, candidis-ulnis Juno,
a qua mortalibus contentio et lis impendet.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.

515 At Apollo Phœbus subiit Ilium sacram:
curæ-erat enim ei murus bene-ædificatæ urbis,
ne Danei *eum* everterent præter-fatum die illo.
At ceteri ad Olympum rediere dii sempiterni,
alii quidem irati, alii vero admodum gloria-exsultantes;
520 adsederuntque Jovi atras-nubes-cogenti. At Achilles
Trojanos simul ipsosque perdebat et solidis-ungulis equos.
Ut autem quum fumus ascendens ad cœlum latum pervenit
urbis ardentis, deorum vero eum ira excitat;
omnibusque affert laborem, multisque mala immittit:
525 sic Achilles Trojanis laborem et mala attulit.

Stabat autem senex Priamus sacra in turri,
animadvertitque Achillem ingentem: et ab hoc
Trojani facile turbabantur trepide-fugientes, nec ulla vis
erat: ille autem ejulatu-edito a turri descendit in-terram,
530 mandata-daturus ad murum inclytis portarum-custodibus:

Apertas in manibus portas tenete, usque-dum copiæ
venerint ad urbem trepide-fugientes: certe enim Achilles
prope iste perturbans; nunc existimo exitialia fore.
Sed postquam intra murum respiraverint conclusi,
535 rursus obserate tabulas firmiter aptatas:
metuo enim, ne exitialis vir in murum irrumpat.

Sic dixit: illi autem aperueruntque portas, et retruserunt obices;
hæ autem apertæ peperere salutem. At Apollo
obvius exsiliit, a-Trojanis ut perniciem arceret.
540 Hi autem recta ad-urbem et murum altum,
siti aridi, pulvere-tecti, e campo
fugiebant; ille vero vehementer insequebatur hasta: rabies vero ei cor
usque tenebat violenta, studebatque gloriam referre.

Tunc altam-portis Trojam cepissent filii Achivorum,
545 nisi Apollo Phœbus Agenorem divinum excitasset,
virum, Antenoris filium, eximiumque fortemque.
Ejus quidem cordi audaciam immisit, atque ei ipse
astitit, ut mortis gravia fata arceret,
fago acclinatus: coopertus erat autem caligine multa.
550 At ille, ut advertit Achillem urbium-vastatorem,
constitit; multaque ei cor volvebat-æstuans manenti:
ingemiscens autem dixit ad suum magnum animum:

Hei mihi, si quidem *actus* a violento Achille
fugero, qua ceteri turbati fugantur;
555 capiet me etiam sic, et imbellem obtruncabit.
Si vero ego hos quidem turbari sinam
a-Pelide Achille, pedibusque a muro alio
fugero per campum Iliacum, donec pervenero

Idæque ad-saltus, et senticeta subeam:
560 vespertinus deinde quum-me-lavero de-fluvio,
a-sudore refrigeratus, ad Ilium reverterer.
Sed cur mihi hæc meus secum-disserit animus?
Ne me abeuntem ab-urbe in-campum advertat,
et me rapide insecutus consequatur velocibus pedibus:
565 non-amplius deinde licebit mortem et fatum effugere;
valde enim fortis supra omnes est mortales.
Quod si ipsi ante urbem obviam venero;
etenim huic certe vulnerabile corpus acuto ære,
inestque una anima, mortalemque ipsum dicunt homnes,
570 [esse: atqui ei Saturnius Jupiter gloriam præbet.]

Sic fatus, Achillem contortus exspectabat; intus vero ei cor
forte gestiebat præliari ac pugnare.
Veluti panthera prodit alto ex fruticeto
virum venatorem contra, nec quicquam animo
575 percellitur, neque in-fugam-vertitur, quum latratum audierit:
etsi enim prior eam vel cominus-percusserit, vel -eminus,
tamen etiam hasta transfixa non desistit
a-strenua pugna, antequam vel cominus-congrediatur, vel dometur:
sic Antenoris filius præclari, divinus Agenor,
580 nolebat fugere, antequam periculum-faceret Achillis:
sed (is) clypeum quidem sibi-prætendit undique æqualem,
hasta autem in-eum collimabat, et altum clamabat:

Certe jam omnino sperabas in animo, splendide Achille,
die hoc urbem *te* eversurum Troum gloriosorum!
585 Stulte, certe adhuc multi efficientur dolores de ea:
In ea enim multique et fortes viri sumus,
qui propugnantes caris parentibus, uxoribusque et liberis,
Ilium tuemur: tu vero hic fatum consequeris,
sic terribilis licet-sis et audax bellator.

590 Dixit, et acutum telum gravi manu emisit;
et percussit *ejus* tibiam sub genu, neque aberravit;
circaque ipsam ocrea recens-elaborati stanni
horrendum resonuit: atque æs resiliit
a-percusso, nec penetravit; dei enim prohibuere dona.
595 Pelides vero impetum-fecit in Agenorem deo-parem,
secundus: at-non sivit *eum* Apollo gloriam referre,
sed illum eripuit, texitque caligine multa,
quietumque eum e prælio misit ut-abiret.

Atque hic Peliden dolo avertit a-populo.
600 Ipsi enim Sagittans, Agenori in-omnibus se-assimulans,
stetit ante pedes; ille vero festinabat pedibus insequi.
Dum ille hunc per-campum persequebatur tritici-feracem,

conversus præter fluvium vorticibus-profundis Scamandrum,
parvo-intervallo præcurrentem; dolo autem *ipsum* deliniebat Apollo,
605 ut semper speraret *se* assecuturum pedibus suis:
interim ceteri Trojani fugati venere conferti,
læti ad urbem; urbs vero implebatur confertis.
Neque enim illi sustinebant urbem et murum extra
exspectare jam se-invicem, et cognoscere, et quis effugisset,
610 et quis occubuisset in pugna; sed cupide infundebantur
in urbem, quemcunque eorum pedes et genua servaverant.

[TR1] "ultrum" → "utrum"

Iliadis XXII.—Hectoris cædes.

ARGUMENT: THE DEATH OF HECTOR.

The Trojans being safe within the walls, Hector only stays to oppose Achilles. Priam is struck at his approach, and tries to persuade his son to re-enter the town. Hecuba joins her entreaties, but in vain. Hector consults within himself what measures to take; but at the advance of Achilles, his resolution fails him, and he flies. Achilles pursues him thrice round the walls of Troy. The gods debate concerning the fate of Hector; at length Minerva descends to the aid of Achilles. She deludes Hector in the shape of Deiphobus; he stands the combat, and is slain. Achilles drags the dead body at his chariot in the sight of Priam and Hecuba. Their lamentations, tears, and despair. Their cries reach the ears of Andromache, who, ignorant of this, was retired into the inner part of the palace: she mounts up to the walls, and beholds her dead husband. She swoons at the spectacle. Her excess of grief and lamentation.

The thirtieth day still continues. The scene lies under the walls, and on the battlements of Troy.

TEXT:

1 Sic hi quidem per urbem trepida-fuga-dissipati, velut hinnuli,
a sudore respirabant, bibebantque, medebanturque siti,
acclinati pulcris propugnaculis: at Achivi
ad-murum prope accedebant, scuta humeris inclinantes.
5 Hectorem vero, ut-ibi maneret, exitiale Fatum ligavit,
ante Ilium portasque Scæas.
At Peliden allocutus-est Phœbus Apollo:

Cur me, Pelei fili, pedibus velocibus persequeris,
ipse mortalis quum-sis, deum immortalem? necdum omnino me
10 agnovisti, quod deus sum; tu vero indesinenter furis.

Tibi nimirum nihil curæ-est in-Troas labor *bellicus*, quos fugasti,
qui jam in urbem conclusi-sunt, tu vero huc divertisti.
Non me quidem interficies, quia non fato-subjectus sum.

Hunc autem graviter indignatus allocutus-est pedibus velox Achilles:
15 in-errorem-conjecisti me, Sagittans, deûm perniciosissime omnium,
huc nunc aversum a muro: certe adhuc multi
terram mordicus prendissent, antequam in-Ilium pervenissent.
Nunc vero mihi magnam gloriam eripuisti,illosque servasti
facile; quippe non ultionem tu veritus-es in-posterum.
20 Profecto te ulciscerer, si mihi potestas adesset.

Sic fatus, ad urbem magnis animis abiit,
ruens, velut equus certamine-victor cum curru,
qui celeriter currit magno-nisu-tendens per-campum:
sic Achilles celeriter pedes et genua movebat.

25 Hunc vero senex Priamus primus vidit oculis,
collucentem, tanquam stellam, ruentem per-campum,
quæ autumno oritur: perillustres autem ejus radii
lucent multa inter astra nocte intempesta;
quam canem Orionis vulgari-appellatione vocant:
30 splendidissima quidem hæc est, exitiale vero signum est,
atque immittit magnum æstum miseris mortalibus:
sic hujus æs splendebat circa pectora currentis.
Ejulabat vero senex, caputque pulsabat manibus
in-altum sublatis, magnoque edito-ejulatu clamabat,
35 supplex-orans dilectum filium: is vero ante portas
stabat, vehementer animo-ardens cum-Achille pugnare;
eum tamen senex miserabiliter affatus-est, manus extendens:

Hector, ne mihi mane, dilecte fili, virum hunc
solus, seorsum-ab aliis; ut ne mox mortem assequaris,
40 a-Pelida domitus: quandoquidem longe viribus-præstat.
Crudelis, utinam diis carus tantum esset,
quantum mihi; cito eum canes et vultures vorarent
jacentem: certe mihi gravis ex præcordiis dolor abiret.
Iste me filiis multisque et strenuis orbum fecit, *alios*
45 interficiens, et *alios* vendens insulas in longinquas.
Etenim nunc duos filios, Lycaonem et Polydorum,
non possum videre, Trojanis in urbem conclusis,
quos mihi Laothe peperit, præcellens mulieribus.
At si quidem vivunt in exercitu *hostium*, certe postmodum
50 æreque auroque redimemus; est enim domi:
multa enim dedit filiæ senex fama-inclytus Altes.
Si vero jam mortui-sunt; et in Orci domo,
dolor meo animo et matri, qui genuimus;
populo autem cetero brevior dolor

55 erit, modo non et tu moriaris, ab-Achille domitus.
Sed ingredere murum, mi fili, ut serves
Trojanos et Trojanas, nec magnam gloriam præbeas
Pelidæ, ipseque dilecta vita priveris.
Præterea et mei infelicis adhuc sani miserere,
60 calamitosi, quem pater Saturnius in senectutis limine
fortuna in acerba perdet, mala multa expertum,
filiosque interemtos, raptasque filias,
et thalamos direptos, et infantes liberos
allisos terræ, in gravi cæde,
65 tractasque nurus perniciosis sub manibus Achivorum.
Ipsum vero forsitan extremum me canes in-primis foribus
cruda-vorantes raptabunt, postquam aliquis acuto ære
cominus- vel eminus-feriens ex artubus animam eripuerit,
quos nutrivi in ædibus, mensæ-participes janitores,
70 qui meo sanguine hausto, rabiosi valde animis,
jacebunt in vestibulis. Juveni autem domnino decorum-est,
pugna-cæso, lacerato acuto ære,
jacere; omnia vero honestia etiam mortuo, quicquid apparuerit:
sed quum jam canumque caput, canamque barbam,
75 pudendaque deturpent canes occisi senis,
hoc utique miserrimum accidit miseris mortalibus.

Dixit senex, canosque capillos extrahebat manibus
vellens e capite: neque Hectori animum flectebat.
Mater vero rursus ex-alia-parte lamentabatur lacrimans.
80 sinum denudans, altera autem *manu* mamillam exseruit;
et illum lacrimas-fundens verbis alatis allocuta-est:

Hector, fili mi, et hæc reverere, et mei miserere
ipsius: si-unquam tibi vagitus-sedantem mammam præbui,
horum reminiscere, care fili; arceque infestum virum
85 mœnia ingressus: neu primus-pugnator stes ipsi;
ferox: si enim te interemerit, haudquaquam te ego
deflebo in lectis, carum germen, quem peperi ipsa,
neque uxor magnifice-dotata; seorsum autem te longe a-nobis
Argivorum apud naves canes veloces comedent.

90 Sic hi lugentes alloquebantur dilectum filium,
multis supplicantes; neque Hectori animum flectebant:
sed is manebat Achillem ingentem propius accedentem.
Ut vero draco ad lustrum silvester virum manet,
pastus mala gramina; subit autem eum ira gravis,
95 horrendumque aspicit, convolvens-se circa latibulum:
sic Hector, inextinctum habens robur, non recedebat,
turrim ad prominentem fulgido clypeo acclinato.
Indignabundus vero dixit ad suum magnum animum:

Hei mihi, si quidem portas et mœnia ingressus-fuero,
100 Polydamas me primus probris onerabit,
qui me hortatus-est Trojanos ad urbem ducere,
noctem sub istam, exitialem, quam exortus-est divinus Achilles.
At ego non parui: certe multo utilius fuisset:
nunc vero postquam perdidi populum pertinacia mea,
105 verecundor Trojanos et Trojanas longa-pepla-trahentes,
ne-quando quis dicat deterior alius me;
Hector suis viribus fretus perdidit populum.
Sic dicent: mihi vero tunc multo satius esset,
contra *pugnando* aut Achille interfecto redire,
110 aut *me* ipsum cadere glorioso pro urbe.
Quod si clypeum quidem deposuero umbone-munitum,
et cassidem validam, hastaque ad murum acclinata,
ipse profectus Achilli eximio obvius venero,
et ei pollicear Helenam, et opes cum ipsa
115 omnes prorsus, quascunque Alexander cavis in navibus
duxit ad-Trojam, quæ fuit certaminis origo,
daturum *me* Atridis abducendas, simulque præterea Achivis
alias distributurum, quascunque urbs hæc abditas-habet:
a-Trojanis vero deinde honorabile jusjurandum exigam,
120 nihil occultaturos, sed bifariam omnia divisuros....
[opes quascunque urbs amœna intus continet.]
Sed cur mihi hæc meus secum-disserit animus?
Vereor ne ei ego quidem supplicem profectus; is vero mei non misereatur,
nec quicquam me revereatur, interficiat vero me inermem,
125 sic, tanquam mulierem, postquam arma exuero.
Non sane ullo-modo nunc licet a quercu neque a petra
cum-hoc confabulari, ceu virgo juvenisque.
[virgo juvenisque confabulantur inter-se.]
Satius vero certamine congredi: ut-quam celerrime
130 videamus, utri Olympius gloriam sit-præbiturus.
Hæc animo-versabat manens: at eum prope accessit Achilles,
par Marti, galeam-quassanti bellatori,
vibrans Peliacam hastam ad dextrum humerum
terribilem; circum vero æs splendebat simile fulgori
135 vel ignis ardentis, vel solis orientis.
Hectorem vero, ut vidit, cepit tremor; neque amplius sustinuit
illic manere, a-tergo autem portas reliquit, abiitque perterritus.
Pelides vero irruit, pedibus rapidis fretus.
Veluti circus in-montibus, velocissimus volucrum,
140 facile impetum-dat in pavidam columbam:
hæc autem oblique fugit: iste vero prope acute clangens,
crebris impetibus-sequitur, capereque *illam* eum animus jubet:

sic ille ardens recta involabat: sed trepidus-fugiebat Hector
muro sub Trojanorum, velociaque genua movebat.
145 Hi vero præter speculam et caprificum ventosam
murum usque subter per viam-publicam rapido-curu-ruebant,
ad-scaturiginesque pervenere pulcre-fluentes, ubi fontes
duo erumpunt Scamandri vorticosi.
Alter quidem aqua calida fluit, circumque fumus
150 oritur ex ipso, velut *ab* igne ardenti:
alter vero æstate profluit similis grandini,
vel nivi frigidæ, vel ex aqua *concretæ* glaciei.
Illic autem ad ipsos labra-ad-lavandum lata prope sunt,
pulcra, lapidea, ubi vestes speciosas
155 lavabant Trojanorum uxores pulcræque filiæ,
olim tempore pacis, priusquam venissent filii Achivorum.
Hac prætercurrêre, *alter* fugiens, alter vero pone persequens:
ante quidem fortis fugiebat, persequebatur vero eum multo præstantior
rapide: nam non victimam, nec bovis-pellem
160 assequi-conabantur, qualia pedibus (*cursus*) præmia sunt virorum;
sed de anima currebant Hectoris equûm-domitoris.
Ut vero quum adsueti-vincere circa metas solidis-ungulis equi
celeriter admodum currunt; et magnum propositum-est præmium,
vel tripes, vel mulier, viri *in honorem* defuncti:
165 sic hi ter *circa* Priami urbem gyro-circum-acti-sunt
rapidis pedibus: dii vero omnes spectabant.
His autem sermonem orsus-est pater hominumque deûmque:

Proh dii, profecto dilectum virum agitari circa murum
oculis video: meum autem dolet cor
170 de-Hectore, qui mihi multa boum femora adolevit,
Idæ in verticibus multas-convalles-habentis; interdum etiam
in urbe summa (*arce*): nunc vero eum divinus Achilles
urbem circa Priami pedibus velocibus insequitur.
Sed agite, deliberate, dii, et consultate,
175 utrum eum e morte salvum eripiemus, an eum jam
per-Peliden Achillem domabimus, strenuus licet-sit.

Hunc vero allocuta-est dea cæsiis Minerva:
o pater, candidi-fulminis-missor, atras-nubes-cogens, quale dixisti!
virum mortalis qui-sit, pridem destinatum fato,
180 jam vis a-morte luctuosa liberare?
Fac: at non tibi omnes assentiemur dii ceteri.

Hanc autem respondens affatus-est nubes-cogens Jupiter:
bono-esto-animo, Tritonia, dilecta filia: neutiquam animo
serio loquor: volo autem tibi mitis esse:
185 fac, prout tibi animus est, neu cessa.

Sic locutus, impulit antea paratam-animo Minervam;

descendit autem *ea* ab Olympi verticibus concita.

Hectorem vero indesinenter urgens sequebatur celer Achilles.
Ut vero quum hinnulum in-montibus cervæ canis insequitur,
190 excitatum e cubili, perque convalles et per fruticeta;
eum autem, etiamsi lateat metu-perculsus sub arbusto,
tamen vestigia-legens currit perpetuo, donec inveniat:
sic Hector non latebat pedibus-velocem Peliden.
Quoties vero impetum-sumeret ad-portas Dardanias
195 recta irruere, bene-ædificatas versus turres,
si quo-modo ei desuper auxiliarentur telis:
toties eum *Achilles* ante avertebat, præveniens,
in campum: ipse autem prope urbem volabat semper.
Ut vero in somno non potest *persequens* fugientem consequi;
200 neque alter alterum potest effugere, neque alter consequi:
sic hic illum non poterat assequi pedibus, neque ille effugere.
Quomodo vero Hector fata effugere-potuisset mortis,
nisi ei postremumque et ultimum occurrisset Apollo
prope, qui ei excitavit robur velociaque genua?

205 Copiis autem renuebat capite divinus Achilles,
nec sinebat mittere in Hectorem amara tela:
nequis gloriam auferret percutiens, at ipse secundus veniret.
Sed quando jam quartum ad scaturigines pervenerant,
tum vero aureas pater attollebat lances,
210 imposuitque duo fata longe-sternentis mortis,
hoc quidem, Achillis, illud vero, Hectoris equûm-domitoris;
sustinuitque medias prehensas: inclinata-est autem Hectoris fatalis dies,
descenditque ad Orcum; reliquitque eum Phœbus Apollo.
Ad Pelidenque accessit dea cæsiis-oculis Minerva,
215 et prope stans verbis alatis allocuta-est:

Nunc demum nos spero, Jovi dilecte, splendide Achille,
relaturos magnam gloriam Achivis, ad naves,
Hectore cæso, pugnæ insatiabilis licet sit.
Non ei nunc amplius certe licet nos effugere,
220 ne si quidem perquam multum laboret sagittans Apollo,
advolvens-se-pedibus patris Jovis ægidem-tenentis.
Sed tu quidem nunc sta et respira; huic vero ego tecum,
accedens persuadebo, adversus ut-pugnet.

Sic dixit Minerva; ille vero paruit, gavisusque-est animo:
225 stetit autem fraxino ære-præfixæ innixus.
Hæc vero hunc quidem reliquit, assecutaque-est Hectorem divinum,
Deiphobo se-assimilans corpore et indefessa voce;
prope autem stans verbis alatis *eum* allocuta-est:

Mi-frater, profecto admodum jam te urget celer Achilles,

230

urbem circa Priami pedibus velocibus persequens:
sed age jam stemus, et resistamus *ei* manentes.

Hanc autem vicissim allocutus-est ingens galeam-motans Hector:
Deiphobe, profecto quidem mihi antea multo carissimus eras fratrum,
quos Hecuba ac Priamus genuit filios:
235 nunc vero adhuc etiam magis cogito animo honorare *te,*
qui sustinuisti mei gratia, ut vidisti oculis,
mœnibus egredi, ceteri vero intus manent.

Hunc autem rursus allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
Mi-frater, profecto quidem multum pater et veneranda mater
240 supplicabant, deinceps genua-amplectentes, circùm et sodales,
illic ut-manerem; adeo enim metu-tremunt omnes:
sed meus-intus animus conficiebatur dolore gravi.
Nunc vero adversi fortiter pugnemus, neque hastarum
sit parcimonia, ut videamus, utrum Achilles,
245 nobis interfectis, spolia sanguinolenta referat
naves ad cavas, an tua hasta dometur.

Sic locuta, continuo astu præivit Minerva.
Illi vero quum jam prope essent in alterum-alter vadentes,
hunc prior allocutus-est magnus galeam-motans Hector:

250 Non te amplius, Pelei fili, fugiam, sicut antea:
ter circa urbem magnam Priami fugi, nec unquam sustinui
manere *te* ingredientem; nunc vero me animus impulit
stare contra te: interimam certe, vel interimar.
Sed agedum huc deos inter-nos-demus *testes;* hi enim optimi
255 testes erunt et custodes pactorum:
non enim ego te immaniter deturpabo, si mihi Jupiter
dederit victoriam, tuamque animam abstulero;
at postquam tibi detraxero pulcra arma, Achille,
cadaver Achivis reddam: sec et tu facito.

260 Illum vero torve intuitus allocutus-est pedibus velox Achilles:
Hector, ne mihi, acerbissime, pacta memora.
Ut non sunt leonibus et hominibus fœdera fida,
nec lupique et agni concordem animum habent,
sed hostili animo-sunt perpetuo in-se-invicem:
265 sic non est me et te amice-pacisci, nec prorsus nobis
fœdera erunt, antequam utique alter stratus
sanguine satiarit Martem, inexpletum bellatorem.
Omnigenæ virtutis recordare: nunc te admodum oportet
hastæque-vibratorem esse et audacem bellatorem.
270 Non tibi amplius est effugium; statim vero te Pallas Minerva
hasta mea domabit: nunc vero simul omnes lues
dolores meorum sociorum, quos interfecisti hasta furens.

Dixit, et vibratam emisit longæ-umbræ hastam.
Et hanc quidem ex-adverso conspectam evitavit splendidus Hector:
275 subsedit enim prævidens, ac supervolavit ærea hasta,
et terræ infixa-est: evulsit vero *eam* Pallas Minerva,
et Achilli reddidit, latuitque Hectorem, pastorem virorum.
Hector vero allocutus-est eximium Peliden:

Aberrasti, necdum utique, diis similis Achille,
280 ex Jove noras meum fatum; ac certe dixisti;
sed aliquis apta-loquens et subdolus eras verbis,
ut tui præ-metu animorum virtutisque obliviscerer!
Haud tamen mihi fugienti dorso hastam infiges,
sed recta irruenti per pectora adige,
285 si tibi dedit deus: nunc vicissim meam hastam evita
æream; utinam jam tuo in corpore totam recipias:
tum certe levius bellum Trojanis esset,
te interfecto: tu enim *es* ipsis pernicies maxima.

Dixit, et vibratam emisit longæ-umbræ hastam,
290 et percussit Pelidæ medium scutum, neque aberravit:
longe vero excussa-est scuto hasta. Iratus-est autem Hector,
quod sibi telum velox irritum evolasset e-manu:
Stetitque vultu-dejecto, nec aliam habebat fraxineam hastam:
Deiphobum vero vocabat albo-clypeo, alte clamans;
295 poscebat eum hastam longam: is vero non ipsi prope erat.
Hector autem sensit suo in animo, dixitque:

Eheu, profecto omnino jam me dii ad-mortem vocarunt:
Deiphobum enim ego putabam heroem adesse;
sed ille quidem in muro *stat,* me vero decepit Minerva.
300 Nunc autem jam prope *est* mihi mors exitialis, nec longe;
neque *est* effugium: certe enim olim hoc gratum erat
Jovique, et Jovis filio, Longe-jaculanti; qui tamen me antea
lubentes e-periculis-eripuere: nunc vero me fatum assequitur:
haud tamen ignaviter certe et inglorie perierim,
305 sed magnificum aliquid faciens et quod-posteris audiatur.

Sic igitur fatus, strinxit ensem acutum,
qui ei ad latus pendebat magnusque validusque.
Impetum dedit collectus, velut aquila altivolans,
quæ descendit in-campum per nubes opacas,
310 raptura vel agnam teneram, vel pavidum leporem:
sic Hector impetum-dedit, vibrans ensem acutum.
Irruit et Achilles, ira autem sibi-impleverat animum
atroci; ac scutum pectori prætendit
pulcrum, artificiose-factum: galea autem nutabat fulgida,
315 quatuor-conos-habenti; pulcræque motabantur-concussæ comæ
aureæ, quas Vulcanus fuderat circa conum densas.

Qualis vero stella procedit inter stellas nocte intempesta
Hesperus, quæ pulcerrima in cœlo posita-est stella:
sic ab-hasta *fulgor* emicabat peracuta, quam Achilles
320 vibrabat dextera, struens malum Hectori divino,
inspiciens corpus pulcrum, ubi reciperet-vulnus facillime.
Hujus autem e-ceteris-partibus tantum tegebant corpus æra arma,
pulcra, quibus Patrocli vim exuerat occisi:
apparebat vero *ea pars* qua claviculæ ab humeris cervicem destinent,
325 jugulum, ubi animæ citissima pernicies:
hac in eum ardenter-ruens feriit hasta divinus Achilles;
prorsus autem teneram per cervicem abiit cuspis.
Nec tamen arteriam faxinus abscidit ære-gravis,
ut aliquid ipsum *Hector* alloqueretur respondens verbis.
330 Cecidit autem in pulvere; et super-*eo*-gloriatus est divinus Achilles:

Hector, at aliquando putabas, Patroclum interfectum-spolians,
salvum *te* fore, me autem nihil veritus-es absentem.
Stulte, hujus enim seorsum ultor longe fortior
navibus in cavis ego post relictus-eram,
335 qui tibi genua solvi: te quidem canes et alites
lacerabunt turpiter illi vero exsequias facient Achivi.

Illumque languens allocutus-est galam-motans Hector:
supplex-oro, per animam et genua, tuosque parentes,
ne me sinas apud naves canes dilaniatum-vorare Achivorum:
340 sed tu quidem æsque abunde, aurumque accipe,
dona, quæ tibi dabunt pater et veneranda mater:
corpus autem domum meum reddito, ut rogi me
Trojani et Trojanorum uxores participem-faciant mortuum.

Hunc autem torve intuitus affatus-est pedibus velox Achilles:
345 ne me, canis, *per* genua supplex-precare, neu *per* parentes:
utinam enim ullo-pacto ipsum me furor et animus stimularet,
crudas dissecans *tuas* carnes ut-comederem, quum-talia in-me feceris:
adeo non est, qui tuo canes a-capite arceat;
ne si quidem deciesque et vicies-tanta dona
350 appenderint huc adducentes, promiserintque etiam alia;
nec si te ipsum auro compensari jubeat
Dardanides Priamus: ne sic quidem te veneranda mater
impositum lectis deflebit, quem peperit ipsa,
sed canesque et alites totum discerpent.

355 Illum vero jam-moriens allocutus-est galeam motans Hector:
profecto te probe notum aspicio, nec sane eram *tibi*
persuasurus; certe enim tibi ferreus intus *est* animus.
Considera nunc, ne tibi aliqua deorum iræ-causa fiam,
die illo, quando te Paris et Phœbus Apollo,
360 strenuum licet, interiment in Scæis portis.

Sic quidem ipsum locutum finis mortis cooperuit:
anima vero e membris volans ad-Orcum descendit,
suam sortem deflens, relicto vigore et juventa.
Hunc etiam mortuum allocutus-est divinus Achilles:

365 *Tu* morere: fatum vero ego tunc accipiam, quandocunque
Jupiter voluerit perficere, atque immortales dii ceteri.

Dixit, et e mortuo evulsit æream hastam.
Et hanc quidem seorsum posuit, sed ab humeris arma detrahebat
sanguinolenta: ceteri autem circumfusi-sunt filii Achivorum,
370 qui et admirabundi-spectarunt habitum et speciem stupendam
Hectoris: nec ei quis sine-vulnere-inflicto astitit.
Sic veor aliquis dicebat intuitus in proximum alium:

Papæ, certe longe jam mollior tractatu *est*
Hector, quam quando naves incendit igne ardenti.

375 Sic quidem aliquis dicebat, et vulnerabat astans.
Hunc autem ubi spoliarat pedibus-velox divinus Achilles,
stans inter Achivos verba alata dixit:

O amici, Argivorum ductores atque principes,
postquam hunc virum dii *mihi* domuisse dederunt,
380 qui mala multa patravit, quanta non universi ceteri:
eia agite, circa urbem cum armis experiamur,
ut cognoscamus Trojanorum mentem, quamnam habeant;
utrum deserturi-sint arcem summam, hoc strato,
an manere ausint, etiam Hectore non-amplius vivo.
385 Sed cur mihi hæc meus secum-disserit animus?
Jacet ad naves mortuus indefletus, inhumatus,
Patroclus; hujus autem non obliviscar, quoad ego
vivis interero, et mihi cara genua moveantur;
quod si mortuorum oblivio-subit in Orco,
390 tamen ego etiam illic dilecti memor-ero sodalis.
Nunc autem, age, canentes pæana, juvenes Achivorum,
naves ad cavas redeamus, et hunc ducamus.
Retulimus magnam gloriam: interfecimus Hectora divinum,
cui Trojani per urbem, velut deo, vota-faciebant.

395 Dixit, et in-Hectorem divinum indigna moliebatur opera.
Amborum retro pedum perforavit tendines
ad talum-usque a calce, bubulaque innexuit lora,
de curruque ligavit; caput vero trahi sivit:
curruque conscenso, et inclytis armis *in eum* elevatis,
400 scutica-percussit *equos,* ut-currerent; hi autem non inviti volabant.
Ab-illo vero exstitit, dum-trahebatur, pulvis: et circùm comæ
atræ *terræ* admovebantur, caputque totum in pulvere
jacebat, ante venustum: tunc vero Jupiter hostibus

id dederat deturpandum ipsius in patria terra.
405 Sic hujus quidem pulvere-fœdabatur caput totum: at mater
evellebat comam, et nitidum abjecit velum
procul: ejulatumque-edidit admodum altum, filium intuita.
Lamentabaturque miserabiliter pater dilectus, circumque populi
ejulatuque tenebantur, et lamentis per urbem:
410 huic autem maxime erat simile, ac si tota
Ilios excelsa igni cremaretur a culmine.
Populi quidem senem vix tenebant dolore-indignantem,
egredi cupientem portis Dardaniis:
omnes autem supplex-orabat, provolutus in luto,
415 nominatim compellans virum quemque:

Absistite, amici, et me solum sinite, solliciti licet,
egressum urbe, ire ad naves Achivorum:
supplicabo viro huic pernicioso, violentia patranti,
si forte ætatem revereatur, ac misereatur
420 senectutis: etenim et huic pater talis est,
Peleus, qui ipsum genuit et nutrivit, perniciem futurum
Trojanis; maxime autem mihi præ omnibus dolores fecit.
Tot enim mihi filios intermit juventa-florentes:
de-quibus omnibus non tantum lugeo, dolens licet,
425 quantum de-uno, cujus me dolor vehemens deferet in Orcum,
Hectore: utinam obiisset inter manus meas!
sic satiati-fuissemus flentesque, lugentesque,
materque, quæ eum peperit, infelix, atque ego ipse.

Sic dixit flens: adgemebant autem cives.
430 Inter-Trojanas vero Hecuba densum-suspiriis exorsa-est ejulatum:

Fili, ego misera curnam vivam, gravia passa,
te mortuo? qui mihi noctesque et dies
gloria per urbem eras, omnibusque emolumentum,
Trojanisque et Troadibus per urbem, qui te ut deum
435 excipiebant: certe enim ipsis admodum magna gloria esses
vivus: nunc vero mors *te* et fatum occupat.

Sic dixit flens: uxor autem nondum aliquid audierat
de-Hectore; non enim ei aliquis certus nuntius profectus
nuntiarat, quod ei maritus extra mansisset portas:
440 sed illa telam texebat, in secessu-domus altæ,
duplicem *vestem* purpuream, et opera-picta varia sparsim-intexebat.
Jusserat autem ancillas comis-pulcras per domum
circumdare igne positum tripodem magnum, ut essent
Hectori calida lavacra et pugna reverso:
445 demens, neque sciebat, quod ipsum admodum procul a-lavacris
manibus Achillis domuerat cæsiis-oculis Minerva.
Ejulatum vero exaudiit et lamentationem a turri;

ejusque continuo succussi-sunt artus, humique ei excidit radius;
ipsaque statim inter-ancillas comis-pulcras locuta-est:

450 Adeste, duæ me sequimini: videam, quænam opera facta-sint.
Venerandæ socrus vocem audivi, ac mihi ipsi in
pectoribus salit cor *sursum* ad os, subtusque genua
glaciantur: prope certe aliquod malum Priami filiis.
Utinam *procul* ab aure sit mea verbum! sed perquam graviter
455 timeo, ne jam mihi audacem Hectorem divinus Achilles
solum interclusum ab-urbe, in-campum agitet,
et jam eum cessare-faciat a-fortitudine exitiali,
quæ ipsum tenebat: quippe nunquam in turba manebat virorum;
sed longe procurrebat, sua animi-vi nulli cedens

460 Sic locuta, per domum ruit, lymphatæ similis,
vehementer-palpitans corde; simulque ancillæ ibant cum-ipsa.
At quum ad-turrimque et hominum pervenisset turbam,
stetit circumspiciens in muro: illumque animadvertit
raptatum ante urbem; celeres vero eum equi
465 raptabant immaniter cavas ad naves Achivorum.
Illi vero oculos obscura nox cooperuit:
collapsaque-est retro, et animam efflavit.
Procul vero a capite fudit redimicula speciosa,
crinale, reticulumque atque textilem mitram,
470 velumque, quod ei dedit aurea Venus,
die illo, quo ipsam galeam-motans duxit Hector
e domo Eetionis, postquam dederat infinita dona-sponsalia.
Circum vero ipsam gloresque et fratriæ frequentes stabant,
quæ ipsam inter se tenebant præ-dolore-cupidam interitus.
475 Ea vero ut ad-se-rediit, et in præcordia anima collecta-est,
exorsa ejulatum, inter Trojanas dixit:

Hector, ego infelix! eodem igitur nati-sumus fato
ambo, tu quidem in Troja Priami in-domo,
ego autem Thebis infra Placum silvosam,
480 in domo Eetionis, qui me enutriit, parvula quum-essem,
infelix infelicem: utinam non genuisset!
Nunc vero tu quidem in-Orci domos, sub latebris terræ,
abis, ac me gravissimo in luctu relinquis
viduam in ædibus: filius autem adhuc infans sic *est,*
485 quem genuimus tuque egoque, calamitosi: nec tu huic
eris, Hector, emolumento: quippe occubuisti; nec tibi hic.
Etsi enim bellum quidem effugerit lacrimosum Achivorum,
semper tamen ei labor et mala in-posterum
erunt: alii enim ei terminis-mutatis-adiment agros.
490 Dies vero pupillaris omnibus-æqualibus-destitutum puerum reddit:
semperque dejecto-est-vultu, lacrimisque-madidæ-sunt genæ.

Egens autem vadit puer ad patris sodales,
alium quidem læna prensans, alium vero tunica:
horum autem miserantium pocillum aliquis tantillum admovet,
495 ac labra quidem rigat, palatum vero non rigat.
Hunc et *aliquis* utroque-parente-vivo-florens e convivio exturbat,
manibus verberans, et probris insectans:
«abi-in-malam-rem sic; non tuus utique pater convivatur nobiscum.»
Lacrimabundus autem redit puer ad matrem viduam,
500 Astyanax, qui ante quidem sui super genibus patris
medullam tantum comedebat, et ovium pinguem adipem:
ac quando somnus occuparet, desiissetque pueriliter-lusitare,
dormiebat in lectis, in ulnis nutricis,
cubili in molli, deliciis repletus corde.
505 Nunc vero multa patietur, caro patre privatus,
Astyanax, ut-eum Trojani cognomine vocant:
solus enim ipsis, *Hector,* defendebas portas et muros altos.
Nunc vero te quidem ad naves recurvas, procul a-parentibus,
mobiles vermes edent, postquam *te* canes se-satiaverint,
510 nudum: at tibi vestes in ædibus jacent,
tenuesque et venustæ, factæ manibus mulierum.
Verum enimvero hæc omnia comburam igne ardenti,
nihil tibi utique usui *futura,* quippe non jacebis in-ipsis;
sed apud Trojanos et Trojanas gloria *tibi* sunto.
515 Sic dixit flens: adgemebant autem mulieres.

Iliadis XXIII.—Ludi in honorem Patrocli.

ARGUMENT: FUNERAL GAMES IN HONOUR OF PATROCLUS.

Achilles and the Myrmidons do honours to the body of Patroclus. After the funeral feast he retires to the sea-shore, where, falling asleep, the ghost of his friend appears to him, and demands the rites of burial; the next morning the soldiers are sent with mules and waggons to fetch wood for the pyre. The funeral procession, and the offering their hair to the dead. Achilles sacrifices several animals, and lastly twelve Trojan captives, at the pile; then sets fire to it. He pays libations to the Winds, which (at the instance of Iris) rise, and raise the flames. When the pile has burned all night, they gather the bones, place them in an urn of gold, and raise the tomb. Achilles institutes the funeral games: the chariot-race, the fight of the caestus, the wrestling, the foot-race, the single combat, the discus, the shooting with arrows, the darting the javelin: the various descriptions of which, and the various success of the several antagonists, make the greatest part of the book.

In this book ends the thirtieth day. The night following, the ghost of Patroclus

appears to Achilles: the one-and-thirtieth day is employed in felling the timber for the pile: the two-and-thirtieth in burning it; and the three-and-thirtieth in the games. The scene is generally on the sea-shore.

TEXT:

1 Sic hi quidem ingemiscebant per urbem: at Achivi
postquam ad-navesque et Hellespontum pervenerant,
alii quidem dispersi-ibant suam ad navem quisque:
Myrmidones vero non sinebat dispersos-abire Achilles,
5 sed is inter-suos socios bellicosos dixit:

Myrmidones pernicibus-equis, mei cari socii,
ne jam sub curribus solvamus solidis-ungulis equos,
sed cum-ipsis equis et curribus proprius accedentes,
Patroclum defleamus: hic enim honor est mortuorum.
10 At postquam tristi satiati-fuerimus ploratu,
equis solutis cœnabimus hic omnes.

Sic dixit: illi autem ejulabantur frequentes: præibat vero Achilles.
Hi ter circa mortuum pulcre-jubatos egerunt equos
lugentes; interque ipsos Thetis fletus desiderium excitavit.
15 Rigabantur arenæ, rigabantur et arma virorum
lacrimis: talem enim desiderabant artificem fugæ *hostium.*
Illis-autem Pelides densum-suspiriis exorsus-est planctum,
manibus homicidis impositis pectori sodalis:

Salvete mihi, o Patrocle, etiam in Orci domo:
20 omnia enim jam tibi perficiam, quæ antea pollicitus-sum:
me Hectorem huc tractum daturum canibus, crudum ut-discerpant,
duodecim autem ante pyram cervices-abscissurum
Trojanorum claris filiis, de-te interfecto iratum.

Dixit, et in Hectorem divinum indigna moliebatur opera,
25 pronum ad feretrum Menœtiadæ extendens
in pulveribus: illi vero arma sibi-exuebant quisque
ærea, coruscantia; solvebantque altisonos equos;
ac consederunt juxta navem pedibus-velocis Æacidæ
frequentissimi; at is eis epulum-funebre lautum præbebat.
30 Multi quidem boves candidi palpitabant circa ferrum,
dum-jugulabantur, multæque oves et balantes capræ:
multique albis-dentibus sues, florentes pinguedine,
torrendi extendebantur per flammam Vulcani:
undique autem circum cadaver plurimus fluebat sanguis.

35 Ac regem quidem, pedibus-celerem Peliden,
ad Agamemnonem divinum ducebant reges Achivorum,
ægre persuadentes ob-sodalem irato corde.

Illi vero quum jam ad tentorium Agamemnonis venisset euntes,
statim *is* præconibus argutis-voce imperavit,
40 in igne ponerent tripodem magnum; si persuadere-possent
Pelidæ, ut-ablueret-sibi tabum cruentum.
At is recusabat constanter, insuper et jusjurandum juravit:

Non per Jovem, qui deorum summus *est* et optimus,
non fas est lavacra ad-caput prope accedere,
45 antequam Patroclum imposuero igni, tumulumque injecero,
totonderoque comam: quippe haud mihi posthac iterum sic
invadet dolor cor, quamdiu vivis interero.
At tamen nunc quidem inviso pareamus epulo, *ad id vocati:*
mane vero *eos* excita, rex virorum Agamemno,
50 lignaque comportent, apponantque, uti (*qualia*) par *est*
mortuum habere, ut-subeat tenebras obscuras:
ut hunc quidem comburat indefessus ignis
ocyus ab oculis, copiæque ad *sua* opera revertantur.

Sic dixit: illi autem ei maxime auscultarunt ac paruerunt.
55 Sedulo vero cœna parata, singuli
convivabantur; nec quicquam animus indigebat epuli æqui.
Sed postquam potus et cibi desiderium exemerant,
alii quidem decubituri iverunt ad tentorium quisque.

Pelides vero in litore multo-strepitu-resonantis maris
60 Jacebat graviter-gemens, multos inter Myrmidonas,
in *loco* puro, ubi fluctus litus alluebant:
quando eum somnus cepit, solvens curas animi,
suavis circumfusus: valde enim lassatus-erat pulcris membris
Hectorem persequendo ad Ilium ventosum.
65 Supervenit vero anima Patrocli miseri,
in-omnibus ipsi, magnitudineque et oculis pulcris, similis,
et voce; et tales corpore vestes induta-erat:
constitit autem super capite, et eum sermone allocutus-est:

Dormis, et mei oblitus es, Achille?
70 non quidem me viventem negligebas, sed mortuum *negligis:*
sepeli me quam citissime, portas Orci *ut* intrem.
Procul me arcent animæ, simulacra defunctorum,
nec me omnino se-adire trans flumen sinunt:
sed sic erro circum instructam-latis-portis Orci domum.
75 Et mihi da tuam manum, obtestor: non enim amplius posthac
redibo ex Orco, postquam me ignis participem-feceritis.
Haudquaquam enim vivi dilectis seorsum a-sociis
consilia sedentes meditabimur; sed me quidem Fatum
absorbuit invisum, quod sortito-obvenit etiam nascenti.
80 Et vero tibi ipsi fatum *est,* diis similis Achille,
muro sub Trojanorum nobilium perire.

Aliud autem tibi dicam et mandabo, si obsequi velis.
Ne mea a-tuis seorsum condas ossa, Achille;
sed simul, sicut nutriti-fuimus in vestris ædibus,
85 quando me, parvulus quum-essem, Menœtius ex Opunte
duxit ad-vestram *domum,* homicidium propter triste,
die illo, quando filium interfeci Amphidamantis,
imprudens, invitus, de talis iratus;
tum me exceptum in ædibus eques Peleus
90 nutrivitque diligenter, et tuum famulum nominavit:
sic vero et ossa nobis idem loculus contegat,
aurea amphora, quam tibi dedit veneranda mater.

Illum vero respondens allocutus-est pedibus velox Achilles:
cur mihi, venerandum caput, huc venisti,
95 et mihi hæc singula mandas? atqui ego tibi
omnia maxime perficiam, et obsequar, ut tu jubes.
Sed mihi propius asta: paululum saltem complexi
nos-invicem, tristi satiemur fletu.

Sic igitur fatus, captavit-protensis manibus caris,
100 nec prehendit; anima enim sub terram, tanquam fumus,
abiit stridens. Attonitus vero exsurrexit Achilles,
manibusque complosit, verbumque lugubre dixit:

Dii boni, certe aliqua est et in Orci ædibus
anima et simulacrum: sed præcordia non insunt omnino.
105 Pernox enim mihi Patrocli miseri
anima superstitit ploransque, lugensque,
et mihi singula præcepit: similis autem erat mirifice ipsi.

Sic dixit: illis vero omnibus desiderium excitavit fletus;
lugentibus autem illis apparuit roseis-digitis Aurora
110 circa mortuum miserandum. At rex Agamemno
mulosque excivit et viros, qui-conveherent ligna,
undique e tentoriis; insuperque vir strenuus exortus-est,
Meriones, famulus virtutem-amantis Idomenei.
Hi vero ibant materiæ-cædendæ secures in manibus ferentes,
115 funeque bene-tortos; ac muli præibant ipsos:
multa vero ardua, declivia, accliviaque, transversaque transierunt.
Sed quum jam ad-saltus venerunt irriguæ-fontibus-Idæ,
protinus quercus alte-comantes longa-acie-munito ære
cædebant festinantes; eæ vero magnum sonitum-edentes
120 cadebant: has quidem deinde diffindentes Achivi,
alligabant mulis; hi vero terram pedibus carpebant,
cupientes campum, per senticeta densa.
Omnes autem lignatores stipites ferebant: sic enim jusserat
Meriones, famulus amantis-virtutem Idomenei.
125 Atque in litore *eos* dejecerunt ordine, ubi Achilles

designaverat Patroclo magnum sepulcrum, ac sibi ipsi.

At postquam undique apposuerant immensam materiem,
considebant ibidem manentes conferti: atque Achilles
confestim Myrmidonas bellicosos jussit
130 ære cingi, jungereque sub curribus quemque
equos: hi vero festini-surrexerunt, et arma induerunt.
Conscenderunt autem currus propugnatores, aurigæque:
ante quidem curribus-vecti, pone vero nubes sequebatur peditum,
frequentissimi: in mediis autem ferebant Patroclum socii.
135 Capillis vero totum mortuum-tegebant, quos injiciebant
tondentes: pone autem caput *ejus* tenebat divinus Achilles
mœstus: sodalem enim eximium efferebat ad-Orcum.

Illi vero ut ad-locum pervenerant, ubi ipsis indicarat Achilles,
eum deposuere; statimque ei affatim accumularunt materiam.
140 Tum rursus aliud cogitavit pedibus-velox divinus Achilles:
stans seorsum a-pyra, flavam sibi-abscidit comam,
quam Sperchio fluvio alebat florescentem:
ingemiscens autem dixit, spectans in nigrum pontem:

Sperchie, frustra tibi-utqieu pater vovit Peleus,
145 illuc me reversum dilectam in patriam terram,
tibique comam abscisurum, mactaturumque scaram hecatomben;
quinquaginta insuper masculas ibidem oves sacrificaturum
ad fontes, ubi tibi ager-sacer altareque odoratum.
Sic vovit senex, tu vero ei mentem non perfecisti.
150 Nunc autem quia non redibo dilectam in patriam terram,
Patroclo heroi comam dedero secum-ferendam.

Sic fatus, in manibus dilecti sodalis comam
posuit: his autem omnibus desiderium excitavit fletus.
Et certe lamentantibus occidisset lumen Solis,
155 nisi Achilles statim Agamemnoni dixisset astans:

Atride: tibi enim maxime certe populus Achivorum
parebunt dictis: fletu quidem licet etiam *alias* satiari.
Nunc autem a pyra dimitte, et cœnam jube
parari: hæc vero curabimus, ad-quos maxime
160 cura-justorum pertinet mortui: sed duces nobiscum maneant.

Atque ut hoc audivit rex virorum Agamemno,
confestim populum quidem dimisit per naves æquales;
funeratores autem ibidem manserunt, et accumularunt ligna;
struxerunt vero pyram centum-pedum quaquaversus;
165 et in pyra summa cadaver posuerunt, dolentes corde.
Multas autem pingues oves et pedes-trahentes camuros boves
ante pyram excoriarunt et curarunt; at ex omnibus
adipe sumta, obtexit cadaver magnanimus Achilles

ad pedes a capite, circumque excoriata corpora accumulabat;
170 imposuit et mellis et olei amphoras,
ad feretrum acclinans: quatuorque arduis-cervicibus equos
festinanter injecit pyræ, magnos edens-gemitus.
Novem huic regi (*Patroclo*) mensarii canes erant:
horum etiam injecit pyræ duos obtruncatos:
175 duodecim et Troum magnanimorum filios strenuos,
ære cædens: mala vero animo struebat opera:
immisit denique ignis vim invictam, ut depasceret.
Ejulavitque deinde, carumque nomine-ciebat sodalem:

Salve mihi, o Patrocle, etiam in Orci domo:
180 omnia enim jam tibi perficio, quæ antea pollicitus-sum.
Duodecim quidem Troum magnanimorum filios strenuos,
hos una tecum omnes ignis absumit: Hectorem autem neutiquam
dabo Priamiden igni vorandum, sed canibus.

Sic dixit minitans: circa-illum vero canes non occupabantur;
185 sed canes quidem arcebat Jovis filia Venus
per-dies et noctes: rosaceo autem unxit oleo,
divino, ut ne ipsum laceraret raptans.
Huic vero cyaneam nubem induxit Phœbus Apollo
a-cœlo-usque ad-terram, texitque locum totum,
190 quantum obtinebat cadaver; ne prius vis Solis
siccaret circumcirca corpus cum-nervis atque artubus.

Neque pyra Patrocli ardebat mortui.
Ibi rursus alia excogitavit pedibus-velox divinus Achilles,
stans seorsum a-pyra, duobus vota-fecit Ventis,
195 Boreæ et Zephyro, et pollicitus-est sacra pulcra:
multumque etiam libans aureo poculo, supplicabat,
ut-venirent, quo citissime igne comburerent cadaver,
lignaque properent ardere. Velox autem Iris
vota exaudiens internuntia venit ad-Ventos.
200 Illi quidem Zephyri graviter-spirantis frequentes in-domo
convivium celebrabant; currens autem Iris institit
limini lapideo. Illi vero ut *eam* viderunt oculis,
omnes propere surrexere, vocabantque eam ad se quisque;
hæc vero sedere quidem recusavit, dixit autem sermonem:

205 Non *est* sedendum: vadam enim inde super Oceani fluenta,
Æthiopum ad terram, ubi sacrificant hecatombas
immortalibus, ut jam et ego particeps-fiam sacrificiorum.
Sed Achilles Boream et Zephyrum sonorum
venire orat, et pollicetur sacra pulcra,
210 ut pyram suscitetis ad-ardendum, in qua jacet
Patroclus, quem omnes gemunt Achivi.

Hæc quidem sic locuta abiit; illi vero exorti-sunt
sonitu immenso, nubes vi-agentes præ *se.*
Confestim vero ad pontum venere flaturi; excitatusque-est fluctus
215 flatu sub stridulo: Trojamque ad-glebosam pervenere,
ac rogo incubuerunt, valdeque sonuit immane-ardens ignis.
Tota-nocte inde hi pyræ simul flammam jactabant,
flantes stridule: ac tota-nocte velox Achilles
aureo ex cratere, tenens poculum duplex,
220 vinum hauriens in-humum fundebat, rigabatque terram,
animam appellans Patrocli miseri.
Ut vero pater sui filii lamentatur ossa cremans
desponsi, qui mortuus miseros dolore-affecit parentes:
sic Achilles sodalis lamentabatur ossa cremans,
225 reptans propter pyram, crebro ingemescens.

Quando vero Lucifer venit lumen nuntians super terram,
post quem croceo-peplo-induta super mare spargitur Aurora,
tunc pyra elanguit, cessavitque flamma.
Ac Venti rursus abiere domum ut-redirent,
230 Thracium per pontum: hic vero gemebat, tumore-fluctuum furens.
Pelides autem a pyra in-alteram-partem quum-discessisset,
procubuit fessus, et dulcis somnus *ei* cito supervenit.
Illi vero (*reges*) circa Atriden frequentes congregabantur,
quorum adeuntium ipsum tumultus et strepitus excitavit.
235 Resedit vero erectus, et ipsos sermone allocutus-est:

Atrideque, et ceteri principes universorum-Achivorum,
primum quidem pyram exstinguite nigro vino
totam, quantum occupavit ignis vis: ac deinde
ossa Patrocli Menœtiadæ legamus,
240 bene discernentes: cognitu vero facilia sunt:
(in media namque jacebat pyra, ceteri vero seorsum
in-extrema-ora cremabantur promiscue, equique et viri:)
et ea quidem in aurea phiala et duplici adipe
ponamus, donec ipse ego Orco condar.
245 Tumulum autem non admodum magnum ego fieri volo,
sed mediocrem talem: postmodum vero et hunc Achivi
latumque altumque facite, qui quidem post me
in navibus multa-transtra-habentibus relinquemini.

Sic dixit: illi vero obsecuti-sunt pedibus-veloci Pelidæ.
250 Primum quidem pyram exstinxerunt nigro vino,
quantum flamma pervaserat, profundusque corruit cinis:
flentes vero socii mitis ossa alba
collegerunt in auream phialam et duplicem adipem:
in tentoriisque posita tenui linteo texerunt:
255 circuloque-designarunt tumulum, fundamentaque jecerunt

circa pyram: statim autem fusilem terram aggesserunt:
aggesto vero tumulo, redierunt. At Achilles
ibidem populum detinuit, et sedere-fecit, lato-ambitu circum;
e-navibus autem extulit præmia, lebetasque tripodasque,
260 equosque, mulosque, boumque robusta capita,
et feminas pulcre-cinctas, splendidumque ferrum.

Aurigis quidem primum velocibus præclara præmia
posuit, mulierem abducendam, eximia opera scientem,
et tripodem ansatum duarum-et-viginti-mensurarum,
265 primo: sed secundo deinde equam posuit
sexennem, indomitam, fœtum mulum utero-gestantem:
at tertio igni-non-admotum deposuit lebetem,
pulcrum, quatuor mensuras capientem, album adhuc sic (*ut a fabro*);
quarto vero posuit duo auri talenta:
270 quinto autem duplicem phialam ignem-non-expertam posuit.
Stetit vero se-erigens et verba inter Argivos fecit.

Atrideque et ceteri bene-ocreati Achivi,
aurigas hæc præmia exspectantia jacent in circo.
Si quidem nunc alius *viri* gratia certaremus Achivi,
275 tum certe ego prima accepta in-tentorium ferrem.
Scitis enim, quantum mei virtute superant equi;
immortales etenim sunt: Neptunus autem dedit ipsos
patri meo Peleo, is vero vicissim mihi tradidit.
Sed certe quidem ego quiescam, et solidis-ungulis equi:
280 talis enim gloriam eximiam amiserunt aurigæ,
benigni, qui ipsis admodum sæpe liquidum oleum
jubis superfundebat, quum-lavisset aqua limpida.
Hunc hi stantes lugent, soloque ipsis
jubæ profusæ-sunt, ipsique stant dolentes corde.
285 *Vos* vero ceteri accingimini per exercitum, quicunque Achivorum
equisque fidit et curribus coagmentatis.

Sic dixit Pelides; celeres autem aurigæ surrexerunt.
Surrexit multo primus quidem rex virorum Eumelus,
Admeti dilectus filius, qui aurigandi-peritia eximie-ornatus-erat:
290 post hunc autem Tydides surrexit fortis Diomedes,
equosque Troicos duxit-sub jugum, quos quondam abstulit
Æneæ; at ipsum *Æneam* subripuerat Apollo.
Post hunc autem Atrides surrexit flavus Menelaus,
nobilissimus, sub jugumque duxit veloces equos,
295 Æthen Agamemnoniam, suumque Podargum;
illam Agamemnoni dedit Anchisiades Echepolus
donum, ut ne ipsum sequeretur ad Ilium ventosam,
sed domi oblectaretur manens; magnas enim ei dederat
Jupiter opes, habitabat autem hic in spatiosa Sicyone:

300 hanc iste sub jugum duxit, admodum cursus cupidam.
Antilochus autem quartus pulcris-jubis instruxit equos,
Nestoris præclarus filius, magnanimi regis,
Neleidæ; Pylo autem nati ei equi
pedibus-velocibus agebant currum. Pater vero ipsi prope astans
305 dixit in bonum monens, intelligentem etiam per-se:

Antiloche, certe quidem te, juvenem licet, dilexerunt
Jupiterque Neptunusque, et aurigandi-artes docuerunt
omnigenas: ideoque te docere nequaquam multum opus *est.*
Nosti enim recte circa metas *equos* flectere; sed tibi equi
310 *sunt* tardissimi cursu; ideoque puto damnosa eventura.
Horum vero equi quidem sunt perniciores, nec tamen ipsi
plura sciunt te ipso sollerter-machinari.
Sed agedum tu, dilecte, sollertiam reconde animo
omnigenam, ut ne tibi effugiant præmia.
315 Arte etenim faber-lignarius longe præstantior, quam viribus;
arte vero rursus gubernator in nigro ponto
navem celerem dirigit, jactatam ventis:
arte et auriga superat aurigam.
Sed qui quidem equis et curribus suis fretus
320 imprudenter *eos* in latum flectit huc et illuc,
huic equi vagantur per stadium, neque *eos* continet:
qui vero utilia noverit, agens deteriores equos,
semper metam spectans flectit prope, neque eum latet,
quo-pacto primum *eos* agitet-laxatis bubulis loris:
325 sed continet perpetuo, et præcedentem observat.
Metam autem tibi indicabo cognitu-perfacilem, nec te latebit.
Stat lignum aridum, quantum ulna, super terram,
vel quercus, vel laricis, quod quidem non putrescit imbre:
lapides vero ejus ex-utraque-parte positi-sunt duo albi,
330 in concursu viæ: planum autem curriculum-equorum hinc-inde:
seu alicujus monumentum hominis jam-pridem defuncti,
sive hoc meta fuit tempore priscorum hominum;
ac nunc terminum fecit pedibus-velox divinus Achilles.
Huic tu proxime admotos agita juxtà currum et equos:
335 ipse vero inclinator bene-concinnata in sella-currus,
paullulum ad sinistram eorum; at dextrum equum
stimula minaciter-inclamans, laxaque ei habenas manibus.
Ad metam autem tibi equus sinister admoveatur,
ita-ut tibi modiolus utique videatur summum strinxisse
340 rotæ affabre-factæ: in-lapidem vero vites impingere,
ne qua equosque vulneres, et currus confringas:
gaudium vero *hoc* aliis, opprobrium tamen tibi ipsi
erit. Sed, dilecte, si-sapis, cautus esto.
Si enim ad metam prætervectus-fueris urgens,

345 non erit, qui te assequatur perniciter-insecutus, nec prætervehatur,
ne si a-tergo quidem Arionem divinum ageret,
Adrasti velocem equum, qui ex deo genere erat,
aut illos Laomedontis, qui hic nutriti-sunt eximii.

Sic locutus Nestor Neleius iterum in loco
350 resedit, postquam suo filio cujusque *rei* summam dixerat.
Meriones autem quintus pulcris-jubis instruxit equos.
Ascenderunt vero in sellas *curruum,* et sortes injecere *galeæ;*
concutiebat Achilles, et sors exsiliit Nestoridæ
Antilochi: post hunc sortitus-est rex Eumelus;
355 post illum autem Atrides, inclytus-hasta Menelaus:
post eum vero Meriones sortitus-est agere: postremus autem
Tydides, longe fortissimus, sortitus-est agere equos.
Steterunt jam ordine: monstravit autem metas Achilles,
procul in plano campo, juxtàque speculatorem collocavit
360 deo-parem Phœnicem, armigerum patris sui,
ut memor-inspectet cursum, et veritatem referret.

Illi vero simul omnes in equos scuticas sustulerunt,
percusseruntque loris, exhortatique-sunt verbis,
magno-ardore: ii autem ocyus percurrebant campum,
365 procul a-navibus, celeriter: sub pectoribus vero pulvis
surgebat excitatus, tanquam nubes, vel procella:
jubæ autem agitabantur cum flatibus venti.
Currus vero modo quidem terræ appropinquabant almæ,
modo autem sussultabant sublimes: at aurigæ
370 stabant in sellis: palpitabat autem animus cujusque,
victoriæ cupidorum; et hortabatur suos quisque
equos: hi vero volabant pulverem-excitantes per-campum.

Sed quum jam extremum peragerent cursum veloces equi
retro mare versus canum, tum demum virtus cujusque
375 apparuit, statimque equis extendebatur cursus: celeriter vero inde
Pheretiadæ pedibus-veloces eminebant equæ.
Post eas autem eminebant Diomedis masculi equi,
Troici, neque multum aberant, sed admodum prope:
semper enim currum ascensuris similes-erant,
380 flatu vero *narium* Eumeli dorsum, latique humeri,
calefiebant: super ipsum enim capitibus repositis volabant.
Et certe vel prævertisset, vel dubiam *victoriam* fecisset,
nisi Tydei filio iratus-fuisset Phœbus Apollo,
qui ei e manibus excussit scuticam splendidam.
385 Ejus vero ex oculis effusæ-sunt lacrimæ, indignantis,
quod illas quidem videret jam etiam multo fortius euntes,
sui vero divinitus affligerentur, sine stimulo currentes.
Nec sane Minervam fraude-lædens latuit Apollo

Tydiden, valde autem celeriter assecuta-est pastorem virorum;
390 reddiditque ei scuticam, vimque equis immisit.
Ipsa vero Admeti filium succensens accessit,
equinumque ei fregit dea jugem: atque ei equæ
utrinque-extra viam currebant, temoque in terram factus-decidit.
Ipse vero e sella juxta rotam provolutus-est,
395 cubitique ei circumcirca-lacerabantur, osque, naresque;
collisaque-est frons ad supercilia: atque ei oculi
lacrimis impleti-sunt, liquidaque ei hæsit vox.
Tydides vero prævertens dirigebat solidis-ungulis equos,
longe præ-ceteris emicans: nam Minerva
400 equis immisit vim, et ei gloriam imposuit.
Post illum Atrides agebat *equos* flavus Menelaus.
Antilochus vero equos adhortabatur patris sui:

Incumbite, et vos intendite quam celerrime.
Cum-illis quidem *vos* contendere haudquaquam jubeo,
405 Tydidæ equis bellicosi, quibus Minerva
nunc præbuit celeritatem, et ipsi gloriam apposuit.
Sed equos Atridæ assequimini, neu relinquimini,
rapide, ne vobis dedecus offundat
Æthe, femina quum-sit: curnam deficitis, præstantissimi?
410 Sic enim denuntio, et certe perfectum erit:
non *amplius* vobis cura apud Nestorem pastorem virorum
erit, statim autem vos interficiet acuto ære,
si remissi referamus vilius præmium:
verum insequimini, et festinate quam citissime.
415 Hæc autem ego ipse machinabor, ac dispiciam,
angusta in via astu-præterire: neque *hoc* me fallet.

Sic dixit: illi vero domini veriti minas,
acrius cucurrerunt exiguo tempore; statimque inde
angustiam viæ cavæ vidit Antilochus bellicosus:
420 scissura erat terræ, qua hiemalis collecta aqua
eruperat viæ *partem,* profundumque fecerat locum totum:
hac dirigebat Menelaus, rotarum-concursum vitans.
Antilochus autem deflectens impellebat solidis-ungulis equos
extra viam, parumperque avertens insequebatur.
425 Atrides vero extimuit, et Antilochum inclamavit:

Antiloche, temere equos-agis; sed contine equos:
angusta enim via *est;* mox vero latiore præterages:
ne qua utrosque lædas, currui *meo* impingens.

Sic dixit: Antilochus vero adhuc etiam multo magis agebat,
430 stimulo adurgens, tanquam non audienti similis.
Quantus vero disci jactus ab-humero-vibrati est,
quem juvenis emittit vir, tentans vigorem-juvenilem:

tantum cursu-emicarunt: equæ vero cesserunt retro
Atridæ; ipse enim sponte remisit agitare,
435 ne qua colliderentur in via solidis-ungulis equi,
currusque everterent bene-compactos, atque ipsi
in pulveres deciderent, festino-cursu-contendentes de victoria.
Hunc et objurgans allocutus-est flavus Menelaus:

Antiloche, nemo te mortalium perniciosior alius:
440 i-in-malum: quippe non te vere dicebamus sapere Achivi.
Sed certe ne sic quidem sine jurejurando auferes præmium.

Sic locutus, equos exhortatus-est, dixitque:
ne mihi inhibemini neve stetis dolentes corde.
Prius istis pedes et genua lassabuntur,
445 quam vobis; ambo enim privati-sunt juventute.

Sic dixit: illi vero, regis veriti hortatum,
acrius cucurrerunt, statimque ipsis proximi fuerunt.

Argivi vero in circo sedentes spectabant
equos: hi autem volabant pulverem-excitantes per-campum.
450 Primus vero Idomeneus, Cretum dux, visos-agnovit equos;
sedebat enim extra circum ceteris-sublimior in specula.
Illum autem, procul licet-esset, *equos* increpantem ut-audiit,
agnovit; viditque equum insignem *ceteros* prævertentem,
qui quidem cetero quanto *corpore* spadix erat, in fronte vero
455 alba macula erat rotunda, tanquam luna.
Surrexit autem, et sermonem inter Argivos dixit:

O amici, Argivorum ductores atque principes,
solusne ego equos noscito, an et vos?
Alii mihi videntur *nunc* priores esse equi,
460 alius et auriga videtur: illæ vero *equæ* alicubi illic
læsæ-sunt in campo, quæ eousque certe præstantiores erant.
Nempe illas primum vidi metam circumflectentes,
nunc vero nequaquam possum videre: undique autem mihi oculi
Troicum per campum lustrant prospectanti.
465 Aut aurigam fugerunt habenæ, nec potuit *equas*
bene continere circa metam, et non feliciter flexit:
illic ipsum excidisse reor, et currus confregisse;
hæ vero extra-viam-cucurrerunt, postquam furor occupavit animum.
Sed intuemini et vos surgentes: non enim equidem
470 bene dignosco; videtur autem mihi esse vir
Ætolus genere, interque Argivos imperat,
Tydei equûm-domitoris filius, fortis Diomedes.

Hunc autem indecore objurgavit Oilei *filius* velox Ajax:
Idomeneu, cur præmature garris? illæ vero procul
475 equæ pedes-alte-tollentes amplum per-campum currunt.

Nec minimus-natu es inter Argivos tantopere,
nec tibi acutissime ex capite prospiciunt oculi:
sed semper verbis garris. Neutiquam te decet
blateronem esse: adsunt enim et præstantiores alii.
480 Equæ vero eædem sunt priores, quæ et antea,
Eumeli, in *eis*que ipse tenens lora vehitur.

Hunc autem iratus Cretum dux contra allocutus-est:
Ajax, rixa optime, maledice! in-ceterisque omnibus
inferior-es Argivis: quod tibi mens est insolens.
485 Age nunc vel tripode deposito-certemus, vel lebete;
arbitrum autem Atriden Agamemnonem faciamus ambo,
utræ anteriores *sint* equæ: ut sentias persolvens.

Sic dixit: surrexit vero protinus Oilei *filius* velox Ajax,
iratus, asperis ut-exciperet *eum* verbis.
490 Et omnino jam ulterius adhuc contentio evasisset utrisque,
nisi Achilles ipse surrexisset, et dixisset sermonem:

Ne amplius nunc asperis altercemini verbis,
Ajax, Idomeneuque, malis; quippe non par-est.
Et vero alii succenseritis, quicunque talia faceret.
495 Sed vos in circo sedentes spectate
equos; hi autem cito ipsi festino-cursu-contendentes de victoria
huc venient: tam vero cognoscetis singuli
equos Argivorum, qui secundi, quique priores.

Sic dixit: Tydides autem valde prope venit urgens *equos,*
500 scutica autem assidue feriebat super-humeros: atque ei equi
in-altum sussultabant cito conficientes viam.
Assidue autem aurigam pulveris guttæ percutiebant:
currusque, auro accurate-elaborati stannoque,
equos veloces pone-currebant; neque profunda
505 fiebat canthorum orbita retro
in tenui pulvere: hi vero festinantes volabant.
Stetit autem medio in circo; multusque exsiliebat sudor
equorum, eque cervicibus et a pectore, in-terram.
Ipse vero e sella in-terram desiliit collucente,
510 acclinavitque scuticam ad jugum. Nec segnis-erat
fortis Sthenelus, sed propere accepit præmium;
deditque abducendam sociis magnanimis mulierem,
et tripodem ansatum asportandum: ipse vero solvit equos.

Post eum autem Antilochus Neleius agebat equos,
515 dolis, haud quidem celeritate, prævertens Menelaum;
sed etiam sic Menelaus agebat prope veloces equos.
Quantum vero a-rota equus distat, qui quidem dominum
trahit per-campum nisu-contento cum curribus;

hujus quidem attingunt canthum pili extremi
520 caudæ; is autem prope admodum currit, nec prorsus magnum
spatium in-medio *est,* per longum campum *equo* currente:
tantum jam Menelaus eximio Antilocho
posterior-erat: at prius etiam ad disci-jactum relictus-erat,
sed ipsum statim assecutus-est; augebatur enim vis valida
525 equæ Agamemnoniæ, jubis-pulcris Æthes.
Si vero adhuc ulterius actus-fuisset cursus ambobus,
eo certe eum præteriisset, nec dubiam-victoriam reliquisset.
Sed Meriones, famulus strenuus Idomenei,
posterior-erat inclyto Menelao hastæ jactu:
530 tardissimi enim ei erant pulcris-jubis equi,
minimeque-peritus erat ipse agendi currum in certamine.
Filius vero Admeti omnium-ultimus venit e-ceteris,
trahens currus pulcros, agens ante equos.
Hunc autem ut-vidit, miseratus-est velox divinus Achilles;
535 stansque inter Argivos verba alata dixit:

Ultimus vir præstantissimus agit solidis-ungulis equos:
sed agedum ei demus præmia, ut par *est,*
secunda; at prima ferat Tydei filius.

Sic dixit: illi autem omnes comprobarunt, sicut jubebat.
540 Et sane ei dedisset equam (comprobarant enim Achivi),
si non Antilochus, magnanimi Nestoris filius,
Pelidæ Achilli jure respondisset surgens:

O Achille, valde tibi iratus-fuero, si perfeceris
hoc verbum: es enim ablaturus *mihi* præmium,
545 hoc cogitans, quod ei divinitus-læsi-sunt currus et veloces equæ,
ipse strenuus quum-sit: sed debuit immortalibus
vota-facere: ita nequaquam ultimus-omnium venisset *equos* urgens.
Si vero ejus misereris, et tibi gratum est animo,
est tibi in tentorio aurum multum, est vero *et* æs,
550 et pecora, suntque tibi ancillæ, et solidis-ungulis equi:
ex-his ipsi postea electum dato vel majus præmium,
vel etiam jam nunc, ut te collaudent Achivi.
Hanc vero ego non dabo: de ipsa autem periculum-faciat,
virorum quicunque velit mecum manibus pugnare.

555 Sic dixit: subrisit autem pedibus-velox divinus Achilles
gratulans Antilocho, quod ipsi dilectus erat sodalis:
et eum respondens verbis alatis allocutus-est:

Antiloche, si quidem jam me jubes e-domo aliud
Eumelo dare, ego vero etiam hoc perficiam.
560 Dabo ei loricam, quam Asteropæo abstuli,
æream, quam circum ora fulgidi stanni

circulo-fusa-est: multo autem *pretio* ei æstimanda erit.

Dixit, et Automedontem carum jussit sodalem
ferre *eam* e-tentorio: is vero abiit, et ei attulit.
565 [Eumeloque in manibus posuit; is vero accepit gaudens.]

Inter-hos autem et Menelaus surrexit, animo dolens,
Antilocho immensum iratus: atque præco
in-manibus sceptrum posuit, silereque jussit
Argivos: at ille inde inter-*eos*-dixit par-deo vir:

570 Antiloche, antehac prudens, quale fecisti!
dedecorasti quidem meam virtutem, læsisti autem mihi equos,
tuis ante actis, qui multo inferiores erant.
Sed agite, Argivorum ductores ac principes,
in medium utrisque judicate, neu in gratiam:
575 ne-quando quis dicat Achivorum ære-loricatorum:
Antilocho mendaciis oppresso, Menelaus
abiit equam ducens; quoniam ei longe deteriores erant
equi, ipse vero melior armisque viribusque.
Eia vero, age, ego ipse judicabo, ac me nullum puto
580 alium increpaturum Danaorum: rectum enim erit *judicium.*
Antiloche, eia vero, age huc *ades,* Jovis-alumne, ut fas est,
stans ante equos et currum, ac flagellum
manibus tenens argutum, quo antea agitabas,
equos tangens, terram-cingentem Neptunum
585 jurato, *te* non volentem meum dolo currum impedivisse.

Eum vero Antilochus prudens contra allocutus-est:
perfer nunc: multo enim equidem junior sum
te, rex Menelae, tu vero natu-major et præstantior.
Nosti, qualia juvenis viri errata sunt:
590 velocior etenim *ei* mens est, tenue autem consilium.
Ideo tibi toleret cor: equam vero tibi ipse
dabo, quam accepi: si etiam e meis aliud
majus postulaveris, continuo tibi statim dare
malim, quam tibi, Jovis-alumne, in-dies omnes
595 *me* animo ejectum-esse, et in-deos fieri sceleratum.

Dixit, et equam ducens magnanimi Nestoris filius
in manus tradidit Menelai: illius autem animus
licuit (*exhilaratus est*), ut-si circa spicas ros *liquescit*
segetis crescentis, quando horrescunt arva:
600 sic et tibi, Menelae, in præcordiis animus licuit.
Et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

Antiloche, nunc quidem tibi ego cedam ipse,
qui eram iratus: quoniam non mente-vagus nec læsus-animo
eras antea: nunc vero mentem vicerat juventus.

605 In-posterum autem cave præstantiores decipere:
non enim me cito alius vir flexisset Achivorum.
Verum tu jam multa passus-es, et multa molitus,
tuusque pater bonus, et frater, causa mea:
ideo tibi supplicanti obsequar: atque etiam equam
610 dabo, mea licet sit; ut sentiant et hi,
ut meus nunquam *sit* animus superbus et immitis.

Dixit, et Antilochi Noemoni dedit socio
equam abducendam: ipse vero inde lebetem accepit collucentem.
Meriones autem sustulit duo auri talenta,
615 quartus, ut egerat *currum.* Quintum vero relictum-erat præmium,
duplex phiala: quam Nestori dedit Achilles,
Argivorum per consessum ferens; et dixit astans:

Accipe nunc; et tibi hoc, senex, munus-recondatur,
Patrocli sepulturæ monimentum ut-sit; non enim amplius illum
620 videbis inter Argivos: do autem tibi hoc præmium
sic: nec enim cæstibus certe pugnabis, nec luctaberis,
nec jaculorum-certamen inibis, nec pedibus
curres: jam enim gravis *te* senectus urget.

Sic fatus, in manibus posuit: ille vero accepit gaudens.
625 Et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

Certe jam hæc quidem omnia, fili, recte dixisti.
Non enim amplius firma membra, amice, pedes, nec manus
ab-humeris utrinque celeri-impetu-moventur agiles.
Utinam sic pubescerem, roburque mihi firmum esset,
630 ut quando regem Amarynceum sepeliebant Epei
in-Buprasio, filiique posuerunt regis certaminum-præmia:
illic nullus vir mihi similis vir erat, neque Epeorum,
neque ipsorum Pyliorum, neque Ætolorum magnanimorum.
Cæstu quidem vici Clytomedem, Enopis filium:
635 Ancæum vero lucta Pleuronium, qui in-me surrexerat:
Iphiclum autem pedibus prætercurri, strenuus licet-esset;
hasta vero mittenda-superavi Phyleumque et Polydorum.
Solis me equis præteregerunt Actoridæ-duo,
ob-numerum superantes, invidentes *mihi* victoriam,
640 quod nempe maximi illi *certamini* relicta-erant præmia.
Hi vero erant gemini: alter quidem firmiter equos-regebat,
firmiter equos-regebat,[TR1] alter vero scutica incitabat.
Sic olim eram: nunc vicissim juniores obeant
opera ejusmodi: me autem oportet senectæ tristi
645 parere; tum vero excellebam-inter heroas.
Sed abi, et tuo sodali certaminibus justa-facito.
Hoc autem *præmium* ego lubens accipio, gaudetque mihi cor,
quod-ita mei semper memor-es benevoli: nec te lateo,

quo honore me par-est honorari inter Achivos.
650 Tibi autem dii pro his gratiam largam referant.

Sic dixit: Pelides vero magnum per cœtum Achivorum
abiit, postquam omnem laudationem audierat Nelidæ.
Atque ille cæstu-decernentium duro posuit præmia:
mulam laborum-patientem ducens ligavit in circo
655 sexennem, indomitam, quæ difficillima *erat* domitu;
atque victo posuit poculum duplex.
Stetit autem se-erigens, et verba inter Argivos fecit:

Atridæque et ceteri bene-ocreati Achivi,
viros duos de his jubemus, qui *sint* præstantissimi,
660 pugnis alte elatis *inter* se ferire: cui vero Apollo
dederit victoriam, agnoverintque omnes Achivi,
mulam laborum-patientem ducens ad-tentorium eat:
ac victus poculum auferet duplex.

Sic dixit: surrexit autem statim vir fortisque magnusque,
665 peritus cæstus-pugnæ, filius Panopei Epeus:
prehenditque manu mulam laborum-patientem, dixitque:

Prope veniat, quicumque poculum auferet duplex:
mulam autem non puto aliquem abducturum alium Achivorum,
cæstibus vincentem *me:* nam me profiteor esse optimum.
670 An non satis, quod in-prælio inferior-sum? nec ullo-modo licet
in omnibus operibus peritum virum evadere.
Sic enim denuntio, quod et perfectum erit:
penitus *ei* corpusque disrumpam, et ossa confringam:
curatores autem ei hic frequentes ibidem maneant,
675 qui ipsum efferent, meis sub manibus domitum.

Sic dixit: illi vero omnes obmutuerunt silentio.
Euryalus autem contra-eum solus surrexit, par-deo vir,
Mecistei filius Talaionidæ regis,
qui quondam Thebas profectus-est defuncti Œdipi
680 ad funus (*ludos funebres*): ibi vero omnes vicit Cadmeos.
Hunc quidem Tydides hasta-inclytus sectabatur,
confirmans verbis, multum vero ei cupiebat victoriam.
Cingulum autem ei primum projecit, ac deinde
dedit lora scite-secta bovis agrestis.
685 Hi autem quum-se-accinxissent, prodiere in medium circum;
ex-adversoque elevatis manibus robustis simul ambo
in-se-irruerunt, et ipsis graves manus consertæ-sunt.
Vehemens autem crepitus maxillarum ortus-est, fluebatque sudor
undique e membris: irruit vero divinus Epeus,
690 percussitque circumspectantem ad-genam; nec jam *is* diutius
stetit: ejus enim succiderunt pulcra membra.

Ut vero quum ab inhorrescente Borea exsilit piscis
litore in algoso, nigerque continuo ipsum fluctus operit:
sic percussus exsiliit. At magnanimus Epeus
695 manibus arreptum erexit; dilecti autem circumstetere socii,
qui ipsum ducebant, per circum labantibus pedibus,
cruorem crassum exspuentem, caput jactantem in-alteram-partem;
ac mente-alienatum inter se collocarunt ducentes:
ipsique euntes accepere poculum duplex.

700 Pelides vero statim alia tertia deposuit præmia,
ostentans Danais, luctæ duræ;
victori quidem, magnum tripodem igni-aptum;
eum autem duodecim-boum-pretio inter se æstimabant Achivi:
viro autem victo mulierem in medio posuit:
705 multa autem *ea* sciebat opera, æstimabantque ipsam quatuor-boum-pretio.
Stetit autem se-erigens, et verba inter Argivos fecit:

Surgite, qui et hujus certaminis periculum-facietis.

Sic dixit: surrexit vero inde magnus Telamonius Ajax;
surrexit et Ulysses abundans-consiliis, dolos sciens.
710 Accincti autem hi prodierunt in medium circum,
complexuque se-invicem corripuerunt manibus robustis:
ut quum tigna-mutuo-sibi-inserta, quæ inclytus aptat faber,
domus altæ, impetus ventorum vitans, *se complectuntur.*
Stridebant autem dorsa, validis a manibus
715 attracta fortiter; atque humidus defluebat sudor;
densæque vibices per lateraque et humeros
sanguine rubentes surrexere: illi autem vehementer usque
victoriam cupiebant, tripodem ob affabre-factum.
Neque Ulysses poterat *Ajacem* supplantare, soloque affligere,
720 neque Ajax poterat; valida vero *eum* prohibebat vis Ulyssis.
Sed quum jam tædio-afficerentur bene-ocreati Achivi,
tunc ipsum allocutus-est magnus Telamonius Ajax:

Nobilissime Laertiade, sollertia-pollens[TR2] Ulysse,
aut me tolle, aut ego te; hæc vero Jovi omnia curæ-erunt.

725 Sic fatus, *eum* sustulit: doli autem non oblitus-est Ulysses:
percussit pone poplitis-flexum assecutus, solvitque membra subtus;
dejecit autem supinum: in pectora vero Ulysses
decidit: populi autem admirabundi-spectabant, stupebantque.
Secundus vicissim tollebat audens divinus Ulysses,
730 movit autem paullulum a terra, nec levavit;
genu vero implicuit: et in-terram ceciderunt ambo
prope se-invicem, fœdabanturque pulvere.
Et certe jam tertio rursus surgentes luctati-fuissent,

nisi Achilles ipse surrexisset, et cohibuisset:

735 Ne-amplius lucta-obnitimini, neu conterimini malis:
victoria vero *est* utrisque; præmiis autem æqualibus ablatis
abite, ut et alii certent Achivi.

Sic dixit: illi autem ei maxime auscultarunt, et obsecuti-sunt,
et absterso pulvere, sibi-induerunt vestes.

740 Pelides vero statim alia posuit velocitatis præmia,
argenteum craterem elaboratum; sex autem mensuras
capiebat, et pulcritudine excellebat omnem per terram
multum; quippe Sidonii magni-artifices scite elaborarant,
Phœnices autem vexerant viri super nigrum pontum,
745 collocarantque in portubus, Thoantique dono dederant:
filius autem Priami pro-Lycaone pretium dedit
Patroclo heroi, Iasonides Euneus.
Et hunc Achilles posuit præmium certaminis *in honorem* sui sodalis,
ei quicunque levissimus pedibus velocibus esset;
750 secundo autem bovem posuit magnum et pinguem adipe:
semitalentum vero auri ultimo-præmium posuit.
Stetit autem-se-erigens, et verba inter Argivos fecit:

Surgite qui et hujus certaminis periculum-facietis!

Sic dixit; surrexit autem statim Oilei *filius* velox Ajax,
755 surrexit et Ulysses abundans-consiliis; deinde Nestoris filius
Antilochus; hic enim juvenes pedibus omnes vincebat.
[Steterunt autem ordine; ostenditque metas Achilles.]
Illis autem a carceribus extendebatur cursus. Celeriter inde
emicuit Oiliades: et concitus-sequebatur divinus Ulysses
760 prope admodum, ut quum aliquis mulieris bene-cinctæ
prope pectus est radius, quem scite admodum manibus promittit,
subtemen extrahens per stamen, propeque tenet
pectus: sic Ulysses currebat prope atque a-tergo
vestigia premebat pedibus,[TR3] antequam pulvis circumspargeretur
765 in ejus autem caput fundebat halitum divinus Ulysses,
usque cito currens. Acclamabant vero omnes Achivi
victoriæ cupido, magnoque adnitentem-studio hortabantur.
Sed quum jam extremum peragerent cursum, subito Ulysses
precatus-est Minervam cæsiis-oculis suo in animo:

770 Exaudi, dea, propitia mihi auxiliatrix veni pedibus.

Sic dixit precans: illum autem exaudivit Pallas Minerva;
membraque reddidit levia, pedes, et manus superne.
Sed quum jamjam essent involaturi in-præmium,
tunc Ajax quidem lapsus-est in-cursu (læsit enim *eum* Minerva),
775 ubi boum fusum-erat stercus interfectorum, late-mugientium,
quos super Patroclo mactarat pedibus velox Achilles:

ac stercore bubulo impletum-est *ei* osque naresque.
Craterem vero sustulit audens divinus Ulysses,
ut venit præcurrens; at bovem accepit splendidus Ajax.
780 Stetit autem cornu manibus tenens bovis agrestis,
stercus exspuens, interque Argivos dixit:

Dii boni, certe mihi læsit dea pedes, quæ et olim,
tanquam mater, Ulyssi astat, atque auxilio-est.

Sic dixit: illi autem omnes super ipso suaviter risere.
785 Antilochus vero jam extremum abstulit præmium,
subridens, et verba inter Argivos fecit:

Scientibus vobis dicam omnibus, amici, quod etiam nunc
immortales honorant ætate-provectiores homines.
Ajax enim me paullo natu-grandior est:
790 hic vero prioris ævi priorumque hominum;
crudæ autem senectæ ipsum dicunt esse; difficile vero
pedibus *cum eo* contendere Achivis, nisi Achilli.

Sic dixit: laudeque-extulit pedibus-velocem Peliden.
Eum vero Achilles *his* verbis respondens allocutus-est:

795 Antiloche, non quidem tibi inanis dicta-erit laus,
sed tibi semitalentum ego auri addam.

Sic fatus, *ei* in manibus posuit: is autem accepit gaudens.
At Pelides quidem longæ-umbræ hastam
deposuit in circo afferens, deposuitque clypeum et galeam,
800 arma Sarpedonis, quæ ei Patroclus abstulerant.
Stetit autem se-erigens, et verba inter Argivos fecit:

Viros duos de his jubemus, qui *sint* fortissimi,
armis indutos, corpus-secante ære sumto,
alterum-aterius ante consessum facere-periculum.
805 Uter prior attigerit *alterius* corpus pulcrum,
tetigeritque intestina, perque arma et nigrum sanguinem,
huic quidem ego dabo hunc ensem argenteis-clavis-distinctum,
pulcrum, Thracium, quem quidem Asteropæo abstuli.
Arma autem utrique communia hæc ferant:
810 et eis convivium lautum apponemus in tentoriis.

Sic dixit: surrexit autem deinde magnus Telamonius Ajax,
surrexit et Tydides, fortis Diomedes.
Illi vero postquam hinc-inde-seorsum a-turba se-armaverant,
in medium utrique congrediebantur, promti pugnare,
815 horrendu obtutu; stupor autem tenebat omnes Achivos.
Sed quum jam prope essent in alterum-alter vadentes,
ter quidem irruerunt, terque cominus impetum-fecere.
Tum deinde Ajax quidem *illum* per clypeum undique-æqualem
percussit, nec ad-corpus pervenit; tuebatur enim intus lorica.

820 Tydides vero deinde supra scutum magnum
usque cervicem assequi-conabatur fulgidæ hastæ cuspide.
Et tum quidem de-Ajace metuentes Achivi,
fine-imposito *certamini eos* jussere præmia paria referre.
At Tydidæ dedit magnum ensem heros,
825 cum vaginaque proferens et scite-secto balteo.

Ceterum Pelides posuit orbem (*discum*) a-fornace-rudem,
quem prius quidem mittebat magnum robur Eetionis;
sed illum quidem interfecerat pedibus-velox divinus Achilles,
hunc autem advexerat in navibus cum aliis possessionibus.
830 Stetit[TR4] autem se-erigens, et verba in Argivos fecit:

Surgite, qui et hujus certaminis periculum-facietis!
Si ei etiam perquam in-longinquum patentes *sunt* pingues agri,
habebit ipsum etiam quinque volventes in-annos
ad-usum: non enim illi indigens quidem ferro
835 pastor vel arator, ibit in urbem *emturus,* sed *ipse ei* præbebit.

Sic dixit: surrexit autem inde bellicosus Polypœtes,
surrexit et Leontei validum robur deo-paris,
surrexit et Ajax Telamonius, et divinus Epeus.
Ordine autem steterunt: orbem vero prehendit divinus Epeus,
840 misitque rotatum: riserunt autem omnes Achivi.
Secundus vero *eum* emisit Leonteus, soboles Martis;
tertio vero projecit magnus Telamonius Ajax.
[manu e robusta, et jecit-ultra signa omnium.]
Sed quum jam orbem prehendit firmus-bellator Polypœtes,
845 quantum quis projicit pedum bubulcus vir;
id autem rotatum volat per boves armentales:
tantum super-totum circi-spatium jecit; illi vero exclamarunt.
Surgentes autem socii Polypœtæ fortis
naves ad cavas retulerunt regis præmium.

850 At ille sagittariis posuit nigrum ferrum,
ac deposuit decem quidem bipennes, decemque securiculas:
malumque erexit navis prora-cærulea,
procul in arenis; indeque pavidam columbam
tenui funiculo ligavit pede, in-quam jussit *eos*
855 sagittari: qui quidem percusserit pavidam columbam,
omnes auferens bipennes, domum ferat:
qui vero funiculum attigerit, ab-ave aberrans
(inferior etenim is), hic ferat securiculas.

Sic dixit: surrexit autem inde vis Teucri regis;
860 surrexit et Meriones, famulus strenuus Idomenei.
Sortes autem in galea ærea concussere sumtas.
Teucer vero primus sorte sortitus-est. Statim autem sagittam

misit vi-valida, nec-tamen *se* vovit deo *Apollini*
agnorum primigenûm sacrificaturum inclytam hecatomben.
865 Ab-ave quidem aberravit; invidit enim ei hoc Apollo;
sed is funiculum percussit ad pedem, quo ligata-erat avis:
prorsus autem funiculum abscidit amara sagitta.
Illa quidem deinde evolans-fugit ad cœlum, at demissus-est
funiculus terram versus; et plausum-dederunt Achivi.
870 Festinans autem Meriones extraxit manu *Teucri*
arcum; at jam sagittam tenebat dudum, quasi dirigeret.
Statim autem *se* vovit longe-jaculanti Apollini
agnorum primigenûm sacrificaturum inclytam hecatomben.
Alte vero sub nubibus speculatus-est pavidam columbam:
875 hanc is in-gyrum-se-flectentem sub ala feriit mediam:
penitus autem transiit telum: id quidem rursus in terram
ante Merionæ fixum-est pedem: at avis
malo insidens navis prora-cærulea,
collum demisit, simul et alæ densæ solvebantur.
880 Velox autem e membris anima avolavit, longeque ab illo
(*malo*) decidit: populi vero admirabundi-spectabant stupebantque.
Inde Meriones bipennes decem omnes sustulit,
Teucer vero securiculas portavit cavas ad naves.

At Pelides deposuit quidem longæ-umbræ hastam,
885 et lebetem igne-non-admotum, bovis pretio, floribus-varium
deposuit in circum ferens; atque jaculatores viri surrexerunt:
surrexit quidem Atrides late-dominans Agamemno,
surrexit et Meriones, famulus strenuus Idomenei.
Inter-eos autem dixit pedibus-velox divinus Achilles:

890 Atride: scimus enim, quantum antecellas omnibus,
et quantum viribusque et jaculationibus sis præstantissimus:
quare tu quidem hoc præmium habens cavas ad naves
vade, at hastam Merionæ heroi demus,
si tu quidem tuo animo velis: hortor enim equidem.

895 Sic dixit: nec non-obsecutus-est rex virorum Agamemno.
Dedit autem Merionæ hastam æream: sed ille heros
Talthybio præconi dabat perpulcrum præmium.

[TR1] Unclear why double "firmiter equos-regebat". The Greek column of the book also features this duplication.
[TR2] "sollertia--pollens" → "sollertia-pollens."
[TR3] "pedidus" → "pedibus"
[TR4] "Setit" → "Stetit"

Iliadis XXIV.—Hectoris redemtio.

ARGUMENT: THE REDEMPTION OF THE BODY OF HECTOR.

The gods deliberate about the redemption of Hector's body. Jupiter sends Thetis to Achilles, to dispose him for the restoring it, and Iris to Priam, to encourage him to go in person and treat for it. The old king, notwithstanding the remonstrances of his queen, makes ready for the journey, to which he is encouraged by an omen from Jupiter. He sets forth in his chariot, with a waggon loaded with presents, under the charge of Idaeus the herald. Mercury descends in the shape of a young man, and conducts him to the pavilion of Achilles. Their conversation on the way. Priam finds Achilles at his table, casts himself at his feet, and begs for the body of his son: Achilles, moved with compassion, grants his request, detains him one night in his tent, and the next morning sends him home with the body: the Trojans run out to meet him. The lamentations of Andromache, Hecuba, and Helen, with the solemnities of the funeral.

The time of twelve days is employed in this book, while the body of Hector lies in the tent of Achilles; and as many more are spent in the truce allowed for his interment. The scene is partly in Achilles' camp, and partly in Troy.

TEXT:

1 Solutus-erat autem cœtus, virique citas ad naves singuli
dispergebantur ituri. Hi quidem cœna curabant
somnoque dulce se-satiare: at Achilles
flebat, cari sodalis memor; neque illum somnus
5 occupabat omnium-domitor: sed versabatur huc et illuc,
Patrocli desiderans vigoremque et animos magnos:
ac quot peregerat cum ipso, et passus-fuerat labores,
virorumque prælia, periculososque fluctus emensus:
hæc recordans, uberes lacrimas defundebat,
10 interdum in latera jacens, interdum autem
supinus, interdumque pronus; tum vero rectus exsurgens
oberrabat mœstus præter litus maris. Neque ipsum Aurora
apparens latebat super marique litoribusque:
sed is, postquam junxerat sub curribus veloces equos,
15 Hectorem trahendum ligabat post currum;
ter autem quum raptasset circa sepulcrum Menœtiadæ mortui,
rursus in tentorio quiescebat, illumque relinquebat
in pulvere extensum pronum. Ejus vero Apollo
omnem injuriam arcebat a-corpore, virum miserans,
20 etiam mortuum; et ægide totum contegebat
aurea, ut ne ipsum *Achilles* laceraret raptans.

Sic ille quidem Hectorem divinum indigne-tractabat iratus:

eum autem miserabantur beati dii inspicientes,
furtoque-surripere hortabantur speculatorem Argicidam.
25 *Quod* tum ceteris quidem omnibus placuit, nec-tamen unquam Junoni,
nec Neptuno, nec cæsiis-oculis virgini:
sed perstabant, sicut ipsis primum invisa-erat Ilios sacra,
et Priamus et populus, Alexandri ob injuriam;
qui contumelia-affecit *has* deas, quando ejus ad-tugurium venerant,
30 eam vero prætulit quæ ei præbuit libidinem damnosam.
Sed ubi jam exinde duodecima orta-erat aurora,
tum quidem inter-immortales dixit Phœbus Apollo:

Crudeles estis, dii, noxii! nonne quondam vobis
Hector femora adolevit boum caprarumque lectarum?
35 Eum nunc non sustinuistis, vel mortuum, eripere,
suæque uxori *præbere* videndum, et matri, et filio suo,
et patri Priamo, populisque; qui eum celeriter
in igne comburerent, et justa *ei* persolverent.
Sed pernicioso Achilli, dii, vultis favere,
40 cui nec mens est æqua, neque animus
flexibilis in pectoribus: sed tanquam leo, ferocia animo-fovet,[TR1]
qui quum magnisque viribus et superbo animo
obsecutus, vadit ad pecudes hominum, ut dapes capiat:
sic Achilles misericordiam quidem perdidit, neque ei pudor[TR2]
45 est, qui viros valde lædit *omissus,* ac juvat *servatus.*
Certe aliquis etiam cariorem alium perdidit,
vel fratrem uterinum, vel etiam filium;
verum tandem fletum atque luctum remisit.
Patientem enim Fata animum indiderunt hominibus.
50 Sed hic Hectorem divinum, postquam *eum* cara vita privavit,
a-curru religans, circa sepulcrum sodalis dilecti
trahit: haud tamen ei hoc honestius, neque utilius.
Vereor ne, bonus licet sit, succenseamus ei nos:
expertem-sensus enim jam terram contumelia-afficit furens.

55 Hunc autem irata allocuta-est candidis-ulnis Juno:
sit sane et hoc tuum verbum, Argenteo-arcu-insignis,
si quidem parem Achilli et Hectori constituetis honorem.
Hector quidem mortalisque, mulierisque suxit mammam:
at Achilles est deæ proles, quam ego ipsa
60 nutrivique et educavi, et viro dedi uxorem,
Peleo, qui præ *aliis* animo carus fuit immortalibus:
omnes autem interfuistis, dii, nuptiis; interque hos tu
epulabaris, tenens citharam, malorum sodalis, semper perfide.

Illam vero respondens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
65 Juno, ne jam omnino irascaris diis.
Haud enim honor quidem *utrique* unus erit: sed et Hector

carissimus erat diis hominum, qui in Ilio sunt:
sic enim mihi quidem: quia nunquam jucunda omittebat munera.
Non enim mihi unquam ara carebat convivio æquo,
70 libamineque, nidoreque: hunc enim sortiti-sumus honorem nos.
Sed tamen furto quidem surripere omittamus (nec ullo-modo licet
clam Achille) audacem Hectora: certe enim ei (*Achilli*) assidue
mater adest simul noctesque et dies.
Sed si quis vocare-velit deorum Thetin prope me,
75 ut aliquod ei dicam prudens verbum, quo Achilles
dona a Priamo accipiat, et Hectorem redemtum-reddat.

Sic dixit; surrexit vero Iris ventosa-pedibus nuntiatura.
Inter Samum autem et Imbrum asperam
insiliit nigro ponto; ingemuitque palus.
80 Ipsa vero, glandulæ-plumbeæ similis, in imum delapsa-est,
quæ in agrestis bovis cornu immissa
descendit cruda-vorantibus piscibus mortem ferens.
Invenit autem in specu cava Thetin, circumque *eam* et aliæ
sedebant frequentes marinæ deæ: ipsa vero in mediis
85 flebat fatum sui filii eximii, qui ei erat
periturus in Troja glebosa, longe a-patria.
Prope autem stans allocuta-est pedibus velox Iris:

Surge, Theti, vocat *te* Jupiter æterna consilia sciens.
Huic autem respondit deinde dea Thetis pedibus-argenteis:

90 Curnam me ille jubet *venire* magnus deus? Vereor autem
misceri immortalibus; habeo vero dolores innumeros animo.
Ibo tamen; neque irritum verbum erit, quodcunque dixerit.

Sic igitur fata, velum accepit augustissima dearum
atrum, eoque nullum nigrius erat velamentum.
95 Profecta-est autem ire, et pedibus-ventosa velox Iris
præibat; circumque ipsas diducebatur unda maris.
Litus vero ut-conscenderant, in cœlum festinarunt.
Invenerunt autem late-sonantem Saturnium, circaque *eum* ceteri omnes
sedebant frequentes beati dii sempiterni.
100 Ipsa autem Jovi patri assedit, cessitque Minerva.
Juno vero aureum pulcrum poculum in manu *ei* posuit;
et consolabatur verbis: Thetis autem reddidit, ut-biberat.
His vero sermonem orsus-est pater hominumque deûmque:

Venisti ad-Olympum, dea Theti, mœsta licet,
105 luctum grave habens in animo; novi et ipse:
sed et sic dicam, cujus te gratia huc vocavi.
Per-novem-dies jam contentio inter immortales exstitit
Hectoris de cadavere, et Achille urbium-vastatore:
furto autem surripere hortabantur speculatorem Argicidam;

110

at ego hanc gloriam Achilli præbeo,
reverentiam et amicitiam tuam in-posterum servans.
Ocyus ad exercitum abi, et filio tuo præcipe.
Irasci ei dic deos, meque supra omnes
immortales indignatum-esse, quod animo furenti
115 Hectorem detinet apud naves recurvas, nec redemtum-reddidit:
si qua meque vereatur, et Hectorem redemtum-reddat.
Sed ego ad-Priamum magnanimum Irin mittam,
ut-redimat dilectum filium, profectus ad naves Achivorum,
donaque Achilli ferat, quæ animum ei placent.

120 Sic dixit: nec non-obsecutus-est dea Thetis pedibus argenteis;
descendit vero ab Olympi verticibus concita.
Pervenit autem ad tentorium sui filii; ibique illum
invenit crebros fundentem-gemitus; dilecti autem circa ipsum socii
propere curabant, et apparabant prandium:
125 illis vero ovis villosa magna in tentorio mactata-erat.
Hæc autem admodum prope ipsum consedit, veneranda mater,
manuque eum demulsit, verbumque dixit et locuta-est:

Fili mi, quousque lugens et mœrens
tuum edes cor, memor nec omnino cibi
130 nec[TR3] cubilis? bonum vero mulieri in amore
misceri: non enim mihi diu vives, sed tibi jam
prope adest mors et fatum violentum.
Sed mihi ausculta ocyus, Jovis vero tibi nuntia sum.
Irasci tibi ait deos, seque supra omnes
135 immortales indignatum-esse, quod animo furenti
Hectorem detines apud naves, nec redimi-passus-es.
Sed agedum redemtum-redde, mortuique accipe pretium.

Hanc autem respondens allocutus-est pedibus velox Achilles:
ita sit: qui pretium ferat, etiam cadaver asportet,
140 si quidem volenti animo Olympius ipse jubet.

Sic hi quidem in navium cœtu, materque et filius,
multa ad se-invicem verba alata dicebant.
Irin autem impulit Saturnius ad Ilium sacrum:

Vade, Iri velox, relicta sede Olympi,
145 nuntia Priamo magnanimo, ad Ilium,
ut-redimat carum filium, profectus ad naves Achivorum,
donaque Achilli ferat, quæ animum *ei* placent,
solus, neque quisquam alius una Trojanorum eat vir.
Præco aliquis eum comitetur senior, qui regat
150 mulas et rhedam volubilem, atque retro
mortuum asportet ad urbem, quem interfecit divinus Achilles.
Neque omnino ei mors obversetur animo, neu terror:

talem enim ei ducem-viæ dabimus Argicidam,
qui *eum* ducet, usquedum ducendo prope-Achillem constituerit.
155 At postquam duxerit intra tentorium Achillis,
neque ipse *Ach. eum* interficiet, et alios omnes prohibebit.
Neque enim est imprudens, nec temerarius, neque noxius;
sed magna cum cura supplici parcet viro.

Sic dixit: surrexit vero Iris ventosa-pedibus nuntiatura.
160 Pervenit autem in Priami *domum;* et invenit clamoremque fletumque.
Filii quidem patrem circumsedentes in aula
lacrimis vestimenta perfundebant: ipse vero in mediis senex
obvoluta veste textus; circumque multus
fimus *affusus* erat capitique et cervici senis,
165 quem quidem se-volutans affatim-injecerat manibus suis.
Filiæ vero per ædes, et nurus, lamentabantur,
illorum recordantes, qui jam multique et strenui
manibus sub Argivorum jacebant animabus privati.
Stetit autem juxta Priamum Jovis nuntia, et allocuta-est *eum,*
170 summissa voce; illi autem tremor occupabat artus:

Confide, Dardanide Priame, animo, neu omnino formida:
non enim tibi ego malum meditans huc venio,
sed benevolo animo; Jovis autem tibi nuntia sum,
qui tui, procul licet-sit, magnam curam-habet, et miseretur.
175 Redimere te jussit[TR4] Olympius Hectorem divinum,
donaque Achilli ferre, quæ animum *ipsi* placent,
solum, neque quisquam alius una Trojanorum eat vir.
Præco aliquis te comitetur senior, qui regat
mulas et rhedam volubilem, atque retro
180 mortuum asportet ad urbem, quem interfecit divinus Achilles.
Neque omnino tibi mors obversetur animo, nec terror:
talis enim te dux-viæ comitabitur Argicida,
qui te ducet, usquedum ducendo prope-Achille constituerit.
At postquam duxerit intra tentorium Achillis,
185 neque ipse *hic te* interficiet, et alios omnes prohibebit.
Neque enim est imprudens, nec temerarius, nec noxius,
sed magna cum-cura supplici parcet viro.

Illa quidem sic locuta abiit, pedibus velox Iris.
Sed is filios rhedam volubilem mulinam
190 apparare jussit, arcamque ligare super ipsa.
Ipse autem in penum descendit odoratum,
cedrinum, tecto-excelso, qui pretiosa multa continebat;
introque uxorem Hecubam vocavit, dixitque:

Infelix, a-Jove mihi Olympio nuntia venit,
195 ut-redimerem dilectum filium, profectus ad naves Achivorum,
donaque Achilli ferrem, quæ animum *ei* placent.

Sed age mihi hoc dic, quid tibi in-præcordiis videtur esse?
valde enim me ipsum quidem mens et animus jubet
illuc ire, ad naves in exercitum latum Achivorum.

200 Sic dixit: ejulavit autem uxor, et respondit verbis:
hei mihi, quo jam tibi prudentia abiit, qua antehuc quidem
celeber-eras per homines exteros et *eos* quibus imperas?
quo-pacto vis ad naves Achivorum ire solus,
viri ante oculos, qui tibi multosque et fortes
205 filios interfecit? ferreum certe tibi cor *est.*
Si enim te deprehendet et inspiciet oculis
crudelis et infidus vir iste, non tui miserebitur,
neque omnino te reverebitur. Nunc vero fleamus seorsum
sedentes in ædibus: huic autem sic olim fatum violentum
210 nascenti nevit lino, quando eum peperi ipsa,
celeres-pedibus canes ut-satiaret, suis seorsum a-parentibus,
virum apud violentum, cujus ego medium jecur *utinam* tenerem
comedendum, inhærens *ei:* tunc repensa *ejus* facta essent
in-filium meum: quippe non ipsum ignave-se-gerentem occidit,
215 sed pro Trojanis et Troadibus profundo-sinu
stantem, nec fugæ memorem nec declinationis.

Eam vero rursus allocutus-est senex Priamus deo-similis:
ne me volentem ire retine, neu mihi ipsa
avis in ædibus mala sis: nec mihi persuadebis.
220 Nam si alius quidem me aliquis terrestrium jussisset,
seu qui vates sunt, aruspices, vel sacerdotes,
mendacium certe crederemus, et aversaremur magis:
nunc vero (ipse enim audivi deam, et aspexi coram)
ibo, et non irritus sermo erit. Si vero mihi fatum *est*
225 mori apud naves Achivorum ære-loricatorum,
volo: statim enim me interfecerit Achilles,
ulnis complexum meum filium, postquam fletus desiderium exemero.

Dixit, et arcarum opercula pulcra aperuit.
Inde duodecim quidem perpulcros exemit peplos,
230 duodecimque simplices lænas, totidemque tapetas,
totidemque pallia pulcra, totidem ad hæc tunicas.
Auri autem appensa extulit decem omnia (*summâ*) talenta.
extulit et duos splendidos tripodas, quatuorque lebetas,
extulit et poculum perpulcrum, quod ei Thraces dedere viri,
235 in-legationem profecto, magnum donum: nec tamen eo
pepercit in ædibus senex; summe enim cupiebat animo
redimere dilectum filium. Hic autem Trojanos quidem omnes
a-porticu arcebat, verbis contumeliosis increpans:

Abite, flagitiosi, probris-digni! non etiam vobis
240 domi adest luctus, quod me venistis tristitia-affecturi?

an parvi-penditis, quod mihi Saturnius Jupiter dolores dedit,
filium perdendo fortissimum? Sed sentietis et ipsi!
Faciliores enim multo Achivis jam eritis,
illo mortuo, occisu. At ego-certe,
245 antequam, ut-diruaturque urbs, vasteturque,
oculis videro, descendero in domum Orci.

Dixit, et scipione dispergebat viros; illi autem exibant,
urgente sene. Ipse vero filios suos increpabat
objurgans Helenumque, Parinque, Agathonemque divinum,
250 Pammonemque, Antiphonumque, pugnaque strenuum Politen,
Deiphobumque, et Hippothoum, et Dium fortem;
novem his senex increpans mandabat:

Festinate mihi, mali filii, pudenda-agentes! Utinam simul omnes,
pro Hectore fuissetis veloces ad naves interfecti!
255 Hei mihi infelicissimo, quod genui filios fortissimos
Troja in lata, quorum vero nullum dico reliquum-esse:
Mestoremque divinum, et Troilum ex-curru-pugnacem,
Hectoremque, qui deus erat inter viros, nec videbatur
viri utique mortalis filius esse, sed dei:
260 hos quidem perdidit Mars: hæc vero probra omnia supersunt,
mendacesque, saltatoresque, choreis præstantissimi,
agnorum atque hædorum publici raptores.
Non tandem mihi rhedam appararitis celerrime,
hæcque omnia imposueritis, ut perficiamus iter?

265 Sic dixit: hi vero patris veriti increpationem,
rhedam quidem extulerunt volubilem mulinam,
pulcram, recens-compactam; arcamque ligarunt super ipsa,
atque a paxillo jugum detraxerunt mulinum,
buxeum, umbilico-ornatum, scite annulis aptatum;
270 extulerunt et lorum-jugale una-cum jugo novem-cubitorum.
Et hoc quidem bene imposuerunt pulcre-polito temoni,
in parte-extrema anteriore, et annulum clavo-temonis super posuere:
ter vero utrinque ligarunt ad umbilicum; ac deinde
ex-ordine circumligarunt, et extremum-lorum subnectendum-inflexere.[TR5]
275 E thalamo autem ferentes bene-politam in rhedam
accumularunt Hectorei capitis infinita pretia;
junxeruntque mulos validis-ungulis, curules,
quos olim Priamo Mysi dederant, splendida dona.
Equos autem Priamo duxere-sub jugum, quos senex
280 ipse curans alebat bene-politum ad præsepe:
hos quidem *currui* jungebant in ædibus altis
præco et Priamus, prudentia mentibus consilia tenentes.

Prope autem ipsos accessit Hecuba mœsto animo,

vinum tenens in manu suave dextra,
285 aureo in poculo, ut libatione-facta abirent:
stetit vero ante equos, verbumque dixit et elocuta-est:

Accipe, liba Jovi patri, et supplica domum ut-pervenias
redux ex hostibus viris: siquidem te animus
impellit ad naves, me quidem non volente.
290 Sed supplica tu jam atras-nubes-cogenti Saturnio,
Idæo, qui in-Trojam omnem despicit:
pete autem alitem, velocem nuntium, qui quidem ei ipsi
gratissimus alitum, et cujus robur est maximum,
dextrum: ut eum ipse in oculis conspicatus,
295 eo fretus ad naves eas Danaorum citis-insignium-equis.
Si vero tibi non dabit suum nuntium late-sonans Jupiter,
non ego te inde impellens hortarer
naves ad Argivorum ire, admodum licet cupidum.

Illam vero respondens allocutus-est Priamus deo-similis:[TR6]
300 o uxor, haud sane tibi hoc præcipienti inobsequens-ero.
Bonum enim Jovi manus elevare, si forte misereatur.

Dixit, et ancillam dispensatricem jussit senex
manibus aquam infundere puram: atque astitit
pelvim ancilla gutturniumque simul manibus tenens.
305 Ut vero se-laverat, poculum accepit a-sua uxore;
precabatur deinde stans medio in-septo, libavitque vinum,
cœlum suspiciens: et edita-voce verbum dixit:

Jupiter pater, ab-Ida imperans, augustissime, maxime,
da me ad Achillis *tentorium* gratum venire ac miserandum:
310 mitte autem alitem, velocem nuntium, qui tibi ipsi
gratissimus alitum, et cujus robur est maximum,
dextrum: ut eum ipse in oculis conspicatus,[TR7]
eo fretus ad naves eam Danaorum citis-equis-insignium.

Sic dixit precans: eum vero exaudiit providus Jupiter.
315 Statimque aquilam misit, certissimum-augurem volucrum,
Morphnon, venatricem, quam et Percnon vocant.
Quanta autem excelsi janua thalami est
viri opulenti, firmiter-obserata, bene-apta:
tantæ hujus utrinque erant alæ: visa-est autem ipsis
320 dextera ruens supra urbem. Illi vero conspicati
gavisi-sunt, et omnibus in præcordiis animus exhilaratus-est.

Festinans autem senex suum conscendit currum:
et egit equos e-vestibulo et porticu resonanti.
Ante quidem multi trahebant quatuor-rotarum rhedam,
325 quas Idæus agebat prudens; sed pone
equi, quos senex urgens scutica incitabat

celeriter per urbem: amici autem simul omnes sequebantur,
multum lugentes, tanquam ad-mortem proficiscentem.
At postquam urbe descenderant, in-campumque pervenerant,
330 hi quidem retro ad Ilium redierunt,
filii et generi. Illi autem non latuere late-sonantem Jovem,
in campum progressi: conspicatus vero misertus-est senis.
Confestimque Mercurium, filium carum, contra allocutus-est:

Mercuri: tibi enim præ-aliis gratissimum est
335 homini te-comitem-adjungere, et exaudis, quemcunque volueris:
vade, et Priamum cavas ad naves Achivorum
sic ducito, ut neque aliquis *eum* videat, neque animadvertat
ceterorum Danaorum, antequam ad-Peliden pervenerit.

Sic dixit: nec non-obsecutus-est internuntius Argicida:
340 statim deinde sub pedibus ligavit pulcra talaria,
ambrosia, aurea, quæ ipsum ferebant et super mare,
et super immensam terram, una-cum flatibus venti:
cepit et virgam, qua virorum oculos demulcet
quorum vult, alios autem et dormientes excitat:
345 hanc in manibus tenens, volabat potens Argicida.
Confestim autem Trojamque et ad-Hellespontum pervenit;
profectusque-est ire, juveni regio similis,
primum pubescenti, cujus venustissima *est* juventa.

Illi vero postquam magnum sepulcrum Ili præteregerant,
350 inhibuerunt mulasque et equos, ut biberent
in fluvio; jam enim et crepusculum venerat super terram.
Hunc vero ex propinquo conspicatus animadvertit præco,
Mercurium, et Priamum allocutus-est, dixitque:

Considera, Dardanide: prudentis animi opus adest.
355 Virum video; cito autem *eum* nos perditurum puto.
Sed agedum *vel* fugiamus in equis (*curru*), vel ipsum jam
genibus prehensis oremus, si forte misereatur.

Sic dixit, ac seni animus confusus-est, timuitque graviter:
rectæ autem comæ steterunt in flexilibus membris:
360 stetitque attonitus: ipse autem Mercurius prope veniens,
manu senis prehensa, interrogavit *eum* et allocutus-est:

Quo, pater, sic equosque et mulas dirigis
noctem per almam, quando dormiunt mortales ceteri?
nec tu timuisti robur spirantes Achivos,
365 qui tibi hostes et infensi prope sunt?
quorum si quis te videret, celerem per noctem nigram
tot opes vehentem, quæ tunc tibi mens esset?
neque ipse juvenis es, senexque te hic comitatur,
impotentes, virum ut-arceatis, quando quis prior infestarit.

370 Sed ego nullo te afficiam malo, imo et alium
a-te propulsaverim: caro vero te patri comparo.

Huic autem respondit deinde senex Priamus deo-similis:
sic fere hæc certe sunt, dilecte fili, ut dicis.
Sed adhuc aliquis et me deorum protegit manu,
375 qui mihi talem misit viæ-comitem obviam-ut-fiat,
faustum, qualis jam tu *es* corpore et spiece admirabilis,
prudensque-es animo, beatisque prognatus es parentibus.

Eum vero vicissim allocutus-est internuntius Argicida:
næ jam hæc omnia senex, recte dixisti:
380 sed age mihi hoc dic et vere narra,
utrum aliquo dimittis thesauros multos et pretiosos
viros ad alienigenas, ut saltem hi tibi salvi maneant?
an jam omnes deseritis Ilium sacram
metu-perculsi? talis enim vir fortissimus-ille periit
385 tuus filius: nec enim quidquam pugna inferior-erat Achivis.

Huic autem respondit deinde senex Priamus deo-similis:
quis vero tu es, optime, quibusque prognatus es parentibus,
qui mihi opportune interitum infelicis filii memorasti?

Illum vero vicissim allocutus-est internuntius Argicida:
390 tentas me, senex, et interrogas de-Hectore divino.
Hunc quidem ego perquam sæpe pugna in clarante-vivos
oculis vidi, quando ad naves agens
Argivos interficiebat, cædens acuto ære:
nos vero stantes mirabamur; non enim Achilles
395 *suos* sinebat pugnare, iratus Atridæ.
Hujus enim ego *sum* famulus, eademque me advexit navis affabre-facta:
ex Myrmidonibusque sum, pater vero mihi est Polyctor.
Dives quidem is est, senexque jam, sicut tu, ita:
sex autem ei filii sunt, egoque ei septimus sum;
400 inter hos, facta-sortitione, sors mihi-obtigit huc *Achillem* sequi.
Nunc vero veni in-campum a navibus: mane enim
edent circa urbem pugnam volubilibus-oculis Achivi.
Ægre-ferunt enim illi desidentes, nec possunt
continere *eos* cupidos prælii reges Achivorum.

405 Huic autem respondit deinde senex Priamus deo-similis:
si vere famulus Pelidæ Achillis
es, agedum mihi omnem veritatem dic:
utrum adhuc apud naves *exstat* meus filius, an ipsum jam
suis canibus membratim discissum objecit Achilles?

410 Illum vero vicissim allocutus-est internuntius Argicida:
o senex, nondum hunc canes vorarunt, neque alites:
sed adhuc ille jacet Achillis apud navem

sic, *ut ante,* in tentoriis: duodecimus autem ei dies *est*
jacenti, nec-tamen omnino ei corpus putrescit, nec eum vermes
415 edunt, qui sane viros prælio-occisos comedunt.
Certe quidem ipsum circa sepulcrum sui sodalis dilecti
raptat crudeliter, aurora quando divina apparet;
neque ipsum deturpat: admirareris-contemplans ipse, si-accesseris,
ut roscidus jacet, circumque sanguis ablutus-est,
420 neque ulla-parte fœdatus: ac vulnera omnia clausa-sunt,
quotquot inflicta-fuerant; multi enim ipsi æs impegerunt.
Adeo tibi curam gerunt beati dii filii præstantis,
etiamsi mortui: nam ipsis carus præcipue *est* animo.

Sic dixit; gavisus-est autem senex, et respondit verbis:
425 o fili, certe bonum etiam *est* justa dona dare
immortalibus: nam non-unquam meus filius, siquidem fuit,
oblitus-est in ædibus deorum, qui Olympum tenent;
ideo illius recordati-sunt etiam in ipso mortis fato.
Sed agedum, hoc accipe a me pulcrum poculum;
430 ipsum tutare,et deduc me, cum (*faventibus*) diis,
usque-dum in tentorium Pelidæ pervenero.

Illum vero vicissim allocutus-est internuntius Argicida:
tentas me, senex, juniorem, nec-tamen mihi persuadebis:
qui me jubes tua dona clam Achille accipere.
435 Eum quidem ego timeo, et vereor valde animo
eum spoliare, ne mihi quod malum in-posterum fiat.
Tibi vero ego viæ-dux vel ad inclytum Argos proficiscerer,
sedulo in navi veloci, aut via-terrestri comitans:
non sane aliquis tecum, *hoc* duce contemto, pugnaverit.

440 Dixit, et quum-insiliisset Mercurius in-currum et equos,
cito scuticam et habenas prehendit manibus;
inspiravit autem equis et mulabus robur validum.
Sed quum jam ad-turresque navium et fossam pervenissent,
modo circa cœnas custodes occupabantur:
445 iis autem somnum infudit internuntius Argicida
omnibus: statimque aperuit portas, et retrusit vectes,
introque duxit Priamumque et splendida dona in rheda.
Sed quando jam ad-tentorium Pelidæ pervenerant
excelsum, quod Myrmidones fecerant regi,
450 lignis abietis cæsis; sed desuper texerant
culmine e-segetis-lanugine, *quam* e-prato demessuerant:
circum autem id magnum septum fecerant regi
palis densis: januam autem tenebat unus obex
abiegnus, quem tres quidem obdebant Achivi,
455 tres autem reserabant magnum claustrum forium,
ex aliis; Achilles vero obdebat etiam solus:

tum vero Mercurius utilium-auctor aperuit seni,
introque-duxit inclyta dona pedibus-veloci Pelidæ;
e-curruque descendit in terram, dixitque:

460 O senex, ego quidem deus immortalis veni,
Mercurius; tibi enim me pater una ducem-viæ præbuit:
sed ego quidem redibo, neque Achillis
ad-oculos accedam: indignum vero esset,
immortalem deum sic mortales curare palam.
465 Tu vero ingressus prehende genua Pelidæ,
et eum per patrem et matrem comis-pulcris
supplex-ora, et *per* filium: ut ei animum commoveas.

Sic igitur fatus, abiit ad latum Olympum
Mercurius: Priamus vero de curru desiliit in-terram,
470 Idæumque ibidem reliquit: is vero manebat continens
equos mulasque: senex autem recta ivit per-domum,
ubi Achilles sedebat, Jovi carus. Atque intus eum ipsum
invenit; socii vero seorsum sedebant: ei autem duo soli,
heros Automedonque, et Alcimus, soboles Martis,
475 ministrabant astantes: modo autem destiterat a-cibo,
ut-ederat et biberat: adhuc etiam apposita-erat mensa.
Hos autem latuit ingressus Priamus magnus; prope vero stans
manibus prehendit Achillis genua, et osculatus-est manus
terribiles, homicidas, quæ ei multos interfecerant filios.
480 Ut vero quum virum malum magnum cepit, qui in patria
homine interfecto, ad-aliorum pervenit civitatem,
viri ad divitis *domum,* stupor autem tenet aspicientes;
sic Achilles obstupuit, conspicatus Priamum deo-similem:
obstupuerunt vero et ceteri, et in alterum-alter intuebantur.
485 Hunc inde supplicans Priamus verbis allocutus-est:

Recordare patris tui, diis similis Achille,
qui est ejusdem-ætatis, qua ego, gravi in senectutis limine.
Et illum quidem fortasse vicini circumsistentes
premunt, neque aliquis est malum et perniciem defensurus;
490 sed tamen ille quidem, te vivere audiens,
gaudetque in animo, et insuper sperat dies omnes
visurum *se* dilectum filium, a Troja reversum.
Sed ego infelicissimus, quum genuerim filios fortissimos
Troja in lata, eorum tamen neminem credo relictum-esse.
495 Quinquaginta mihi erant, quando venere filii Achivorum;
undeviginti quidem mihi uno ex utero erant,
ceteros autem mihi pepererunt in ædibus mulieres.
Ex his plerorumque quidem impetuosus Mars genua solvit:
qui vero mihi unicus erat, tutabaturque urbem et *nos* ipsos,
500 hunc tu nuper interfecisti, pugnantem pro patria,

Hectorem: hujus nunc gratia veni ad-naves Achivorum,
eum redemturus a-te, feroque infinita pretia.
Sed reverere deos, Achille, meique-ipsius miserere,
recordatus tui patris: ego autem adhuc miserabilior *sum:*
505 sustinui vero, qualia nunquam aliquis super-terram moralis alius,
viri filiorum-interfectoris ad os manum admovere.

Sic dixit: ei autem de-patre desiderium excitavit fletus;
prehensaque manu, removit-a-se leniter senem.
Hi vero recordati, hic quidem Hectoris homicidæ,
510 flebat crebris-lacrimis, ante pedes Achillis provolutus:
at Achilles flebat suum patrem, interdumque vicissim
Patroclum: eorum autem gemitus per ædes exstitit.
At postquam fletu satiatus-erat divinus Achilles,
[et ei e præcordiis abiit desiderium, atque ex artubus,]
515 protinus e sede surrexit, senem manu *prehensum* erexit,
miseratus canumque caput, canumque mentum:
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

Ah miser, certe jam multa mala tolerasti tuo in animo.
Quomod sustinuisti ad naves Achivorum venire solus,
520 viri ante oculos, qui tibi multosque et strenuos
filios interfeci? ferreum certe tibi cor.
Sed age jam conside in sede; dolores autem prorsus
in animo residere sinamus, mœsti licet.
Non enim ullus profectus est in-tristi fletu.
525 Sic enim fato-tribuerunt dii miseris mortalibus,
ut-vivant tristes; ipsi vero sine-curis sunt.
Duo quippe dolia jacent in Jovis limine;
donorum, quæ dat, *alterum* malorum, alterum vero bonorum:
cui quidem miscens dederit Jupiter fulmine-gaudens,
530 interdum quidem in-malum ille incidit, interdum et in-bonum:
cui vero ex malis dederit, injuriis-obnoxium fecit;
et illum exitialis inopia super terram almam exercet:
vagaturque nec diis honoratus, nec mortalibus.
Sic quidem et Peleo dii dederunt illustria dona
535 a natalibus: omnibus enim præ hominibus ornatus-erat
opibusque, divitiisque, imperabat vero Myrmidonibus;
et ei mortali licet deam fecerunt uxorem:
sed et huic imposuit deus malum, quod ei nequaquam
filiorum in ædibus soboles nata-est *olim* regnantium.
540 Sed unum filium genuit immatura-morte-periturum: nec tamen hunc
jam-senem foveo; nam valde procul a-patria
sedeo in Troja, teque contristans, et tuos liberos.
Et te, senex, olim quidem audimus opibus floruisse:
quanta Lesbus supra (*in alto*), Macaris sedes, intus continet,

545 et Phrygia desuper, et Hellespontus immensus,
horum te, senex, divitiis, et filiis aiunt ornatum-excelluisse.
At postquam tibi cladem hanc intulerunt cœlites,
assidue tibi circa urbem præliaque cædesque-virorum:
perfer *tamen,* nec perpetuo mœre tuo in animo.
550 Nihil enim proficies, tristatus de-filio præstanti,
neque ipsum suscitabis, prius etiam malum aliud passus-fueris.

Ei vero respondit deinde senex Priamus deo-similis:
ne me in sede colloca, Jovis-alumne, quamdiu Hector
jacet in tentoriis insepultus; sed citissime
555 redemtum-redde, ut oculis videam: tu vero accipe dona
multa, quæ tibi afferimus: tuque his utinam-fruaris et pervenias
tuam in patriam terram, quum me primum dimisisti.
[ipsum ut-vivam et aspiciam lumen Solis.]

Hunc autem torve intuitus affatus-est pedibus velox Achilles:
560 ne-amplius nunc me irrita, senex: cogito vero et ipse
Hectorem tibi redemtum-reddere; a-Jove autem mihi nuntia venit
mater, quæ me peperit, filia marini senis.
Et vero te sentio, Priame, animo, nec me lates,
quod deorum aliquis te duxit celeres ad naves Achivorum.
565 Haud enim ausus-esset mortalis intrare, ne admodum quidem juvenis,
in exercitum: neque enim custodes latuisset, neque obices
facile reserasset portarum nostrarum:
quare nunc ne mihi magis in doloribus animum commoveas,
ne te, senex, ne ipsum quidem in tentoriis sinam,
570 quantumvis supplex sis, Jovis autem violem mandata.

Sic dixit: timuit autem senex, et paruit sermoni.
Pelides vero e-domo, tanquam leo, prosiliit foras,
non solus: una eum duo famuli comitabantur,
heros Automedonque et Alcimus, quos quidem maxime
575 honorabat Achilles sociorum, post Patroclum quidem mortuum.
Hi tunc sub jugo solverunt equos mulasque,
introque duxerunt præconem vocalem senis;
et in sedili collocarunt: bene-polita autem de rheda
detraxerunt Hectorei capitis infinita pretia.
580 At reliquerunt duo pallia, textamque-bene tunicam,
ut cadaver contectum redderet domum asportandum.
Ancillas autem evocatas lavare jussit, circumque ungere,
seorsum sublatum, ut ne Priamus videret filium;
ne is quidem dolenti corde iram non contineret,
585 filium conspicatus, Achilli autem commoveretur carum cor,
et ipsum interficeret, Jovisque violaret mandata.
Illud vero postquam ancillæ laverant et unxerant oleo,
circaque ipsum pallium pulcrum jecerant, ac tunicam

ipse illud Achilles lectis imposuit sublatum,
590 simulque socii elevarunt bene-politam in rhedam.
Ingemuit autem deinde, dilectumque nomine-ciebat sodalem:

Ne mihi, Patrocle, irascaris, si forte audiveris,
in Orco licet sis, *me* Hectorem divinum redemtum-reddidisse
patri caro; quippe non mihi indecora dedit dona.
595 Tibi vero ego ex-his etiam impertiam, quanta par-est.

Dixit, et in tentorium rediit divinus Achilles.
Resedit autem in sella affabre-facta, unde surrexerat,
pariete ex adverso, Priamum allocutus-est sermone:

Filius quidem jam tibi redemtus-est, senex, ut jussisti:
600 jacet autem in lectis, et cum aurora apparente
videbis ipse abducens: nunc vero memores-simus cœnæ.
Nam et comis-pulcris Niobe memor-fuit cibi,
cui-tamen duodecim liberi in ædibus perierant,
sex quidem filiæ, sex autem filii pubescentes.
605 Hos quidem Apollo interfecit ab argenteo nervo,
iratus Niobæ, illas autem Diana sagittis-gaudens,
quoniam Latonæ se æquiparabat genis-pulcræ:
dixit *illam* duos peperisse, ipse vero pepererat multos:
illi autem, vel duo *tantum* licet essent, omnes perdidere.
610 Hi quidem novem-dies jacebant in cæde, nec quisquam erat,
qui-sepeliret: populos enim lapides fecerat Saturnius:
eos autem decima-die sepelierunt dii cœlites.
Ipsa vero cibi memor-fuit, quando fatigata-erat lacrimas-fundens.
Nunc vero alicubi in petris, in montibus desertis,
615 in Sipylo, ubi aiunt dearum esse cubilia
Nympharum, quæ circa Acheloium movebantur (*saltabant*),
illic, lapis licet sit, a diis *immissos* dolores concoquit.
Sed age jam et nos curam-geramus, divine senex,
cibi, deinde vero rursus dilectum filium defleas,
620 in Ilium vectum: ac multis-lacrimis-prosequendus tibi erit.

Dixit, et propere-surgens ovem candidam velox Achilles
mactavit: socii vero excoriaruntque et curarunt bene, ut-decebat,
minutatimque-secuerunt perite, verubusque transfixere,
assaruntque accurate, extraxeruntque *igni* omnia.
625 Automedon autem panem sumtum distribuit in-mensa
pulcris in canistris: at carnes distribuit Achilles.
Ipsi vero ad cibos paratos appositos manus porrigebant
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
Dardanides quidem Priamus admirabatur Achillem,
630 quantus erat, qualisque: diis enim coram similis-erat.
At Dardaniden Priamum admirabatur Achilles,
aspiciens vultusque egregios, et sermonem audiens.

Ac postquam satiati-sunt alter-alterius aspectu,
illum prior allocutus-est senex Priamus deo-similis:

635 Mitte nunc cubitum me quam-primum, Jovis-alumne, ut jam
somno sub dulci oblectemur sopiti.
Nondum enim clausi-sunt oculi sub palpebris meis,
ex quo tuis sub manibus meus filius amisit animam:
sed assidue ingemisco et dolores innumerabiles concoquo,
640 aulæ in septis volutatus per fimum.
Nunc tandem etiam cibum gustavi, et nigrum vinum
per-gutter demisi: antea sane nequaquam gustaveram.

Dixit: Achilles vero socios et ancillas jussit
lectos sub porticu ponere, et stragula pulcra
645 purpurea injicere, sternereque desuper tapetas,
lænasque imponere villosas superne obducendas.
Illæ vero exierunt domo, facem in manibus tenentes:
statim autem straverunt duos lectos festinantes.
Hunc autem illudens allocutus-est pedibus velox Achilles:

650 Extra quidem jam cuba, senex optime; ne-quis Achivorum
huc adveniat consiliarius, qui mecum assidue
consilia consultant assidentes, ut mos est:
horum si quis te viderit celerem per noctem nigram,
continuo nuntiaret Agamemnoni pastori virorum,
655 et forte dilatio redemtionis cadaveris fieret.
Verum age mihi hoc dic, et accurate narra,
quot-diebus cupis justa-facere Hectori divino
ut tamdiu ipseque quiescam, et copias contineam.

Illi autem respondit senex Priamus deo-similis:
660 siquidem jam me vis celebrare funus Hectori divino,
sic certe mihi faciens, Achille, grata reddideris.
Scis enim, ut intra urbem concludimur, longeque lignum
devehendum ex monte: admodum vero Trojani metuunt.
Novem-dies quidem ipsum in ædibus lugeremus,
665 decima autem sepeliremus, epulareturque populus:
undecima vero tumulum super ipso faceremus;
sed duodecima pugnabimus, siquidem necesse *est.*

Eum autem rursus allocutus-est pedibus-velox divinus Achilles:
erunt tibi et hæc, senex Priame, ut tu jubes:
670 inhibebo enim tanto pugnam tempore, quanto jubes.

Sic igitur locutus, ad carpum manum senis
prehendit dextram, ne-forte timeret in animo.
Illi quidem in vestibulo domus illic dormierunt,
præco et Priamus, prudentia mentibus consilia tenentes.
675 At Achilles dormiit in-recessu tentorii bene-compacti:

ei autem Briseis accubuit pulcris-genis.

Ceteri quidem dii et mortales bellatores-equestres
dormiebant totam-per-noctem, molli domiti somno:
sed non Mercurium utilium-auctorem somnus cepit,
680 versantem in animo, quomodo Priamum regem
a navibus reduceret, clam sacris portarum-custodibus.
Stetit autem supra caput, et eum sermone allocutus-est:

O senex, non utique tibi curæ-est malum; qui-ita adhuc dormis
viros inter hostes, postquam te sivit Achilles.[TR8]
685 Et nunc quidem carum filium redemisti, multaque dedisti:
pro-te autem vivo vel ter tanta dederint dona
filii post te relicti, si Agamemno
rescierit de-te Atrides, rescierintque omnes Achivi.

Sic dixit: timuit autem senex, præconemque excitavit.[TR9]
690 Iis autem Mercurius junxit equos mulasque;
cito vero ipse egit per exercitum, neque ullus sensit.

Sed quum jam ad vadum pervenerant pulcre-labentis fluvii,
[Xanthi vorticosi, quem immortalis genuit Jupiter,]
Mercurius quidem tum abiit ad latum Olympum.
695 Aurora autem croceo-peplo se-pandebat totam super terram:
illi vero ad urbem agebant lamentisque gemituque
equos, mulæ vero cadaver ferebant. Nec quisquam alius
sensit prius virorum beneque-cinctarum mulierum;
sed Cassandra, similis aureæ Veneri,
700 Pergamo conscenso, dilectum patrem conspexit,
stantem in sella-currus, præconemque urbis-clamatorem;
illum vero super mulabus vidit jacentem in lectis:
ejulavit inde clamavitque totam per urbem:

Visite, Trojani et Troades, Hectorem, progressi,
705 si quando et vivo e pugna reverso
gavisi-estis: nam magnum gaudium urbique erat, totique populo.

Sic dixit: neque ullus illic in urbe relictus-est vir,
nec mulier; omnes enim intolerabilis invasit luctus:
prope autem portas occurrerunt cadaver advehenti.
710 Primæ super-hoc uxorque dilecta et veneranda mater
vellebant-crines, ad rhedam volubilem ruentes,
tangentes *mortui* caput: flens autem circumstabat turba.
Et certe jam totum-diem ad solem occidentem
Hectorem lacrimas-fundentes delamentati-fuissent ante-portas,
715 nisi e sella senex populum allocutus-fuisset:

Cedite mihi *via,* mulæ ut-transeant; at deinde
satiabitis-vos fletu, postquam vexero domum.

Sic dixit: hi autem distitierunt, et cessere *via* rhedæ.

Illi vero ut vexerant-in inclytas ædes, eum quidem deinde
720 tornatis in lectis posuerunt, juxtaque collocarunt cantores,
nænias auspicantes; qui quidem gemitibus-mixum cantum
ipsi lugubre-canebant, et adgemebant mulieres.
Illis autem Andromache candidis-ulnis exorsa-est planctum,
Hectoris homicidæ caput inter manus tenens:

725 *Mi* vir, vita juvenis excidisti, ac me viduam
deseris in ædibus; filius autem adhuc infans sic,
quem genuimus tuque egoque, calamitosi, neque ipsum puto
ad-pubertatem perventurum; prius enim urbs hæc a culmine
evertetur. Certe enim periisti custos, qui illam ipsam
730 servabas, tuebarisque uxores reverendas, et infantes liberos:
quæ jam cito in-navibus avehentur cavis,
et sane ego inter has: tu vero, fili, vel me ipsam
comitaberis *illuc,* ubi certe operibus indignis exerceberis,
laborans pro domino immiti: vel aliquis Achivorum
735 *te* projiciet, manu correptum, a turri, tristem interitum,
iratus; cui forte fratrem interfecit Hector,
aut patrem, vel et filium: nam perquam multi Achivorum
Hectoris in manibus mordibus prehenderunt immensum solum.
Non enim mitis erat pater tuus in pugna exitiosa:
740 ideo et illum cives quidem lugent per urbem.
Infandum autem parentibus fletum et mœrorem attulisti,
Hector; mihi vero præcipue relicti-sunt dolores graves.
Non enim mihi moriens e lectis manus porrexisti:
neque aliquod mihi dixisti prudens verbum, cujus perpetuo
745 recordarer noctesque et dies lacrimas-fundens.

Sic dixit flens: adgemebant autem mulieres.
Illis vero et Hecuba densum exorsa-est planctum:

Hector, meo animo omnium longe carissime filiorum,
certe quidem mihi dum-viveres, carus eras diis:
750 illi enim tui curam gesserunt etiam in ipso mortis fato.
Alios etenim filios meos pedibus velox Achilles
vendebat, quemcunque caperet, trans mare infructuosum,
in Samum, inque Imbrum, et Lemnum importuosam:
tibi vero postquam eripuit animam longa-acie-munito ære,
755 sæpe raptavit sui circa sepulcrum sodalis,
Patrocli, quem interfeceras: excitavit tamen illum ne sic quidem.
Nunc autem mihi roscidus et recens in ædibus
jaces, illi similis, quem argenteo-arcu-insignis Apollo
suis mitibus telis superveniens interfecit.

760 Sic dixit flens, fletumque vehementem excitavit.
Illis vero deinde Helena tertia exorsa-est planctum:

Hector, meo animo levirum longe carissime omnium,
certe quidem mihi maritus est Alexander divinæ-formæ,
qui me duxit Trojam: utinam ante periissem!
765 jam enim nunc mihi hic vicesimus annus est,
ex quo illinc veni, et a-mea discessi patria;
sed nunquam ex-te audivi malum dictum, neque ignominiosum:
verum si quis me etiam alius in ædibus increparet
levirum, vel glorum, vel fratriarum pulcris-peplis:
770 vel socrus (socer vero, tanquam pater, mitis *erat* semper):
at tu illum verbis admonens cohibebas,
tuaqua humanitate et tuis lenibus verbis.
Quare te simul fleo et me infelicem, dolens corde;
non enim quisquam mihi jam alius in Troja lata
775 benignus, neque amicus; omnes vero me abominantur.

Sic dixit flens: adgemuit autem plebs immensa.
Apud-populum vero senex Priamus verba dixit:

Convehetis nunc, Trojani, ligna ad-urbem, neu quicquam animo
timeatis Argivorum densas insidias; namque Achilles,
780 dimittens me, sic pollicitus-est, nigris a navibus,
non prius se-infestaturum, quam duodecima venisset Aurora.

Sic dixit: illi vero sub rhedis boves mulasque
junxerunt: statimque deinde ante urbem congregati-sunt.
Novem-dies quidem hi adducebant immensam materiam:
785 at quum jam decima apparuit lucem-mortalibus-afferens Aurora,
tunc extulerunt audacem Hectorem lacrimas-fundentes:
in pyraque summa cadaver posuere et injecere ignem.

Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
tum circa pyram inclyti Hectoris congregatus-est populus.
790 [Ac postquam congregati-sunt, unaque-frequentes facti,]
Primum quidem pyram exstinxerunt nigro vino
totam, quantum occuparat ignis vis; ac deinde
ossa alba legebant fratres sodalesque,
lugentes, uberesque defundebantur lacrimæ de-genis.
795 Et hæc aureum in loculum posuerunt suscepta,
purpureis pepleis obtecta mollibus:
mox autem in cava fossa posuerunt; sed superne
densis lapidibus straverunt magnis:
cito vero tumulum aggesserunt, circumque speculatores sedebant quaquaversus,
800 ne prius ingruerent bene-ocreati Achivi.
Aggesto autem tumulo, redierunt; ac deinde
sedulo congregati, epulati-sunt splendidum epulum,
ædibus in Priami, Jovis-alumni regis.

Sic illi curaverunt funus Hectoris equûm-domitoris.

[TR1] "animo-fov" followed by a lacuna → "animo-fovet"
[TR2] "pud" followed by a lacuna → "pudor"
[TR3] "Nec" → "nec"
[TR4] "jusset" → "jussit"
[TR5] "subnectendum-inflexere" → "subnectendum-inflexere."
[TR6] "deo-similis" → "deo-similis:"
[TR7] "conspicatus;" → "conspicatus,"
[TR8] "Achilles" → "Achilles."
[TR9] "excitavit" → "excitavit."

FINIS ILIADIS.